

HISTORICARVM
COMMEMORATIONVM RERVM GRÆCARVM LIBRI DVO,

Consecrati

DIVO FERDINANDO,
Romano Imperatori Maximo,

MAXIMILIANO BOHEMORVM
Regi Serenissimo.

IN QVIBVS TAM HELLADIS QVAM
PELOPONNESI, *que in lucem antea non venerunt, explicantur.*

AVTHORE


Wolffgango Lazio, Medico & Historico
Cæsareo.



HANOVIÆ,

Typis Wecheliani, apud Claudium Marnium,
& hæredes Iohannis Aubrii.

MDCV.



(2)

HISTORICARVM
COMMÉMORA-
TIONVM RERVM GRÆ-
CARVM LIBRI DVO,

Consecrati

DIVO FERDINANDO,

Romano Imperatori Maximo,

Et

MAXIMILIANO, BOHEMORVM

Regi Serenissimo.

IN QVIBVS TAM HELLADIS QVAM
PELOPONNESI, *qua in lucem antea non venerunt, explicantur.*

AVTHORE

Wolffgango Lazio, Medico & Historico
Cæsareo.



HANOVIÆ,

Typis Wecheliani, apud Claudium Marnium,

& hæredes Iohannis Aubrii.

MDCV.

AD SACRATISS. ET INVICTVM D. G. ROM. IMP. D. FERDINANDVM primum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæq; &c. Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Silesiæ, &c. Marchionem Istriæ, Burgouia, Lusatiæ, &c. Landgravium Alfatia, &c. Comitem Habsburgi, Tyrolis & Goritii, &c. dominum suum clementis.

PRÆFATIO WOLFGANGI LAZII VIENNENSIS,
MEDICI ET HISTORICI.



N bello Persico Imp. Inuictis. quod Xerxes rex aduersus Græcos suscepit, fertur ex captis sciscitatum esse, quid interea dum tanti motus essent, & quid in tanto discrimine agerent Græci? Respondisse verò tum captos, Olympia ac Gymnica certamina celebrare: & cum de præmio ulterius interroganti, coronam ex olea contextam tantorum laborum brauium subiecissent, hic Arthabani filium conuersum ad Mardonium dixisse infeliciter Persas in Græcos esse concitatos, qui non pecuniarum gratia certamina susciperent, sed virtutis ac laudis ergo. Vox me hercule Græco dignior quam barbaro, confirmans nimirum multorum conceptas in literas meliores cogitationes, in hoc deploratis. seculo & Musis aduersis. Iam enim quotusquisque est, qui non vitæ suæ rationes omnes eo conferat, ut aurum argentumque coaceruet, & ad ingratos heredes transmittat, post habitis honestis studiis, quibus ingeniorum felicitate prodesse, & patriæ laudem comparare posset, & ne turpi ocio sordesceret virtutis magis callem, quam vitiorum viam expeditam ingrederetur. Quas tametsi honestas vitæ rationes, iam undequaque non solum contemni, sed maximopere & ubique iam explosas esse, certo sciam, Ob hanc præcipue causam, quod præmia nulla doctissimus quisque suis cõdigna laboribus proposita videt. Ego tamen secutus Themistoclis peritissimi ac strenuissimi Athen. ducis dictum, desideriam esse hominis viui sepulturam, in quiete ista, quam M. T. S. mihi suspensio maximo numismatum opere hocce anno, clementer largita est, ne ullus mihi dies sine linea transiret, Græciam non quidem illam desolatam ac barbaram, sed antiquam ac florentissimam perlustravi, quam prolixè partim Pausanias partim Strabo sunt projecti: Idque feci ut symbolorum, quæ in numismatibus antiquissimis Græciæ Rerump. cernuntur, veras explicationes consequerer. Accidit autem in illa perlustratione, dum omnia susque deque considero, & mihi nihil reliqui facio, arreptus nescio quo desiderio eius penitus cognoscendæ & telluris & Reipub. peregrinationem utriusque, ut est literis mandata, radio delineare inciperem, eumque laborem subij, non magis ut vel Ptolemeo vel Sophiano derogarem, quos eo in stadio quondam cucurrisse constat, sed maritimam magis oram, quam mediterraneam emensos, quam ut locis tum Poetarum, tum historicorum, ex tam anxia & accurata delineatione lux quaedam accederet. Sic proiecta in plano Græcia, & omnibus suis, non solum sinibus, promontorijs, littoralibusque instructa, verum adeo etiam minimis oppidis, castris, nemoribus, montibus, vallibus, fluuijs, riuulis, tumulis, templis ac portibus adnotatis, quoad eius fieri potuit quam breuissime in angustiis his tabellis, talem complexus sum, utriusque tam Helladis quam Peloponnesi chorographiam, qualem propria mea manu ære sculptam. M. V. S. & nato eiusdem Regi Sereñis. sacri denique cubiculi præfecto Achatii tuo fidijs. Martino Guff

mano offerimus. Quam dum operam superiori hyeme facio, nimis ac minimis quibus que anxius, placuit non solum Poetarum, illa noua loca siue potius locorum & tractuum nomina, testimoniis fulcire, qui utraq; in Rep. clari habentur, verum etiam non sine ingenti sumptu ac sudore, adiecto commentario, tam angusto praesertim tempore conscripto, singularum Rerumpub. voluimus simul & ciuitatum exordia, nominumq; rationes, causasq; mutationum vel loci vel fortunae peruestigare, & tot Heroum, Regumq; genealogias conquirere, qui rerum in Graecia cum ante bellum Troianum, tum post excidium istud potiti, immortalitate à scriptoribus nobilibus fuere consecuti. Quo in labore, me non minimum optimus & doctiss. vir Iacobus Milichius Medicus missis tabellis quibusdam iuuuit. Dum hoc in pistrino sum, paucis admodum retroactis mensibus, diueri & ad singulorum populorum migrationes, Coloniasq; aliò terrarum deductas & ciuitatum prouinciarumq; insignia ex antiqua partim moneta desumpta, partim autorum commemoratione expressa. Quibus omnibus adiecimus res praclare gestas, consuetudines, ritus, deniq; quando & qua occasione amissa paulatim maiestate & potentia veteri, seruire ceperint singuli, & quibus, & qui factum sit, ut à Macedonum imperio adsertos hos Romani postremo iuris sui fecissent. Id me Hercule nò laboris vulgaris, sed pene infinita fuit & memoriae & lectionis, & in quo soli mihi Pausanias & Strabo satisfacere haud poterant. Euolutis igitur Diodori Siculi, Dionysii Halicar. Thucydidis, Xenophontis, Dionis, Appiani, Alex. T. Liuii Flori, Vellei, aliorumq; commentariis, paulo altius repetens, rem adgressus sum ingenio nostro multis praesertim aliis districto superiorem, ac praesentes commentarios rerum Graecarum sine omni verborum lenocinio, & nunc toto trimestri consarcinaui. Quas T. S. M. etsi satis immaturum fructum offero, cum ut ocii mei rationem redderem, tum ut de bonis literis ac studiosorum ingenis benè mererer. Idcirco (quod perpetuo in more habeo) & Poetarum testimoniis hæc qualiacunq; sunt mea, & ornaui & locupletauit. Ut dum Graecam Remp. depingo, duplici labore perfunctus, duplicem quoq; utilitatem apud lectorem deponerem, nodos videlicet autorum explicando & varias de rebus variis sententias conciliando. Quorum testimonia prolixè de industria interdum, & ad naufragam usq; inserui, honore partim tam felicibus ingenis; qui longè nos interuallo relinquunt tribuēs, partim, ut fidem assertionum nostrarum maiorem conciliare. Quibus rebus non solum sitim illam indaganda vetustatis existimaui me extinguere posse, verum etià ordinem quendam credebam in futuris meis obseruasse, ut videlicet post Rom. Remp. annis ab hinc sex euulgatam, nostram praeterea Germanicam, quam magna ex parte in migrationum libris attigi, illa vetustior etiam sequeretur, quæ merito primum locum habere debuisset, nisi maiore studio ad domestica, quam ad exotica duci videamur. Etsi autem Graeciam illam florentiss. Rempubl. longe doctissimus vir Nicolaus Gerbellius Phorcen. sic satis suis illis ornatiss. comentarius complexus sit, tamen ultra situm terrarum ciuitatumq; ac quorundam montium, sinuumq; descriptiones non est progressus. Sophianæ scilicet Chorographiæ inseruiens, quæ nimis generalis est, & unde tot dubia autorum ac praecipue poetarum lector non intelliget. Nos (sine arrogantiâ dictum sit) praeter autorum conciliationes, Heroum genealogias, ducum praclare gesta, insignia ciuitatum, ac Rerump. coloniasq; inde deductas, consuetudines deniq; ac ritus & res cum laude gestas cuiusq; diligenti examine perscrutati sumus. Idq; ut ingenue fatear feci, ut priores Resp. à nobis euulgata tertiam illam haberent quasi adminiculantem, quippe ex qua utraq; processit. Hic siue de infantia mea, siue de benemerendi praepropero studio fateri cogor, utramq; de qua praefati sumus Remp. hoc est, Romanam ac Germanicam immaturum esse partum, & ante tempus praeproperos labores, qui & inquisitione longiori & phaleris splendidioribus opus habuissent. Id verò factum est,

est, non vlla aucupanda gloriae gratia, sed quod valetudini, & fortunæ non satis fidens ad scopum mearum cogitationum nimis festino, hoc est, RERVM AVSTRIACARVM Commentarios, quos solos cupio nostri memoriam relinquere, & qui praemissi illis, de quibus loquimur Rebusp. & melius intelligentur, & Serenissimam illam AVSTRIÆ domum, vel hoc nomine commendare possunt, quod ampla species sit, hanc illas ipsas Resp. Christi Numine propitio olim è seruitute vindicaturam. Non sum verò ignarus pleraq; in prima me editione illarum aut non attigisse, aut obscure scripsisse, multa quoq; absenti, praesertim in icone castrametationis perperam esse Basileæ expressa, quæ ad secundam editionem fenore restituentur omnia, id quod praemonere lectorem de praesentis operis editione volo. Nam praeter hoc, quod verborum lenocinium desiderabit, requireret forsità, & characterem meliorem lector, & sculpturam in Chorographiis manifestiorem, magisq; artificiosam, & quod Graecis testimoniis careat, culpabit totum. Quibus responsum sit, emulatione quorundam ac insidiis compulsus me esse, ut abortiuem factum hunc, quem gestare, ut diutius volui si licuisset per illos, ita sperabam fore, ut secunda editione, quam Basileæ meditor, & M. T. S. & æquo lectori satisfiat, ubi & characteres & sculptores, correctoresq; longè optimi sunt, & Graeci typi sincerissimi redundat. Agnosces Inuictissime Imperator, imo ignosces meæ arti, quæ in sculpendo ære titubantibus meis manibus non satis feliciter consecutus sum, ob insignem verò penuriam eorum artificium in Austria, subire nolens volens coactus sum. Hic rursum nimis metuo, ne ex nasutorum hominum numero aliquis prodeat, & obiiciat mihi cur in alienam messem falcem miserim, & qui Graeciam nunquam perlustrauerim, de ea tamen Commentarios contexere ausus sim, ac sufficere Pausania clamabit, ac Strabonis labores, qui oculis singula perlustrarint. Quibus breuiter respondeo, aliud esse hodieporica describere, & aliud illa explicare, & inter se conferre, & quæ cui desunt ex alio ad iicere. Situm locorum Strabo prolixè, & dextre delineauit. In genealogias heroum ac nominum prouinciarumq; initia Pausanias cum primis incubuit. Diodorus fabulas miscuit, Liuius inclinantem Remp. Graeciæ, in quarta & quinta Dec. attigit, florentem Xenophon & Thucydides, Homerus, Ouidius & Papinius ad multa saepe loca alludunt, quibus Sophiana Chorographia caret, eaq; vix lector intelliget, nisi collatione diligenti authorum, quam nos hocce opere, quoad eius fieri potuit, diligentissime obseruauimus, cognoscat statum simul florentis inclinantisq; Resp. ac omnino deficientis, quæ à singulis populis coloniae sunt deducta, ubi ruinae & quibus hodie nominibus hæc appellantur. Neq; vero Graeciã illam barbarã his comentariis describimus Turcarum tyrannide pressam, in qua tantum abest, ut vetusta nomina authorib. celebrata supersint, vel corrupta etiam, ut ne ruinae quidem amplius maximarum ciuitatum supersint. Quam olim Reuerendiss. ac simul Doctiss. vir D. D. Antonius Vrantius Episcopus Agriensis, olim in lucem proferet, ut qui legationib. suis Thraciam praesertim, ac minorem Asiam peragravit, & in Geographorum lectione, quæ versatissimus est. Interea dum illa adornantur, ut rerum Graecarum studiosis prodesse, simul & mea tam anxio labore parta non perderem, veterem libuit illam, ac florentiss. Graeciã in harenam producere, & M. T. S. eiusq; nato Maximo regi Emiliano, quorum liberalitate vino, consecrare ac tantisper expectatione illa animum utriusq; confirmare, dum Basileæ oia illa & auctiora & ornatioa prodeat. Tuum erit Sacratiss. Caesar, Lysadri splendidiss. illius Spartan. ducis vere aureum dictum animo tenere, qui eam Remp. maxime probabat, in qua fortibus viris & meticulosis congrua utrisq; redderetur, innuens nimirum virtutem inuitari premiis, ignauos verò excitari ignominia, quæ admodum apud Homerum similiter stomachatur Achilles, idem honoris haberi ignauis ac fortibus. His me Sacratiss. tuæ Maieft. humilime commendo ac dedo.

CATALOGVS RERVM

PRÆCIPVARVM, QUÆ IN SINGVLIS CA-
pitibus horum librorum continentur.

- I. Prouinciæ cuiusque limites & descriptio.
- II. Diuisio cuiusque in minores prouincias.
- III. Ciuitatum, oppidorum, arcium, templorum, Sinuum, Promontoriorum, montium, fluuiorum, riuiorum, lacuum, nemorum, descriptiones, vna cum commemoratione tumulorum Heroum.
- IV. Reges, Hæroes, Duces, militares cuiusque regni.
- V. Quomodo amissa maiestate veteri, primo in Macedonum, deinde Romanorum seruitutem inciderint quique populi.
- VI. Mores & consuetudines.
- VII. Res præclaræ gestæ tam ducum, quam populorum.
- VIII. Coloniae ex singulis populis deductæ.
- IX. Insignia non solum cuiusque regni, verumetiam ciuitatum.
- X. Insulæ proximæ quibusvis regnis ac prouinciis iacentes.

C A R M E N

Ad Diuum Ferdinandum Imp.

Authoris.

Fertur ab Ismarijs pestem Tyrinthius heros
Eijciens, dominum & simul occidisse quadrigas:
Rarus ab exemplo. cecidit quoq; iussus ab ore
Diuini, animæ patriam præponens Codrus, & iste
Immemor in paucis, qui tum discrimen adibat,
Non parcens pepulit, qui terq; decem vrbe tyrannos.
Arite licet plures sibi, sed FERDINANDE labore
Nomen in orbe paras, diua & pietate redundas,
Dona ferens templis aris & reddis, honores
Vngaria seruas, Marte æquo & fœdere regnum
Seruas Austria dum nunc (ô mea viscera) terras:
Eharam igitur patriam cum serues maxime CÆSAR,
Aternum acquires laudem. sic Hercules atq;
Sub te Cecropidam linques. sic altus utrumq;
Avinclis redimens referes, cum Græca trophæa
Res cuiusq; locos & stemmata scripsimus istis.

A D

Ad Lectorem.

SEQVUNTUR INSIGNIA CIVI-

TATVM AC RERVMP. QVONDAM IN

*Hellade constitutarum, adiunctis quod Græcis vel impe-
rarint, vel subiecti fuerint Thracibus, Macedo-
nibus ac Epirotis.*

ITaque ordo PRIMVS exhibet symbola in moneta passim expressa Byzantii Thra-
ciæ Metropolis, Mæoniæ, Thasi & Lemni Insularum proximarum.

SECVNDVS Epirotarum ac Pyrrhi Epiri regis insignia ostendit.

TERTIVS & QVARTVS Macedoniae regum Amyntæ Philippi Alexandri
Magni ac Lyfimachi.

QVINTVS & SEXTVS posteriorum Macedoniae regum præcipue Demetrio-
rum Alexandri Philippi à Rom. debellati ac Persei capti.

SEPTIMVS Thessaliæ Trachiniorum, Locrorum, Phocidis.

OCTAVVS Bœotiae ac Thebarum.

Huc pertinerent etiam insignia Atticæ Lamiae & Chalcidis in Eubœa insula, sed cum
locus illi in charta non esset, vna cum earum Prouinciarum Chorographia ad librum
secundum, & insignium serie reiciuntur. Periphrasis tamen omnes Helladis cum pro-
uincias, tum insulas ciuitatesq; complectitur.

LECTOR subiectam tabellam consule ac ea cernes omnia quæ hic proponuntur
excepta Attica & Eubœa insula, quarum insignia vna cum regnis Peloponnesi, Ægiali,
Sicyoniæ, Achaia, Corinthi, Argolidis, Æginetarum, Arcadiæ, Laconicæ, Messeniæ,
Pyli & Elidis, secundus tibi liber ostendet ceu copiae cornu. Adiecta sunt insignia Insu-
larum Cycladum, præcipue Chios, Naxi, Chois, & Coloniarum in Italiam ex Græcia
deductarum Cumæ, Locrorum, Crotonis, Metaponti & Tarenti.

I.

Primum est Byzantii metropolis Anchora
cui Delphinus implicatur, vel quod maritima
fuerit vrbs, totius maris Ægei Pontiq; emporiū,
vel quod Delphini supra Byzantium ostia Istri
dulcescentia ingrediantur ex Ponto ut Plinius
scribit. fol. 4

Secundum eiusdem est insigne, Neptunus
aquam effundens, ratio eadem qua superioris. f. 4

Tertium est Mæonia, sedens utpote Her-
cules & aquam effundens, vel quod Telephus fi-
lius Herculis ex Auge Nympha, expositus à
Theutrante rege Mysia & Mæonia, successor
regnum constitutus fuerit, ab Achille in bello
Troiano vulneratus, vel quod Iolauus Herculis ex
sorore nepos adscitis Thebanis, Thera Autestio-
nis filio: & Philogene ac Demone, Euctemonis fi-
lius, Iones ex Attica in Asiam colonias deduxe-
rit, Colophonem, Prienem, Smyrnem, Pergamū,
Clazomenū, Miletum, Cnydum, Halicarnassum
& ipsam Myntem Mæoniæ de qua sermo est.
Reliquarum Lector insignia in Chorographia
cernes. f. 5

Quartum Thasiarum insula est, Bacchi fa-
cies coronata, nam Thasius frater Cadmi, Phœni-
ces in hanc insulā duxerat. Ex Cadmi vero filia
Semele Bacchus nascitur, qui cum ad Lycurgum

Thracia proficisceretur, eo dimisit, ut gentiles
vites colere doceret. f. 5

Quintum eorundem est Hercules puta Ty-
rius, cui Phœnices gentiles repertis aurifodinis
decimas vouerant. f. 5

Sextum, Myrineorū Lemni ciuitatis est vel
Ionia. Est autem mulier ramulum gestans, puta
Hipsiphile Thoantis regis Lemni filia, qua patrē
seruarat, cum mulieres ea insula omnes viros oc-
cidissent. f. 5

II.

Primum Epirotarum est, Æacus videlicet
cum matre Ægina, author generis Æacidarum,
vnde Pyrrhus filius Achillis Regum Epiri caput
proceffit. f. 9

Secundum eorundem est, victima, quercia
circumdata, oraculum Dodonaum quod in sinib.
Epiri claruit, representans. f. 15

Tertium & Quartum eorundem est Iouē
eiusq; aquilam ostendens, ut qui ex Ægina Asopi
filia Æacum genuit Regum Epiri caput. f. 15

Quintum, Pyrrhi Regis Epirotarum est, vel
Iunonem vel Cererem representans. f. 16

Sextum, eiusdem Regis cum Icone Mineruæ
sedentis puta Ithonia, cui Pyrrhus spolia opimā
de Galatis ac Antigono rege suspenderat in sinib.
Epiri. ibid.

III.

Primum est Macedonum Alexander Magnus Herculis exuuiis reclus utpote cuius se filium finxerat. fol. 24

Secundum Macedoniae regni, Diana Pallaa & quia venationis studiosissima hac gens fuerat teste Curtio & Athenaeo. f. 21

Tertium eiusdem regni claua Herculis, quod reges Macedoniae descenderint à Ciso quodam exule Temeni regis Argiuorum filio, qui Cleolai natus fuerat, Aristomachi nepos & Hylli Herculis filii pronepos. ibid.

Quartum & Quintum, Amynta aut Alex. Magni sunt, puta facies & Equus Thessalicus Macedonibus generositate celebratus. ibid.

Sextum, Philippi Alex. Magni parentis, eques Thessalicus quo in bello praecipue usus fuerat, Curtio autore. f. 22

IIII.

Primum & Secundum Alexandri Magni facies, cum Bucephalo equo currente qui prater illum nullum admiserat. f. 24

Tertium & Quartum eiusdem cum simbolo Bucephali alati utpote iam consecrati cum in India obisset. cuius honori & urbem dd f. 25.

Quintum est Lysimachi Macedoniae regis more Macedoniae Regum hircinis cornibus adornati. f. 2. & 23.

Sextum eiusdem est pallas sedens & aquilam gestans, quod Calisthenem Philosophum à furore Alex. Magni seruasset. f. 20

V.

Primum cum II. III. & IV. Demetrii est quem Poliorceten multis expugnatis urbibus cognominabant F. Antigoni Satrapae cognati Alexandri Magni, qui Neptuni Symbolo usus fuit, quod Isthmum Peloponnesi suffodere conabatur, adest & currus triumphalis, ob victoriam de Ptolomaeo Aegypti relata. f. 25.

Quintum & Sextum. Demetrii superioris filii, quem is ex Ptolemaide Aegyptia genuit, & Cyrenes regem constituit, unde & cornu copiarum simbolo, ob Aegypti fertilitatem in moneta usus est, quod regni Aegypti insigne extiterat f. 25

VI.

Primum & Secundum Macedonum regis Alexandri est, vel qui pater Antipatri fuerat, quem Demetrius Poliorcetes occidit vel qui Cassandri filius fuerat, nepos Thessalonicas sororis Magni, qui Athenas Lacharis tyrannide libe-

rauerat. Symbolum equus Thessalicus. f. 33

Tertium & Quartum. cum Bigarum simbolo Philippi Maced. regis, quae Quinctius Rom. ad Cynocephalas debellauit. f. 32

Quintum & Sextum. Persei est Maced. regis à Paulo Emilio capti & triumphati. In Symbolo est Aquila Dodonea. f. 50

VII.

Primum est Trachinica Heraclae, ubi Hercules in Pyra se inflammauerat cuius sedens trunco & miseriam deplorantis symbolum exhibetur, cum à Deianira uxore venenata tunica fuisse infectus. f. 36

Secundum Locrorum est, Pugil puta Euthimus picta, qui toties in Olympia vicerat. in altero Cereris imago ob celebrem in Thermopylis templum eius dea. f. 36

Quartum est Locrorum Ozolarum in sine Hesperus stella, cuius Strabo meminit. f. 44

Quintum est Phocidis Tripos Delphicus, hoc enim in Phocide oraculum claruit. f. 48

Sextum Aquila est Delphica quod ibi umbilicus terra existat à duabus aquilis, quarum una ab ortu & altera ab occidente à loue emissa fuerat: Quae apud Delphos concurrerant. f. 48

VIII.

Primum Baetiorum Ceruus est vel quae Euripidem Hercules occidit vel quod in sinibus Baotiae Acteon in Ceruum mutatus fuerit f. 13. 57

Secundum Baetiorum est Musca ob Isuem Muscarium, quem Hercules dedit Baotius puta Thebanus. f. 57

Tertium Neptunus Baetiorum utpote auus Agenoris illius gentis autoris, vel quod triplici pelago terra Baotiae tangatur. f. 57

Quartum eiusdem populi est Cereris Icon, ut qua ex Neptuno apud Baotios Dispenam genuerat & Eleusii Atticae regis filium Triptolemum nutrierat, qui sementem facere primus docuit, qua Baotia quoque imprimis abundat. f. 57

Quintum Thebanorum est puta Bacchicantharus quem ex Semele filia Cadmi Iupiter genuerat, Is enim vineas colere primum omnium gentiles suos Phenices & Baotios docuit. f. 58

Sextum bipennis Hercules est ex transuerso representata, quod & vitrico Thebano Amphitryone educatus fuit, & Thebanos à tyrannide Orchomenorum liberauerat, ut Diodorus scribit securibus ex templis raptis, nisi alius pro ancili intelligere malis f. 58



HISTORICAE COMMEMORATIONES RERVM GRÆCARVM DESCRIPTARVM.

Per Wolfgangum Lazium Medicum & Historicum Casareum.

Liber Primus.

DE THRACIA.



THRACIA tametsi ad Græciam, à vetustis Geographis non referatur, nos tamen vel ob commercium perpetuum quod Thracibus cum Græcis fuerat (vt vel Therei historia docet quæ apud Ouid: vi. Metam: extat) vel quod imperij sede apud Bizantium constituta, græca simul ibi lingua exculta extiterit; Imo Græci Imperatores, hanc prouinciam tanquam regiam elegerint, de Græcia scripturi, à Thracia auspicari volumus. Quam Ptol. lib. II. tab. Europæ III. definit ab Oriente Propontipe, & ore Ponti, quod vocatur Bosphorus Thracius; ab Occasu vero Mysia superiori, & parte Macedoniae ad Orbelum montem; à Septentrione Mysia inferiori & à Meridie parte Macedoniae, quæ est ad Nessum fluuium & Melani sinum: Cui adheret Cherronesus, vbi maria, Propontis & Hellepontus, hodie Stretto de Callipoli dicta, quibus videlicet ex Aegypto annonæ Constantinopolim inuehuntur. Isthic quoque Sestos & Abdus Milesiorum colonia (in augustissimo freto, quod Europam Asiamque intercidit, stadiorum omnino vt Strabo aduertit, septem, à Xerxe ponte iunctum,) Leandri ac Heros amoribus celebrate, quæ tamen 30. stadiis inuicem distant. Celebres vero à Romanis in ea prouincia, cum Barbaris isthic iam Græci coaluisset, Præture distincte fuere: circa Hemum quidam montem, Dantelica, Sardica, Vdicifica, Salletica; & versus Macedoniam, Medica, Drosica, Cæletica, Corpialica, Cenica, Bessica: & prope Perynthum, vbi traiectus est Constantinopolim ex Romania (ita enim magnam partem Thraciæ, qui eam hodie incolunt, Turcæ appellant) Cersi vernaculo sermone dictus. Strabo 7. Geograph. Græcorum regionis in Thracia meminisse videtur, cum ait: Trans amnem Strymonem verò vsque ad Ponticum ostium atque Hemum montem, cuncta sunt Thracum, excepto littore quod Græci tenent. Quidam sanè in Propontide sitis plerique; vero ad Hellepontum aut sinum Malanon, hoc est nigrum alii vero super Aegeo Pelago. Idem lib. x. v. Hinc vero continens fluxum quandam accipiens, iam secundi & occidentalis lateris initium facit, vsque in Propontidem & Bizantium. Sed cum Ephorus dicat xvi. nationes hanc Cherronesum incolere tres Græcas, reliquas barbaras. In hoc igitur Thraciæ regno, vt Mela scribit, nec cælo nec Sole lato homines quondam colebant & iustitiæ obseruatores præstantissimi & cælibes, ad quod aliudens scribit vii. Geograph. Strabo. Scribit autem Posidonius Mysios religioni indulgentes, ab animatibus abstinerere, & eam ob causam pecus omne vitare, melle vero & lacte & caseo vesci. Quumque tranquillam exagitent vitam, ob Deorum culturam Deicolæ & Capnobatæ, id est, fumi conscensores nominantur. Plerosque Thraces esse, qui sine mulieribus vitam ducant, quos Cristas, id est, Creatores nominant, sanctificatosque honoris gratia, omnimoda cum libertate victitare. Hos summatim vniuersos Poetam dixisse, equarum mulfores & lactophagos insignes, Abios, id est, minime viuos homines, iustitia præstantissi-

Limites Græciæ Thraciæ.

Regiones Thraciæ.

Græci in Thracia.

Mores Thracum.

mos præcipue, aut Abios appellant à mulieribus disiunctos. In eodem præterea regno, præter Orphea, quem fabulæ saxa cantu mouisse, referunt (canente Ouid. i. Metamorph.

*Ad regem duxere Mydam, cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.)*

Thracia reges antiquiores.

Claruerunt reges Oagrius Orphei Poetæ pater, Lycurgus & Diomedes aduenis crudes, Tereus qui Progen filiam Pandonis regis Athænarum hoc nomine secundi duxerat vxorem Philomelæ in auem sui nominis versæ sororem (quam in 6. Metam. Naso fabulam recenset) Boreas, Zethus & Ceix Alcyones maritus, in auem sui nominis cum coniuge conuersus. Cygnus itidem in auem sui nominis conuersus. Præterea Troiani belli tempore in Thracia Rhæsus ad famam venerat, Pryamo auxilio profectus, cuius equos albissimos antequam Xantum fluiuium bibissent ex oraculo ad expugnationis occasionem Diomedes & Vlyses interceperant. Homerus porro Asium quendam Thraciæ regem celebrat auunculum Hectoris & Hecubæ fratrem & Polymnestora Maro.

Historia Lyfimachi.



Insignia Acmonia Lyfimachi regis.

Hos omnes autem post secula superauit corporis robore & diuitiis Lyfimachus Alexandri Magni Satrapa, qui in finibus Cherrhonesi ciuitatē à se nominatam cōstruxit. Cuius facies in vetusta moneta cornubus hircinis Diademati adsutis ornatur, cum Palladis sedentis symbolo in auersa, vel quia, vt Arrianus est autor, in vasto nemore obuuium virum manibus corripuerit, vel

quia illud peculiare Macedonia Principum insigne extiterit, quemadmodum & Demetrius Antigoni, in perantiquo numismate sculptus cernitur.

Et Plutarchus in vita Pyrrhi nominatim scribit. His plerique Macedones mentem præstabant, ac videre Pyrrhum queritabant. Pyrrhus autem stabat, detracta Casside, ac rursus eam capiti imponebat, vt insigne Hircinorum cornuum nosceretur.

Liuius libro 7. Decad. cum Philippi Macedonia regis conflictum pro Achæis cōtra Ætolos ac Romanos describit, Expeditione ea (inquit) qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnauit in arborem allatus, impetu equi ad eminentem ramum, cornu alterum galeæ perfregit. Id inuentum ab Ætolo quodam, prolatumque in Ætoliam, ad Scardiletum, cui notum erat insigne galeæ, famam interfecti regis vulgavit.

Cornu reges Macedonia.

Plura lege apud Val. Max. libro 5. Cap. 5. & Cap. 1. de Antigono rege. Secuti sunt Lyfimachum in regno Thraciæ, vel præcesserunt Seutes quem Alcibiades Athenien. imperio subiecit, Cotyis quem item Tymotheus Cononis filius Athen. in potestatem subdidit. Et Rytis ductus in triumphum à Cn. Octaui capto Perseo. Cuius Liuius Dec. quinta mentionem facit Romam legatos misisse pro redimendo filio Perseo.

Historia de Lyfimacho.

Reuertor ad Lyfimachum quem cornuto capite, in veteri numismate representari diximus. De quo viro duæ insignes narrantur historiarum. Prima, quod ob Callisthenem Philosophum liberioris linguæ hominem, ab Alexandro Magno Leonibus obiectus fuerit, quem tamē arte vicerat, & Philosophum liberauerat. Vnde Palladis nimirum imagine auersa in moneta vsus fuit. Secunda, quod ingentem thesaurum apud Pergamum Asiæ à Philetero relictum [Strabone lib. xiiii. autore] comparauerit. Quem verisimile est, in Thraciam tulisse prouinciam sibi parentem: Et cum filium Agathoclem à Getis in Transyluania captum liberaret (vt Arrianus & Curtius autores sunt) signasse aurum, cuius nimirum ingens vis per manus maiorum ad Decebalum peruenit, qui obiectam Thraciæ oram (modo in Transyluaniam & Transalpinam diuisam) incolebat.

Numismata Lyfimachi in Transyluania reposita.

Quem virum bello peritum Imperator Traianus ad mortem coegit, & cum maiorum suorum thesaurum in Sargetia amne barbarus occulisset, vt Dion est autor, captiuorum opera quos subinde necauerat, Bicule postremo indice qui moriturus superfuert, non vulgarem eiusce copiam Romanus inuenit, vt Monumentum testatur quod adhuc in Transyluania superest. Accidit vero, vt reliquum nostra ætate Piscatores Valachi, in fornice quadam aquis subiecta, arbore quæ supra creuerat in ruinas concidente, eruerint. Vnde Georgius Monachus & Multaui non dicendā vim auri asportarunt, nummis etiam ex his bis mille ad Imp. FERDIN. perlatis, pondere cuiusque trium Ducatorum.

Sepulchra nobilia Thracia.

Redeo ad Thraciam, quam fabulæ & historiarum celebrant Orphei, Protefilai Hecubæ eiusque filii Polydori tumulis, filiarum Polixenæ ab Agamemnone immolatae isthic. Priamus enim de statu Troiæ dubitans filium, cum magno auri pondere conseruandum

uandum miserat Polymnestori Thraciæ regi, antiquo hospiti amico & genero suo, sed ille deleta Troia, cæterisque filiis Priami omnibus interfectis, auri cupiditate adductus, Polydorum in littore spaciante telis adgreditur, ac frustra fidem implorantem occidit, cadentique tumulum superiniecit, cui supercreuere mitti virgulta, vt author est Virgilius Æneid. tertio. Id cum mater Hecuba rescuisset, simulauit se ingens adhuc auri pondus illi secreto indicaturam, quod pro filio acciperet, id auarus Rex credens, mox ad Hecubam profectus est, & illius vnguibus obcæcatur, vt Euripides in Hecuba & Ouid. xiiii. Metamorph.



*Est ubi Troia fuit, Phrygia contraria tellus.
Bætonis habitata vris, Polymnestoris illic.
Regia diues erat, cui te commisit alendam
Clā Polydore pater, Phrygiisq; remouit ab armis.
Consilium sapiens, scelere nisi premia, magnas.
Adiecit opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygum, caput impius ensem.
Rex Thracum, iugulog, sui demisit alumni.
Et tanquam tolli cum corpore crimina possent.
Exanimem scopulo subiectas misit in undas.*

Et de Hecuba in Leonem Saxeum conuersa cum oculos eruisset Thracum regi.

*Sic Hecube postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis,
Colloquiumq; petit, nam se monstrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum.
Credidit Odrysius, prædæq; assuetus amore,
In secreta venit, tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube dixit, da mænera nato,
Omne fore illius quod das, quod & ante dedisti
Per superos iuro, spectat truculenta loquentem.
Falsaq; iurantem tum: daq; exastuat ira.
Atque ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat, & digitos in per secula lumina condit.
Expilatq; genis oculos facit ira valentem.
Immergitque manus, fæditaque sanguine fonti.
Non lumen (neque enim superest) loca luminis haurit,
Clade sui Thracum gens irritata tyranni,
Troada telorum, lapidumq; incessere iactu
Cæpit. At hæc missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur, rictuq; ad verba parato
Latrauit conata loqui, locus extat, & ex re
Nomen habet.*

Et de Polyxena ad aram mactata à Neoptolemo Achillis.

*Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit, & immitti sociis parentis amore.
Rapta sinu matris quam iam probe sola fouebat.
Fartis, & infelix & plusquam fæmina virgo
Ducitur ad iunulum, diræq; sic hostia busto.*

Fuerunt & alia Troianorum in Thracia vestigia Æneæ vrbs ab Ænea Troiano condita dum illac in Italiam transiret, ad quam alludens canit Maro sub persona Æneæ 50 III. Æneid.

*Littora tum patria lacrimans, portusq; relinquo,
Et campos ubi Troia fuit, feror exul in altum
Cum sociis, natoq; penatibus & magnis Diis.
Terra procul vastis colitur Maortia campis.
Thracæ arant, acri quondam regnata Lyurgo.
Hospitium antiquum Troia, sociiq; penates.
Dum fortuna fuit, feror hu, & litore curuo.
Mæna prima locofatis ingressus iniquis
Æneadas que meo nomen de nomine fingo.*

Nobilitarunt hanc prouinciam & praelia quaedam ac victoriae insignes Athenien-
 sum, videlicet cum Spartanis ad portum Celon, Augusti Caesaris & M. Antonii de Bru-
 to & Cassio victoria, post necem Iulii Caesaris. In hanc quoque tellurem Xerxes Persa-
 rum rex ille potentissimus, copias suas ex Asia traiecit, Helesponto ponte iuncto, qui &
 Athon montem excelsissimum perfodere conabatur, vt de reliquis praclare gestis ta-
 ceam, quae isthic, antequam in Romanae prouinciae esset redacta, sunt editae.

Thracia sa-
 etia prouin-
 cia Rom.

Redegit autem in prouincia formam primus ex Romanis Augustus Imperator;
 ex occasione dissidii, quod inter fratruales Corym & Romae talem erat exoritur, Quo-
 rum alterius sibi filiam Romanus copulauerat. Post quae tempora Tiberius Sicambro-
 rum siue legionem siue cohortem praesidio inibi locatam habuit, cum Thraces rebel-
 lantes per Poppeum Sabinum contudisset, vnde scribit Cor. Tacitus in quarto. Lentulo
 Gætulico C. Caluio Coss. decreta Triumphii insignia Poppeo Sabino, contulit Thra-
 cum gentibus, qui montium editis inculti atque eo ferocius agitabant. Causa motus su-
 per hominum ingenium, quod pati delectus, & validissimum quemque militiae nostrae
 dare aspernabantur, ne regibus quidem parere nisi ex libidine soliti, aut si mitterent auxi-
 lia, suos ductores praeficere, nec nisi aduersum accolas belligerare, ac tunc rumor incesse-
 rat, forent disiecti, aliisque nationibus permixti, diuersas in terras traherentur. (Et subdit)
 At Sabinus, donec exercitus in vnum conduceret datis mitibus responsis dum Pompo-
 nius Labeo e Maesia cum legione Rex Rhoemetalses cum auxiliis popularium, qui fi-
 dem non mutauerant, venit, addita praesenti copia, ad hostem pergit. Et concludens. 20
 Hi dum eminus grassabatur, crebra & multa vulnera facere, propius accedentes eruptione
 facta turbati sunt, receptique subsidio Sycambrae cohortis, quam Romanus promptam
 ad pericula, nec minus cantuum ac armorum tumultu trucem, haud procul instruxe-
 rat. Translata dehinc castra hostem propter relictis apud priora munimenta Thracibus
 quos nobis adfuisse memorauit. Et nominans postea munimenta illa, Tarfam & Thure-
 sim, historiam prolixè describit. Ita pacata Thracia, qui secuti sunt Imperatores ciuita-
 tes in maximas condidere Traianus ac Hadrianus quae adhuc conditorum nomine su-
 persunt.

Thracia
 Rom. rebel-
 lat.

Legio Ro-
 mana in
 Thracia.



Insignia an-
 tiqua Con-
 stantinopolis

Constantinus denique Imp. ille magnus
 etsi e fundamentis inibi urbem nullam
 condiderit, Byzantium tamen veterem
 & liberam urbem (quae in antiqua mo-
 neta Delphini anchorae implicati, forte
 quod Plinio autore Delphini ostia Istri
 dulcescentia intrent supra Bizantium,
 itemque nudi hominis sedentis ac aqua
 effluentis symbolo vsa conspicitur) ita extulit, aedificiis ac praerogatiuis, nomine
 quoque suo dignatam, vt urbis aeternae Romae videlicet iam tum aemula facta, Romani
 quoque imperii sedes altera ac quidem praecipua, electa fuerit, vbi aduersus Sarmatas,
 Dacos atque Gothos multas quotannis legiones Romani aiebant: Fla. Vopiscus scribit,
 Aurelianum Imper. ex Dacia legiones cum deperditam videret in Maesia ac Thraciam
 abduxisse: haec fuerunt legiones 13. & 14. Liber praefecturarum sub Arcadio & Honorio
 Imp. scriptus aduersus Gothos & Hunnos, duas in Thracia excubasse legiones refert ex
 Aegypto adductas, primam Flauiam Constantiam am & tertiam Diocletianam quibus a
 Traiano adiecta fuit secunda Traiana, quae fortassis condenda Traianopoli occasione de-
 dit, ad quas alludens scribit in 13. Marcell. Emensis itaque longis interuallis & planis, cum
 Hadrianopolim introisset urbem Hemimontanam, Vicudanium ante hac appellatam,
 fessusque labore diebus 12 recreans vires, comperit Thebas legiones in vicinis Oppidis
 hysmantes. Itinerarium Antonimi, Decima Herculeae in finibus Thraciarum memi-
 nisse videtur. 30

Legiones po-
 strema Thra-
 cin.

Populi Thra-
 cia inhabitatores postro-
 mi.

Propter Gothos autem praecipue ita legionum praesidio firmata Thraciarum aut imo.
 Vnde Am. Marcell. lib. 22 de Gothis ex Dacia in Thraciam excurrentibus scribit. Quin-
 etiam per Thracias omnes, cum munimentis reparans extimis, curansque sollicitè ne ar-
 ma vel indumenta, vel stipendium, vel alimeta deesset his quos per supercilia Istri dispersos,
 excursibusque barbarorum oppositos agere, vigilanter audiebat & fortiter. Et lib. 26. Con-
 sumpta hyeme festinans ad Syriam Valens, iam fines Bithyniorum ingressus, docetur e
 latronibus ducum, gentem Gothorum, ea tempestate intacta, tandemque sequissime con-
 spirantem, in vnum ad peruadenda parari Coll. militia Thraciarum. Quo loco idem autor
 prolixè describit Gothorum in Thracias emigrationem ductoribus Fridigerno Safrago
 & Ala-

& Alathæo, Qui populi a Valente Imp. intra Thraciam recepti, cum durius tractarentur
 a Maximo & Lupicino praefectis, aduersum ipsos profectum Valentem cum omnibus
 copiis deleuere, relictaque Thracia, Pannomas occupauere: Posthanc gentem Romanis in
 Thracia, Imperatoribusque ibi perpetuo confidentibus, negocium facessere, Sarmatae, Hun-
 ni, Auares, Bulgari praeterea, quorum adhuc reliquiae in Thraciis manent, montibus
 praecipue ac conuallibus. Hemi, Orbeli, ac Rhodopes, gentilitia lingua hodie Kriticzne,
 Karopnytze & Czeruaniwertu nuncupatis. Postremi Turcae fuere, procul ex Scythia,
 prodicione fratris Imper. Constantini & Genuensium perfidia per Bosporum in Euro-
 pam transfuerti, anno salutis MCCCCLII qui hanc nobilem prouinciam adhuc possidet,
 10 Romanis omnino & Graecis magna ex parte confectis, ob veteres colonos tamen nome
 prouinciae ROMANIA ac Graecae linguae tamen corruptissimae fragmenta manent. Qua
 de re consule Zonaram, & alios qui Imp. Orientium res gestas in literas miserunt.

Videtur pertinere ad Thraciae siue antiquitatem, siue splendorem Thasus Insula illius lit-
 tori proxima, inter Strymonis & Nessi Ostia, hodie Thaso nominata, quam Auream a
 metallis Eustathius Plin. lib. 4. c. 12. Aeriam siue Aethriam a salubritate aeris appellatam
 autor est. Vbi vina colere Phoenices, qui in hanc ex Asia sunt transgressi & Bacchus ab
 Osyride rege Aegypti dimissus cum per hanc transiret ad Lycurgum Thraciae regem do-
 cuere. Vnde in numismate Thatii, puta
 Phoenices de Agenoris stemmate, vnde
 & Bacchus descendit Bacchi coronati ima-
 gine, ac Herculis symbolo cum inscriptio-
 ne Herculi Seruatori, vsi reperiuntur. Qui-
 pe Tyrius Hercules, cui etiam antiquitas
 primi Herculis gesta attribuit, colebatur
 domibus ac pingebatur, bono diuitiarum

Thasus In-
 sulae proxi-
 ma Thracia.



auspicio, praerataque inueniendis metauris. Quare cum auri fodinas in hac Insula Phæni-
 ces inuenissent, haud inepte eius imagine vsi fuere. Scribit enim Strabo Phænices
 domo nauigantes Thasum occupasse, & auri ibi venas inuenisse, & vineas a Baccho e-
 doctos colere cepisse: Subscribit s. Eliacorum Pausanias, Thasii praeterea qui prima ab
 30 origine Phænices sunt, cum Thasum secuti Agenoris filium ad inquirendam Europam
 Tyro, & ex alia Phænicia vnâ enauigassent, Hercule in Olympia consecrarunt, cuius ba-
 sis quemadmodum & simulachrum, est aenea. Magnitudo simulachri cubitorum decem
 est, clauam manu dextra tenunt, sinistra arcum. Audiui item Thasi, eundem ibi Herculem
 oppidanos colere, quem Tyros. Postea autem Graecorum iam concilii factos participes &
 Herculi Amphitryonis filio, diuinos honores decreuisse. Quae eiusmodi sunt vt Herculis
 symbolum in Thasiorum moneta satis explicat, nisi & illud addere velis, q. primo Biblio-
 thecae Diodorus scriptum reliquit, Osyridem Aegypti regem cum Bacchum dimitteret,
 Herculem & Antaeum praefecisse. Sed quid sibi vult inscriptio quae imagini Herculi ad-
 iecta est. HERCVLI SERVATORI, forte quod inuentis aurifodinis in Thaso insula Phæ-
 nices decimas illi vouerint, ex antiquo more Graecorum, vt primo antiquitatum Diony-
 sius animaduertit. Laborantes enim sterilitate Pelasgi, omnium rerum Ioui, Apollini &
 Herculi decimas vouerunt, & eorum quae ipsis nascerentur in posterum, partemque voto,
 40 frugum omnium & pecorum portionem sortiti obtulerunt Diis quasi vouissent haec sola.

Hercules
 Thasiorum.

Addit Diodorus Herculem, ob honorem illi a Latinis impensum, dixisse, quod qui-
 cunq; ei decimas bonorum daret, vitam foelicem victuros.



Bacchus
 Thasiorum.

Recipio me ad Bacchi coronati imagi-
 nem, qua Thasos vsos existimo, vel quod
 Bacchus ex Agenoris stemmate processerit,
 cuius filium Thasum cum Phænicibus eam
 Insulam occupasse diximus, erat enim natus
 ex Semele Cadmi nata Ioue impragnata.
 Cadmus vero & Thasus fratres fuerunt, vel
 quia Bacchus cum ad Lycurgum Thraciae regem
 ex Aegypto proficisceretur, Per hanc Insulam transire coactus fuerit, & ita vineas ibi co-
 lere docuerit quod illi in more perpetuo fuisse, quacurque transiret, Diodorus refert.

Spestat ad hoc Historia. quam item autor IIII. Bibliothecae recitat. Tradunt Dio-
 nysium ex Asia in Europam cum exercitu transiturum, cum Lycurgo Thracum, qui sunt
 ad Hellepontum, rege societatem coisse: cum feminas primum in Thraces veluti a-
 micos traduxisset, iussisse Lycurgum noctu milites suos Dionysium adgredi, ipsumque

& pellices omnes obtruncare. His per quēdam accolam, Tharopem nomine cognitis, tertius Dionysius, cum nondum transfretassent milites, amicorum præsidio, occulte ad exercitum transit. Lycurgus pellices adgressus in loco qui appellatur Nyfium omnes interemisse dicitur: At Dionysius exercitu traducto, Thracē pugna superatū, captumq; priuavit oculis, domesticis eius cruci adfixis. Tharopi, memor beneficii, Thracum imperium concessit, tradito ei orgia celebrandi modo. Hęc ille, ex quo etiam tertia ratio elicitur vsurpati Bacchi, cum primo Bibliothecæ in hæc verba scribat. Fuisse autem Osyridem studiosum agriculturæ tradunt, nutritū autem in Nyfa fœlicis Arabiæ, & propinqua Ægypto, cum esset Iouis filius, vnde & Græci à parte & loco Dyonyfium appellant. Huius vrbs Poeta, qui in Ægypto fuit, in suis hymnis meminit, dicens: esse Nyflam 10 vrbs supra montem, excelsum ac florentem longè à Phœnicia, ferme Ægypto conterminum. Vineæ quoque fuisse in Nyfa inuentorem tradunt, priusquam plantandi, ac vini conficiendi, seruandiq; & ex alio transferendi, vsus docuit. Hęc explicant, quare Phœnices, vnde Thasii descendunt, tantopere Bacchum sint venerati. Quibus adde & quartam causam quod generosum in hac Insula vinum proueniat, quod Galenus Medicus etiam 12. Methodi inter clariora genera celebrat, vnde Athæneus deniq; 1. Dioposo: ex Ehippo versus quosdam citat, qui in latinum sermonem conuersi sic habent:

Vini Thasii celeberrimum quondam.

*Amo profecto Praminum Lesb: merum,
Bibiturq; valde gutta multum Lesbica.
Obsonium est Pellæ & id perutile.
Vinum Thasium ac vnguenta, fertaq; in chyla.*

Citat & aliud carmen de hoc genere vini ex Clearcho quodam.

*Iucundius nec Lesbio sit poculo.
Vinum alterum & Alexis.
Vini Thasii & Lesbii eget die. Et ex Arcestrato:
Phœnicum meliora virumq; cetera vna.
Nilego curabo, est etiam Thasium egregium.
Alterius vini varias mittatur in Oras.
Vrbibus ex his cognoui germina vniis.*

DE EPIRO.



PIRVS à planitie terræ nominata, tametsi & ipsa à Græcia & Hella- de separata quōdam fuerit, quod de Thracia præfati sumus (id quod Strabo etiam 7. Geograph. his verbis testatur. Huius autem initium ab Adriatico sinu vsq; ad sacrum Istri sumitur ostium, in qua & Græcia & Macedonum & Epiri gentes comprehenduntur) tamen quod Græciæ Achillis stemma rerum ibi potiri ceperit Pyrrho filio ipsius autore, coniungere Græciæ voluimus & propter Apolloniam Græcam vrbs, Iouisq; Dodonæi græcum oraculum, nec non propter Actium Apollinem, 40 & Arcananes qui Græci fuerunt, vt Strabo in 7. testatur: Ingredientibus occurrunt à dextra habitantes ex Græcis Acarnanes, & Apollinis Actii templū. Et rursus secundum Ambraciā Argos extat Amphilochiū, quod Alcmeon eiusq; liberi condiderunt. Constat enim Alcmeonē vt author est Ephorus post Epigonorū aduersus Thebas expeditionem ab Diomede in Aetoliam, ad eius auxiliū exercitum aduentasse, & eius ope illum hanc simul & Acarnaniam in potestatem rede gisse.

Acarnanes in Epiro ab Argiuis.

Cæterum cum postea illos ad bellum Troianum Agamemnon accerferet, ad id proficiscēte Diomede Alcmeonem in Acarnania mansisse, & Agros ædificasse, ipsumq; a fratris nomine Amphiloichum vocasse. Inachum autem amnem per illius agrum fluentem in sinum, Argiuz terræ appellationem addidisse. Thucydides autem scriptum reliquit, ipsum Amphiloichum post eius à bello Troiano reditum, cum esset Argiuis inuisus, in Acarnaniam secessisse, & accepto à fratre principatu, oppidum in sui nominis memoriam ædificasse.

Limites Epiri.

Epiri regio nis & erum diuisio.

Et hætenus rationem reddidimus, quam obrēm Epirum Græciæ cōiunxerimus, Quam regionem Ptolemæus lib. 3. tab. Europæ 10. c. 14. definit, ab Oriente linea iuxta Achaiam ad ostia Acheoli amnis, ab occasu Acrocerauniis montibus in sinum Ionium incumbētib; à Septentrione Macedonię parte & Illyrici, & à Meridie Mari Adriatico vsq; ad ostia Acheoli. Idem provincias particulares in ea enumerat: Chaoniam, Theprotiam, Acarnaniam, Athamaniam, & Almones, Chaonię ciuitates subiiciens

ciens Antigonam Phœnicam, Omphalium, Hecatompædum, Elæum & Cassiopen cum portibus Panormo Ochefmo & Oryco. Thesprotiis adscribit Buthrotum, Peloden portum, Posidium & Thyamin Promontoria: In Acarnanibus Ambraciā Actium & Leucada recensens, veluti Athamanibus subiicit Argos Amphiloichum & Astacum, Ad Almones denique quos Olmones cæteri vocant, referre videtur Toronam, Nicopolin, Sybotam & Elææ portus & Acherontis fluiui ostia. Strabo in VII. Epyrum a- 10 fabrè à Macedonia distinguit, cui plerisque locis confusè adhærere videtur. Locū sub- scribere non grauabor: Epirotarum gens Molossi, sub Pyrrho Neoptolemo fuere, quem Achilles procreabat, & sub eius successoribus Thessalici sanguinis: alii vero sub Indige- narum gubernaculo regebantur, postea quibusdam semper obtinentibus victoribus res ad Macedonum regnum tandem tota conuersa est: paucis dumtaxat exceptis, super Ionio sinu sedentibus. Namq; Lyncistum, & Pelagoniam & Orestiadem & Aeniam superioris Macedonię nomine comprehendebant, eamque posteriores Eleuthera, id est, liberam dicebant. Aliqui vero vniuersam usque ad Corcyram Macedoniam appellant, eius rei rationem simul asserentes, quod & tonsura & lingua & Chlamide, aliisq; talibus vtantur pariter omnes. Pleriq; gemino loquuntur.

Epiri: Macedonia dicitur.

Soluta autem Macedonum regno, cuncta in Romanorum ditionem concessere: & tractum postea vniuersum, eiusq; montes, nemora, lacus, populosq; minores describens subdit: Per has gentes Egnatia, via ex Dyrachio & Apollonia perducitur, at circa 20 viam Candauiz lacus & paludes ad Lychniduntem extant, vbi copiosa piscium habentur salamentaria. Sunt & fluiui Ionium irrumpentes sinum, & in Austrum vergentes Inachus & Ratous & Acheolus, & Euenus quem priores Lycormū vocitabant, ille quidem sinum illabitur Ambracium, alter vero in Acheolum. Cæterum Acheolus & Euenus in mare fluunt, ille quidem per Acarnaniam labens, hic vero per Aetoliam. Erigon autem multis receptis amnibus ex Illyricis montibus, & a Lyncistis & Brygibus & Deuriopis, aliisq; per pluribus in Axium irrumpit. Et enumerans ciuitates antiquiores: In hisce 30 gentib; antiquis temporib; ciuitates extabant. Tripolis Pelagonia cognomine, cuius & Azorus erat, superq; Erigone vniuersæ ciuitates Deurioporum consistebant, è quibus Bryanium & Alalcomene & Stymbara. Cæterum Cædriæ Byfarū, Eginum vero Tymphæorum fuit, Ethiciæ cōfine atq; Tricæ. Propinqui vero iam & Macedonię & Thessalię sunt ad montem Pæum & Pyndum Aethicis & Penei fontes, de quibus & Tymphæi & Thessali Pyndi accolæ certant, iusq; sibi vendicant simul, & vicina Ioni fluuiio Oxinæa ciuitas quæ à Tripolitano distat Azarō stadiis cxx.

Populi Epiri.

Fluuii Epiri.

Ciuitates antiquæ Epiri.

Et alios populos Epiri recensens eodem libro scribit:

Epirotæ quoq; sunt Amphilochi, & qui superius incolunt, & qui sunt Illyricis adiuncti montibus rupes & asperum habitantes agrum Molossi etiam & Athamanes, & Ethices, & Tympei & Orestæ, & Paroræi & Atintanes, quorum nonnulli Macedonibus magis applicantur, aliqui vero Ionico sinui. Memoria quoq; traditum est, Orestiadē oram ab Oreste quandoq; occupatam fuisse, cum cæsa matre exul profugeret, & sui regioni nomen reliquisset, cumq; oppidum condidisset Argos Oresticum, de suo vocasse nomine. Et iterum Theopompus lib. 14. Epirotarum gentes esse refert, è quibus celebratissimæ sunt Chaones & Molossi, quippe qui totius Epiroticæ terræ quandoq; regnū tenuere, Prius quidem Chaones, Posteriori verò Molossi, qui quidē propter regum cognationem magis ac magis amplificati fuerunt. Nam & Acacidarum sanguine prognati sunt. Accedit quod penes illos Dodonæ vetus ac nobile vigeat oraculum. Chaones igitur ac Thesproti, deinde Cassiopenes, qui & ipsi Thesproti sunt, ipsa à Ceruaniis montibus vsque ad sinum Ambraciū maritima fruuntur ora, agro sane vbertate fœlici. Et iterum: Thracēs quidam Macedoniam & plerasque Thessalię partes Acarnaniam & Aetoliam superiorem Thesproti, Asopæi, Amphilochi, Molossi, Athamanes, gentes Epiroticæ. 50

Populus antiquus Epiri.

Portus Epiri insigniores.

Hætenus de populis Epyri, ad portus me confero, quos celebres ob merces hoc regnum & in Italiam, Insulasque proximas & Græciam habuerat. Quos nemo melius quam Strabo VII. Geogr. depingit. Verba subiicere placet: Quod si nauigare incipias à Chaonibus, in Orientē Solē ac sinū Ambraciū atq; Corinthiacū, adeo vt dextera quidē Aufoniū habeas Pelagus, læua autem Epyrum. Cursus est stadiorum mccc à montibus Cerauniis ad Ambracii sinus os. In hoc siquidem interuallo Panormus est portus intra Ceraunios montes amplissimus, & post illum Orchimus portus alius, ad quem Promontoria Corcyræ in Occasum vergentia opposita iacent. Alius item Cassiopa ex quo vsque Brundisium stadia intersunt mille & septingenta, totidemque ab altero

Cassiope Promontorio in Austrum spectante vsq; Tarentum, quod Phalacrum, id est, caluum appellant. Post Ochinum autem extat Polidium ac Buthrotum in portus ore conditū, quem Cænosum appellat. Locus est peninsula & Cherrhonesi formam habēs, Romanis frequens accolis. *Et de insulis ora Epyri adjacentibus sermonem continuans subd. r.* Sunt & Sybota Insulæ perexiguæ paulisper à continente terra disiunctæ, ad Orientale Promontorium Corcyræ Leucimam sitæ. Sunt & aliæ præter nauigantibus Insulæ perexiles, haud memoratu dignæ. Inde prominens solum nomine Chimerium, dulcisque portus, quem intrat Amnis Acheron, ex Acherusia palude profluens, compluraque suscipiēs flumina quibus sinus ipse dulcis efficitur, propelabitur Thimiatis. Super hunc sinum iacet ciuitas, nunc quidem Cychirus dicta, quondam autem Ephyra, quam The-
10 sproti condidere. Penes Buthrotū vero est Phænice, non longe vero à Cichyro pusilla ciuitas iacet Buchetium, Cassiopense opus, haud procul à mari, & Elatria & Pandosia & Batia in mediterranea. Cæterum illarum ager vsque ad sinum pertinet. Secundam dulcem portum autem duo alii deinceps portus existant; vnus quidem propior ac minor nomine Comatus, Isthmum stadiorum LX efficiens ad Ambracium sinum atque Nicopolim, quam urbem Cæsar Augustus edificauit; alter procul magis & amplior & præstantior prope sinus ipsius ostium, distans à Nicopoli xii. stadiorum interuallo, deinceps est ostium Ambracii sinus. Huius etiam sinus ostium ipsum pauloquàm stad. iiii. maius est, circuitus stad. ccc. complectitur, optima omni ex parte eius statio. Ingredientibus occurrunt à dextra habitantes ex Græcis Acarnanes & Apollinis Actii templum, quodam
20 in tumulo ad ostium eminens, cui campus subiacet lucum habēs. Sunt & nauilia in quibus Cæsar vnde viginti naues, decimarū nomine reposuit, ab vno remorum ordine vsq; Deciremes adiungens: (Memoria quoq; proditum est, & nauale & naues incendio profus extinctas esse) sinistra Nicopolis est, & Epirotarum colonia Cassiopæi vsq; in intima sinus Ambracii, cui supereminet paulisper à sinu distans Tolgus, cuius memoriam Cypselus struxit. Hactenus Strabo.

Delineat præterea oram maritimam Epiri ac præcipuè Ambracium sinum Pomponius secundo Geograph. Extra Rhion in Acarnania maxime clara sunt, oppidū Leucas, flumen Acheolus. In Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est, facit sinus qui angustis faucibus, & quæ minus mille passib. pateant, grande pelagus admittit, faciunt vrbes quæ
30 adsidunt, Actium, Argi, Amphilochoi, Ambracia, Æacidarum regia. Pyrrhiq; Butroton ultra est, deinde Ceraunii montes, ab iis flexus in Adriam, hæc Mela.

Cæsar tertio ciuili bellii trium ex Italia traiectuum portuumq; in Epiro meminisse videtur Orici Apolloniæ & Buthroti, quos hodie portus in Epiro Itali appellant, Velanā Apolloniæ & Buthrynto. Ad quos portus traieciatur tribus ex locis Italiæ, Hidrunto, Brundusio & Tarento. Pyrrhus rex Epirotarū & post eum M. Varro, quod breuissimus esset pontibus iactis, ex Hydrunto Apolloniā pedestri continuare transitu. vouerunt, de quo traiectu ac portu Cæsar hæc scribit. Quibus per motus Cæsar Brundusiu ad suos seuerius scripsit, vt naeti idoneum ventum ne occasionem nauigandi dimitterent, & ad Oricum siue ad littora Apolloniatiū cursum dirigerent, quod eo naues eiicere possent.
40 Hęc à custodibus classium loca maxime vacabant, quod se longius portibus committere non auderent. Sic breuissimum è Brundusio Oricum, traiectum esse Appianus Alex. lib. 2. ciuili historia delineat. Demum tempestate profectus, ad Ceraunios montes, naues quæ reliquum exercitum adducerēt, Brundusium propter emisit. Ipse Oricum nocte peruenit, ob angustiam, asperitatemq; viarum, copias in plures partes diuidere coactus, vt si quis aduentum eius præsensisset, paratior esset ad pugnam. Oriente penè Sole, multitudo omnis ad eum venit, & qui Orici præsidio astiterat, admonentibus illum ciuibus. Consulem Rom. prohibere non ausus, clauas Cæsari vltro detulit.

Hunc traiectum Cæsar tamen ipse, de quo Appianus loquitur, iiii. ciuili belli, longiorem insinuare videtur, cum scribit: Cæterum Brundusium vt venit, concionatus apud milites, quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset peruentum, æquo animo mancipia atq; impedimenta in Italia relinquerent, ipsi expediti naues conscenderēt, quo maior numerus militum posset imponi, omniaq; ex victoria, & sua ex liberatæ spe sperarent, conclamantibus, imperaret, quod vellet, quodcunq; imperauisset, se æquo animo esse facturos. Nonis Ianuarii naues soluit, impositis vt supra demonstratū est legionib. vii post ridie terram attingit Græcorum. *Et addit.* Erat Orici Lucretius Hispilo & Minutius Rufus cum Asiaticis nauibus xviii. quibus iussu D. Lelii præerat M. Bibulus, cum nauibus cx. Corcyræ. *Etrursus.* Hoc confecto negotio à Salonis ad Orici portum stationes, littoraque omnia, longe lateque, classibus occupauit, custodiisque diligenti

ligentius dispositis, ipse grauiissima hyeme in nauib. excubabat. Idem de Butrota portu, & Corcyra Insula illi obiecta. Erat autem ad Buthrotum oppidum oppositum Corcyræ, ibi ab Acilio certior & Murco per literas factus, de Postulatis Libonis, & Bibuli, legionem relinquit. Similiter de Nymphæo portu versus Illyricum. Præteruetosq; Dyrachium (inquit) magna vi venti nihilo secius sequebatur, nostri vsi fortunæ beneficio, tamen impetum classis timebant, si forte ventus remisisset naeti portū qui appellatur Nymphæum, vltra Lyssum millia passuum tria, eo naues introduxerunt, qui portus ab

Aphrico tegebatur ab Austro, non erat tutus. *Et de traiectibus ac portibus hæc:* Adiciendæ sunt & Insulæ Epiri, ora proximæ in Adriatico mari, Corcyra quæ naus insigni in moneta vsa fuit, Cephallenia, vbi Taphos à C. Antonio M. Ciceronis in consularu collega, & exule condita fuit, Leucas quæ similiter naus simbolo in antiquo numismate ac Satyri Icone vsa reperitur; è cuius regione est Actii Apollinis fanum ab Augusto Cæsare locupletatum & trophæo de M. Antonio ac Cleopatra, & ludis quinquennialibus ita celebratum, vt in moneta Augustus & fani illius imagine & Apollinis simulachro vsus fuerit, subiecta inscriptione ACT. ad quos alludēs cecinit sub finem Octauii Æneid. Maro:

Insula celtiores Epiro obiecta.

Corcyra Insula moneta.

Leucas Insula insignis.



*Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
 Desuper Et iterum
 In medio classes aratas, Actia bella
 Cernere erat, totumq; instructo Marte videres.
 Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.*

30 Et rursus lib. iiii. Æneid. cum Æneam introducit errorem suum Didoni narrantem
*Mox & Leucate nimboſa cacumina montis.
 Et sæcundatus nauis aperitur Apollo.
 Hunc petimus fessis & parua succedimus urbi.*

Reliquæ minores insulæ sunt Scriptoribus, tamen & vetustis & claris celebrate, Neritos, Ithaca ac Dulichium. Homero lib. i. ac vbi Laertes Vlyssis pater & Acrisii filius regnabat, ad quas alludens canit Maro iiii. Æneid.

*In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.
 Dulichiumq; Sameq; & Neritos ardua saxis.
 Effugimus Ithacæ scopulos, Laertia regna.
 Et terram altricem sæui execramur Vlyssis.*

40 Et de Epiri regni situ, eiusq; portibus Promontoriis, traiectibus, Insulis, populis, ciuitatibusq; hactenus, venio ad principes, qui ex Achillis posteritate inibi rerum potiti fuere, ab Æaco rege Æginæ Insulæ oriundi, vnde & Æacidarum familia nuncupata extitit, quam eiusque caput Æacum eleganter Naso lib. Metamorph. vii. describit, cum fictitatem, pestem ac sterilitatem Græciæ summam descripsisset, quam Æacus fuis ad Iouem precibus depulerat, & simul Myrmidonas novos colonos Insulæ impetrauerat, quæ fuerat deserta antea:

Æacus uttor stemmatibus Regem Epiri.

*Iupiter o dixi, si te non falsa loquuntur,
 Ægine amplexus quondam sub Asopidos isse:
 Nec te magne pater nostri pudet esse parentem.
 Aut mihi redde meos, aut me quoq; cõde sepulchro
 Ille notam fulgore dedit, tonitruq; secundo
 Accipio, sintq; ista, precor feli. iamentis
 Signa tua dixi, quæ das mihi pignoris omen.
 Forte fuit iuxta patulis rarissima ramis*



*Sacra Ioui quercus de semine Dodonæo.
 Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo.
 Grande onus, exiguo formicas ore gerentes,
 Rugosq; suum seruantes cortice collum.
 Dum numerum miror, totidem optime dixi*

Insula Epyri.

Ora maritima Epyri.

Traiectus ex Italia in Epiro.

Hic mihi da ciues, & inania mœnia supple.
 Intremunt, & amig, sonum sine flamine motis
 Alta dedit Quercus, pauido mihi membra timore.
 Horruerant, slabamq, coma, tamen oscula terra.
 Roboribusq, dedi, nec me sperare fatebar.
 Sperabam tamen, atq, animo mea vota fouebam,
 Nox subit, & curis exercita corpora somnus
 Occupat ante oculos, eadem mihi quercus adesse
 Et rami totidem, totidemq, animalia ramis,
 Ferre suis visa est, pariterq, tremiscere motis.
 Graniferumq, agmen subiectis spargere in aruis,
 Crescere quod subito maius, matiusq, videtur.
 Ac se tollere humo, rectiq, assistere trunco.
 Et macie numerumq, pedum nigrumq, colorem
 Ponere & humanam membris inducere formam.
 Somnus abit, damno vigilans mea visa, querorq,
 In superis opus esse nihil, at in adibus ingens
 Murmur erat, voceq, hominum exaudire videbar.
 Iam mihi defuetas, dum suspicor has quog, somni
 Esset, venit Thelamon properus, foribusq, reclusis.
 Speq, fideq, pater dixit, maiora v. de bis,
 Egredere, egredior, qualeq, in imagine somni
 Visus eram vidisse viros, ex ordine tales.
 Aspicio noscog, adeunt regemq, salutant.
 Vota tui soluo, populisq, recentibus urbem
 Partior, & vacuos prisca cultoribus agros.
 Myrmidonæq, voco, nec origine nomina fraudo,
 Corpora vidisti, mores quos ante gerebant,
 Nunc quog, habent, parcum genus est patiensq, laborum:
 Quasitig, tenax, & quod quasita reseruet.
 Hi te ad bella annis animisq, sequentur.

Alloquitur autem Peleum maiorem natu filiorum, quos ex Ægina Afopi filii genuerant, qui Myrmidonas illos ad bellum Troianum duxerat, cum Telamon frater ex eadem matre Atheniensibus præfuisset, qui fraude matris seducti. Phocum minorem natu fratrem ex altera vxore in Panthali ludo occiderant, inde cum causam dixissent ad littus Insulæ ex nauigio vel terra adgesta (Criptum veteres vocant) damnati perpetuo exilio à patre, Peleus quidem in Trachaniam, Telamon vero ad Parnassum montem, abiere, cum ante & venationi Chelidonii apri & Troiano bello interfuisent. Vnde canit Ouid. 7. Metam:

Excepit Aeacides illos in limine Phocus.
 Nam Telamon, fraterq, viros ad bella parabant.
 Phocus in interius spatium, pulchrosq, recessus,
 Cecrepidas duxit

Idem lib. xi. de exilio Pelei.

Exhibitæ est Thetis, confessum amplectitur Heros,
 Et potitur votis, ingentiq, implet Achille.
 Fœlix & nato, fœlix & coniuge Peleus,
 Et cui si demas iugulati crimina Phoci.
 Omnia contigerant, fraterno sanguine fontem.
 Expulsuq, domo patria Trachinia tellus.
 Accipit, Hic regnum sine vi, sine cede regebat,
 Lucifero genitore satius, patriumque nitorem
 Ore ferens Ceyx, illo qui tempore maestus,
 Dissimilisque sui fratrem lugebat ademptum.
 Quo post qua, Aeacides fessus cura que viaque,
 Venit & intravit paucis comitantibus urbem
 Quosque greges pecorum, qua secum armenta traherat.
 Haud precul à muris sub opaca valle reliquit.
 Copia cum facta est adeundi te & tyranni.

Velamen-

Velamenta manu prætendens suppliçe quis sit.
 Quog, satius commemorat, tantum sua crimina celat.
 Mentiturq, fugæ causam, petit urbe vel agro
 Se iuuet. Hinc contra placido Trachinius ore
 Talibus alloquitur, Media quog, commoda plebi:
 Nostra patent Peleu, nec in hospitia regna tenemus.
 Adiciis huic animo monumenta potentia clarum
 Nomen, auumq, Iouem, nec tempora per de precando.
 Quod petis omne feres, utinam meliora videres.

10 Et rursus in VII. venationi Calidonii apri cum Melagro & Atalanta interfuisse commemorat Telamonem & Peleum:

Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
 Vulnera fecissent, nisi Setiger inter opacas
 Nec iaculis isset, nec equo loca peruia sylvas.
 Persequitur Telamon, stadiog, incautus eundi,
 Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
 Dum leuat hunc Peleus, celerem Tegea sagittam.
 Imposuit neruo, sinuatog, expulit arcu.

20 Ex his fratribus Telamon quem diximus ad Parnasum abiisse & venationi Calidonii apri interfuisse. Aiace[m] progenit, & Peleus in Trachinia ex Thetide Dea marina Achillem, quorum vterque Troiano bello interfuit, cum Ajax ante etiam Troiam cum Hercule cepisset. Idcirco apud Ouidiū XIII. Meta. in oratione Ajax de Vlyffe conqueritur, ac genus suum ab Aeaco repetit & Vlyffis stemmati præfert, cum Achillis, vt cognati arma, ipso ab Hectore occiso, vt legitimus hæres peteret, quæ eloquentia sua à Græcis Vlyffes impetrare conabatur.

Nobilitate potens essem Telamone creatus,
 Menia qui forte Troiana sub Hercule cepit,
 Littoraq, intravit Pegasæ Colcha carina.
 Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illic
 Reddit, ubi Aeolidem saxum graue Sisyphon urget.
 Aeacem agnouit summus, prolemq, fatetur
 Iupiter esse suam, sic à Ioue tertius Ajax,
 Nec tamen hac series in causam proficit Achivi,
 Si mihi cum magno non est communis Achille.
 Frater erat, fraterno peto, Quid sanguine cretus
 Sisyphio: furtisq, & fraude simillimus illi
 Inferis Aeacidis aliena nomina gentis.

40 Ajax igitur Telamonis filius, vnde Aeacidarum Athenis familia descendit, cuius Milciades ac Cymon fuere, cum de armis Achillis diu contendisset, postremo furore concitatus, arietem corpore præstantem, quem esse Vlyffem crediderat, occidit, cum ex ira ad mentem redisset, indignatus se gladio illo, quo erat ab Hectore, post singularem pugnam donatus, transuerberauit, conuersus Deorum miseratione in florem Hyacinthum. Vnde est illud Maronis Ænigma in Secunda Ecloga.

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
 Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

Et Ouid. ex Metamorphos.

Tempus & illud erit quo se fortissimus Heros
 Addat in hunc florem, folioq, legatur eodem.

50 Venio ad Achillem Pelei filium, & Aiace[m] fratruclæ, & Thetide Dea marina natum, quem Poetæ Nereium heroem idcirco, & quod pater exul in Pelasgis confedisset, Pelasgum vocare consueuere, qui profectus cum Agamemnone ad bellum Troianum ex itinere cum Lyrnessum expugnassent Græci, Minetis filias Briseida, Chryseidaque Chryse Sacerdotis natam, quæ & Astinone, rapuit & cum sibi primam retinuisset, Chryseida Agamemnoni concessit, cuius pater vt pote Apollinis Sacerdos cum precibus suis pestem Græcorum exercitui immisisset reddere Chryseida Agamemnon coactus fuit, sed cum amore insaniret Briseida Achilli eripuit, vnde in Epistola Briseis ad Achillem apud Nasonem his versibus conqueritur:

Nunc quog, sic omnis Peleus pater impleat annos.
 Sic erat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis.

Achilles ge-
sta.

Achilles vero cum Hectora in obsidione Troiæ occidisset, ipse denique ab Alexandro Priami filio, qui Helenam rapuerat interficitur, de cuius natiuitate Naso XI. Metam. cecinit:

*Exhibitaque est Thetis, confessam amplectitur heros,
Et potitur votis, ingentique implet Achille,
Felix & nato, felix coniunge Peleus.*

Et de rebus ab Achille, præclare gestis, cum Cygnum regem, Hectoremq; & Amazonem interfecisset, Idem cecinit XII. Metam.

*Quem super impulsam resupino corpore cygnum.
Vi multa verit, terræq; affixit Achilles
Iam timor ille & hrygum, decus & tutela Pelasgi,
Nominis Aeacides, caput insuperabile bello,
Arferat, armarat Deus idem idemq; cremarat.
Iam cinis est, & de tam magno restat Achille.
Nescio quid, paruum quod non bene compleat urnam.
At viuit totum quæ gloria compleat orbem.*

Et necem illius ibidem delineans, quo modo occiso Hectore ab eius fratre Alexandro, qui Helenam rapuerat, Apollinis auxilio interfectus extiterit, canit, puta, cum Alexandrum Achillem increpantem introducit:

*Hectoris umbra subit, circum sua Pergama tracti,
Cum tamen ille ferox, belloq; cruentior ipso.
Viuit adhuc operis nostri populator Achilles.
Dat mihi se, saxo triplici quod cuspidè possim,
Sentiatur, & quoniam, concurrere comminus hosti.
Non datur, occulta nec opinum per de sagitta.
Annuit atq; animo pariter, patruq; suogq;
Delius indulgens, nebula velatus in agmen:
Peruenit Iliacum, mediag; in cede virorum,
Rara per ignotos spargentem cernit Achinos
Tela Parim, fassusq; Deum, quid spicula perdis.
Sanguine plebis ait, si qua est tibi cura tuorum.
Vertere in Aeacidem, casog; ulciscere fratres.
Dixit & ostendens sternentem Troica ferro
Carpore Peliden arcus obuerrit in illum,
Certag; latifera direxit spicula dextra.*

Itaq; Achille interfecto, captoq; Ilio, filius illius, Neoptolemus quidem, qui Choraebum Cassandræ sponsum ac Euripylum in obsidione occiderat, & Asinonē, Eoniumque vulnerauerat, in ipsoq; excidio Priamum regem ad aram Iouis Hircæi mactauerat, dum per Phocidem rediret, in vltionem Priami, Delphis ad aram Apollinis à Sacerdote immolatus est, Pyrrhus vero diris quoq; numinis actus cum redire in Thessaliam non auderet, secutus Helenum Priami filium, cum Andromachem Hectoris coniugē vxorem cœpisset, cum ipso in Epiro confedit, Helenoq; Andromache concessa (ex qua quidem Molossum Pyelum ac Pergamenum genuerat) Hermionem alteram duxit, ex qua nullam prolem tulit, ad quem alludentes cecinerunt Poetæ: Virgil. Æneidos.

*Sauus ubi Aeacida telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon.*

Idem lib. II. Æneid.

Vestibulum ante ipsum primog; in limine Pyrrhus.

Exultat telis, & luce coruscus abena

Etrursus.

Instat vi patria Pyrrhus, nec claustra nec ipsi

Custodes sufferre valent Ouidius XII. Metam. de Achille.

Quis locus Aiaci? Phiyam hæc Scyronq; ferantur.

Pyrrho in regno Epiri filius Molossum succedit, sed in parte tantum. Nam Heleni qui Priami erat natus, & in portionem regni à Pyrrho admissus fuerat, filius Cestrinus alteram Epiri medietatem sortitus erat, quæ Cestrina ab ipso fuit cognominata. Sed cum nullam prolem tulisset, regioni dumtaxat nomen indidit, quæ ab ipso Molossum vocabatur. Itaque cum minimus natus filiorum Pyrrhi in Asiam traiecisset. Auumq; Teuthranix principem singulari certamine occidisset, isthuc regnare cœpit & Pergamum condidit, Medius Pyelus rerum in Epiro potiri cœpit, cuius stemma per xv. ætates in regno Epiri mansit, donec postremo ad Tarippum quendam regnum peruenit, qui Alceram

Molossum
Pyrrhi filius.

Pyelus Rex.

ceram reliquit. Et is Neoptolemus Aribbam & Alceram Secudum, ob tyrannidē à suis occisum. Neoptolemus Alexandrum genuit, qui contra Romanos à Lucanis accersitus, ibidem obiit, apud quem Olympias, Alexandri Magni mater, ab Antipatro pulsa exulabat, reuersaq; in Macedoniam, auxilio Pyrrhi Æacidæ cognati sui & regis Epiri, bellum gessit contra Arideum. Porro frater Neoptolemi Aribba Æacidem genuit, qui pro Epiro, bellum gessit cum Philippo Cassandri filio ad Omydas, vbi ex vulnere obiit. Cui filius Pyrrhus succedit, interfecto Alcete patruo Aribbæ filio, ob tyrannidem prouincialibus exoso, totius regni gubernacula nactus est, quo tamen rursus à Cassandro exiit, sed mox à Ptolomæo Lagi filio, Aegyptio rege focero reductus, vt contra hostes suos tueri commodius Epirum possent, fœdus cum Lyfimacho Thraciæ rege percussit, quem in Thracia retinenda similiter iuuerat, quod interfecto Demetrio Alexandri filio, Macedonio rege legitimo, Cassander illam sui iuris fecisset. Sed fœderas illa cum Lyfimacho non diu mansit, Nam Demetrius exul in Asia susceptus à Seleuco, superauit Lyfimachum, qui secutus exinde partes Antigoni Demetrii filii Pyrrhū domo eiecit, ita reuersus in Epirum Pyrrhus Corcyram Insulam, subegit. Antigonom regem ac Galatas vicit, de quibus etiam opima spolia Mineræ Ithonæ, & Dodonæ Ioui suspenderat cum hac inscriptione:

Mineræ Ithonæ

*Quos tulit à Galatis Pyrrhus de gente Molossa,
Suspendat Clypeos Pallas Ithona tibi.*

*Fregit hic Antigoni vires, num mira videntur,
Marte valent & nunc, vt prius Acciada.*

Ioui Dodonæo.

*Hic Asia quondam vastata est terra potentis,
Seruitii Græcis hac peperere iugum.*

*Nunc eadem Iouis ade iacent affixa manentq;
Orba viris, clara præda Macedonia.*

Post hanc victoriam Pyrrhus à Tarentinis aduersus Romanos in auxilium sollicitatus, cum magna classe & Elephantorum multitudine, quos prius Italia non viderat, sed non sine maximo naufragio ac iactura in Italiam traiecit, victorq; aliquandiu. Postremo à Fabritio & Curio Rom. ducibus superatur, & in Sicilia profligatur. Vnde domum reuersus recepto bello, Antigonom in Peloponnesum abire coegit. Demum cum Cleonymum in regnum Spartanum reducere vellet, Argis ex tumultu, ictu regulæ à muliere interficitur.

Cæterum historiam huius inuictissimi Herois qui volet, apud Plutarchum prolixè legat. Post quem qui Epiri gubernacula tenuerint, haud satis constat, nisi quod verisimile est, illos Macedoniæ regibus fœdere quodam coniunctos, aut etiam subiectos extitisse. Quamobrè T. Lilius lib. I. Dec. 4. cum historiam recenset de duobus Iuuenibus Acarnanis, qui ab Atheniensibus erant occisi, quod sacris Cæteris non initiari interfuisse, commemorat Acarnanes puta Epirotas iure fœderis Philippum Macedoniæ regem Persei patrem ad vindicandum scelus in auxilium vocasse.

Qua occasione etiam Macedones Romanis se armis immiscuerant. Atheniensibus enim ac cæteris Græcis in auxiliū profectis ac à Romano Senatu missus. T. Quintius Flaminius Procos: in Epiri finibus Macedones vicit, cum eius frater Lucius Acarnanes puta Epirotas Leucade Metropoli illorum expugnata, Romanæ ditioni subiecisset. Quem secutus M. Fulvius Cos. Aminandri Athamanum regis proditione Cephalleniam insulam proximam Epiro subegisset, ac Ambraciam Epiri præcipuum munimentum occupasset, totam Epirum in Romanæ prouinciæ formam haud dubiò procul redegit. Cuius rei occasionem ac non minimum auxilium intestinum bellum dedit, quo se Epirotæ à Macedonum imperio vindicarunt.

Hinc T. Lilius Octauum Deca. II. sic incipit: Dum in Asia bellum geritur, ne in Ætolia quidem quietæ res fuerant, principio à gente Arhamanum orto. Athamania ea tempestate, pulso Aminandro, sub præfectis Philippi, regio tenebatur præsidio, qui superbo atque immodico imperio desiderium Aminandri fecerat. Exulanti tum Aminandro in Ætolia literis suorum, indicantium statum Athamanix, spes recuperandi regni facta est, remissique nuncii ab eo ad principes Argitheam (id enim caput Athamanix erat) si popularium animos satis perspectos haberet, impetrato ab Ætolis auxilio, in Athamania se venturum cum delectis Atholorum, quod consilium esset gentis & Nicanthro Prætori. Quos vbi ad omnia paratos esse videt, certiores subinde facit, quo cum ex-

Tarippum
Rex.
Alceta Rex,
Neoptolemi.
Alexander.
Aribba.
Æacides.

Pyrrhus.

Postrema
Respublica
Epirotarum.Qua occasi-
one Epirotæ
in Rom. po-
testatem ve-
nerunt.

exercitu Athamaniam ingressurus esset. Quatuor primo fuere coniurati aduersus Macedonum praesidium. Hi senos sibi adiutores ad rem gerendam assumpserunt, deinde paucitate parum freti, quae celandae rei quam agenda aptior erat, parae priori numero adiecerunt. Ita duo & quinquaginta facti, quadrifariam se diuiserunt, pars Heraclaeam, altera Tetraphiliam petit, ubi custodia regiae pecuniae esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argithaeam, ita inter omnes conuenit, ut primo quieti veluti ad priuatam rem agenda venissent, in foro obuerfarentur, die certa multitudinem omnem conuocarent, ad praesidia Macedonum arcibus expellenda, ubi ea dies aduenit, & Aminander cum mille Aetolis in finibus erat, ex composito quatuor locis simul praesidia Macedonum expulsa, literaeque in alias vrbes passim dimissae, ut vindicarent sese ab impotenti dominatione Philippi, & restituerunt in patrium & legitimum regnum. Undique Macedones expelluntur, Theium oppidum, literis a Zenone praefecto praesidii interceptis, & arce ab regis occupata, paucos dies obsidentibus restitit, deinde id quoque traditum Aminandro est, & omnis Athamania in potestate erat, praeter Athaeneum castellum finibus Macedoniae subiectum.

Et post multa subdit: Aminander quod sui maxime operis erat impigre agebat, ut Ambracientes compelleret ad deditionem, id cum per colloquia principum succedens murum, parum proficeret, postremo Consulis permisso ingressus urbem, partim consilio partim precibus euicit, ut permitterent se Romanis. At Aetolo C. Valerius Leuini filius qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, Consulis frater matre genitus eadem, egregie adiuuit. Ambracientes prius pacti ut Aetolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas, dein ut quingenta Euboica darent talenta, ex quibus CCC. praesentia CCC. per annos sex pensionibus aequis, captiuos perfugasque redderent Romanis urbem, ne quam formulae sui iuris facerent, quae post id tempus, quo T. Quintius traiecisset in Graeciam, aut vi capta ab Romanis esset, aut voluntate in amicitiam venisset, Caphallenia Insula ut extraius foederis esset. Et quae sequuntur.

Quae omnia ostendunt Epirum Romanam tum primum prouinciam factam, quam illi in duas portiones nouam & veterem Epirum subdiviserunt. Macedoniae prouinciis, in limite Illyrici Orientalis adiectam, & Thessalonicensi Praetorio subiectam. Ad quod alludens scribit Sextus Rufus ad Valentinianum Imp. Habet inquit Illyricus decem & septem prouincias, Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Suauiam, Dalmatiam, Maesiam, Daciarum duas. Et in ditione Macedoniae sunt septem Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duae, Praeualis & Creta. His auspiciis in Rom. potestate Epirus peruenit, & limitis Illyrici Orientalis prouinciis adiecta, a populis tamen Illyricis, Labeatibus, Scodriensibus, Dassaretis, Taulantiis, Olcyniatis, Pyruistis, sequestrata (ne & hos populos in Chorographia nostra signatos, Epiro attribuisse quis autemet) de quibus confinibus Liius lib. 5. Decad. 5. sic nominatim scribit. Pacata Epiro diuisisque in hyberna copiis, per oportunas vrbes regressus ipse in Illyricum. Scodrae (quo quinque legati a Roma venerant) euocatis ex tota prouincia principibus, conuentum habuit. Ibi pro tribunali, pronunciauit de sententiam consilii. S. P. Q. R. Illyricos esse liberos iubere, praesidia ex omnibus oppidis, arcibus & castellis sese abducturum. Non solum liberos, sed etiam immunes esse Issenses & Taulantios, Dassaretiorum, Pyruistas, Rizonitas, Olcyniata. *Et subdit:* Inde in tres partes Illyricum diuisit, vnam eam fecit quae supradicta est. Alteram Labeatas omnes, tertiam Agrauanitas & Rizonitas & Olcyniatas accolaeque eorum. Hac formula dicta in Illyrico, ipse in Epiro Passaronem in hyberna rediit. Sic Appianus in Illyrico. Illyrios inquit Graeci eos existimant, supra Macedoniam & Thraciam, a Chaonibus & Thesprotis ad flu. Istrum sedes habent, ad quae confinia alludens Claudius secundo in Eutropium cecinit:

--- Vastator Achiae.

Gentis & Epirum nuper populatus multam.

Possidet Illyricos iam quos obsedit amictus.

Et de Epiro haecenus, cuius nostro seculo non minimam portionem ALBANIAM vocant & Metropolim Croyam in veteris Antigoniae ruderibus excitatam, Vbi Scanderbegus ille Castriota rebus supra opinionem aduersus Turcas gestis, ante patrum memoriam claruit. Ex hac prouincia denique equites illi eliciuntur, quos Stratiotas graeco voce, sed corrupta appellant, Italis ac Slauinis cognitissimos. Et iam finiturus eram sermonem de Epiro, cum sese offerunt. Insignia huius quoque regni explicanda, Inueniuntur vero in numismate antiquo triplicia, Iupiter, scilicet, cum Egina, uictima quercu Dodonaea comprehensa. Item facies Iouis barbari, Pyrrhus vero Iunonis facie & Pallade

vt opi-



vt opinor sedente in moneta vsus fuit. De Iouis imagine & Egina Aescopi filia quam Iupiter rapuerat in forma ignis & ex ea Aecum ac Rhadamantum suiceperat, vt fabulae docent, res non opus habet probatione, cum vt ante dictum est, ab Aeco Iouis ex Egina filio reges Epiri initia repetant. Vnde Ouidius 13. Meta. Aiacen qui ab eode descendit Aeco, certantem pro armis Achillis fratruelis cum Vlyssae introducit:

Aeacem agnouit summus prolemque, fatetur.

Iupiter esse suam. sic a Ioue tertius Aiax,

Et lib. VI.

Aureum vt Danaen Aescopida luserit ignis.

Victimam quercu circumdatam, Dodonaeum Iouis oraculum in Epiro, puta Chaonia introduxit: Scribit enim Strabo 7. Georg. Prius enim Chaones, posterius vero Molossi, qui quidem propter regum cognationem magis ac magis amplificati fuerant, nam ex Aecidarum sanguine prognati sunt. Accidit quod penes illos Dodonae vetus ac nobile vigeat oraculum. Et rursus: Dodonaeum autem oraculum quemadmodum & caetera quodammodo derelictum est. Illud autem Ephoro a Pelasgis construitur. Quocirca Poeta cecinit Dodonae rex Pelasgice Iupiter. Et Hesiodus, Dodona inter quercus sedes Pelasgorum extitit. Adde quae Dionysius Halycarnassaeus scribit in primo antiquitatum: Ex Ambracia nauibus Anchises oram legendo Buthrotum Epiri portum petiit, Aeneas cum militum fortissimo quoque duorum dierum itinere Dodonam peruenit, oraculi causa: Vbi Troianus inuenit Heleni socios, acceptosque responso de quaerendis sedibus, & inter caetera oblatis Deo crateribus aereis, quorum aliquot hodie extant, literis antiquissimis testantes muneris autores Troianos, ad classem redeunt emenso quatuor ferme dierum itinere. Huius porro quercus Dodonae, & uictimae ibi immolari ab indigenis & aduenis consuetae, vt in moneta insculpta cernitur meminere Poetae: Virgil. 1. Georg.

Prima Ceres mortales vertere terram

Instituit, cum iam glandes atque arbuta sacrae

Deficerent sylua, & uictum Dodona negaret.

Ouid. 13. a columbis a Thebis Aegypti volantibus in Epirum, oraculum ortum testatur ac uictimam egregie depingit, vna cum Troiano Cratere ibi locato:

Haecenus antiquo signis fulgentibus aere,

Summus in iurato crater erat asper Achanto,

Nec leuora datus Troiani dona remittunt.

Dantque Sacerdoti custodem thuris acerram:

Dant pateram, claramque auro gemmisque coronam.

Inde recordati Theucros a sanguine Theucris

Ducere principium, Cretam tenuere locique,

Ferre diu nequiere Iouem, centumque relictis

Vrbibus Ausonios optant contingere portus.

Sauit hyems, iactatque viros, Strophadumque receptis

Portibus insidis exterruit ales Aeolo.

Et iam Dulichios portus, Ithacamque Samumque,

Neritiasque domos, regnum fallacis Vlyssis

Pratereunt uicti certatum lite Deorum.

Ambraciam uersisque vident sub imagine saxum

Iudicis, Aetiacum quae nunc ab Apolline nota est.

Vocalemque sua terram Dodonia quercu.

Chaoniosque sinus, ubi nati rege Molosso.

Impia subiectis, fugere incendia pennis.

Proxima Phaeacum felicibus obsita pomis.

Cura petunt Epiros ab his regnata uaticumque,

Buthrotos Phrygio simul atque Troia tenetur.

Stattius 3. Theb.

Et nemorum Dodona parens Cyrhaeque uirgo.

Lucanus v. i. Pharsaliæ.

*Nec quæfisse libet primis quid frugibus altrix.
Ore Iouis Dodona sonet, quis noscere f:bra
Fata queat.*

Silius I. I. Punicorum.

*In Gremio Thebes geminas sedisse columbas:
Quarum, Chonaxias pennis qua contegit oras.
Implet fatidico Dodonida munere quercum.*



Et his prolixè victimæ symbolum quercus ramo circumdatum explicatum arbitror. Quod ordine sequitur insigne Iouis barbati imaginem ostendit, cuius explicatio itidem sumitur ab Aeaco regum Epiri capite, utpote Iouis ex Aegina Asopi filia nato, vnde secundo Corinthiacæ Pausanias refert, Siccitate olim Græcia premebatur, cum neq; extra Isthmum sita regio, neq; Peloponnesus pluuiis rigaretur. Quare Delphos amandarunt, qui causam huius mali interrogarent, & liberationem peterent. His oraculum mandauit, ut Iouem placarent, ut vero preces audiat, opus fore inquit, ut Aeacus fiat supplex. Singulæ itaq; ciuitates missis legatis ab Aeaco hoc efflagitarunt, qui sacrificiis Ioui Græcanico persolutis, votisq; habitis Græciæ pluuias impetrauit. Ad barbarum deniq; Iouis alludit Prudentius Poeta in historia Romani Martyris hoc carmine.

*Barbam rigentem dum Iouis circumplicat.
Dum defluentem leniter deflectat comam.
Liniat capillos.*



Inscriptio in omnib. Symbolis manifesta est ΕΠΙΡΟΤΟΝ Epirotarū, Superest postremū vt explicetur id quod Pyrrhi habet græcam inscriptionē, & Minervæ sedentis Imaginē & nescio cuius alterius mulieris, quam forte vel Aeginā illam generis autricen vel Cererem esse arbitror. De Minerva res comparata est, quod Pyrrhus videlicet Galatis victis Miueruæ Ithoniæ spolia suspenderit, vt interpretatur Græci carminis inscriptio isthic posita, paulo supra adducta est, vt meminit Paul. Atticæ Pyrrhus postridie noctu ad promontoria quæ Ceruania appellant, traiecit, recreatoq; ibidem, post acceptam in Italia cladem exercitu, bellum Antigono indixit, culpa obiecta tum alia, tum vero maxime quod misso in Italiam auxilio, rebus adficiatis non succurrisset. Postquam igitur Antigoni & pprias copias, & accersitos Galatas superauit, ad ciuitates maritimas eum fugauit, Superioris item Macedoniæ & Thesaliæ potitur. Pugnae magnitudinem & quando Pyrrhus fuerit superior, arma Galatarum indicant, quæ in æde Minervæ Ithoniæ inter Phæras & Larissam sunt dedicata. Habet deniq; vt illud quoq; pro co'ophone adiciam moneta Pyrrhi inscriptionem his nominatim literis comprehensam ΑΤΑΝΙ forte literis vel vt transpositis vel deprauatis pro eo quod est Epirotan, vt primæ syllabæ desint, vel vt legatur ΑΤΥΝΟΝ quod vocale & sonorum Græcis est, facta allusione ad Iebetem illum Dodoneum, qui scutica impulsus à simulachro pueri sonitus claros edebat. Lege Erasmus in Proverbio æs Dodoneum.

DE LEMNO SAMO CÆTERISQVE

INSVLIS ET BYZANTIO.

VOD de Thracia ac Epiro supra diximus, non quo hæ prouinciæ Græca lingua cultæ fuerint, inter Græcos referimus, Id de Insulis, ac ipsa Macedonia repetimus, hoc est, quod multæ Græcorum coloniæ, cum in Thracia Insulisq; proximis. tum vero Asia etiam deductæ fuerint. Imo Thraciam cum Lemno ac proximis Insulis Athenienses sibi subiecerant.

Scitum est quod scribit in Syriaco Appianus. Ob hoc in Syria & iis

& ijs qui supra ipsam incolunt barbaris, multa Græcorum, multa quoq; Macedonum oppidorum insunt nomina, Berria, Edessa, Perinthus, Callipolis, Athana, Pellum, Oropus, Amphipolis, Arethusa, Astacus, Tegæa, Chalcis, Larissa & Apollonia. Itaque etsi Epirum ordine sequeretur, Macedonia vel tanquam illi coniuncta prouincia, vel quod Epiro posterioribus temporibus Macedonum principes præfuerint, atque eadē penelinguā Strabone autore incolæ vsi fuerint. Accidit tamen, dum Græciam præcipitater scribo, quædam ad Thraciæ dignitatem pertinentia sint intermissa, adeo vt quæsdā Insulas in Asiæ vicinia sitas non attigerim. Placuit idcirco hoc caput ceu corollariū quoddam addere, non solum quod hæc isthic intermissa sint, verum etiam vt symbola numifinarū, hoc est, insignia, quæ primo loco posuimus, locupletius interpretentur.



Hæc vero sunt Byzantii vrbs, à Pausania Spartano conditæ, Delphinus Tridentem comprehendens & Neprunus aquam effundens, vt interim de cæteris fileam, fileam quoq; de Delphinis quos Ostia Istri flu. dulcedine captos ingredi supra Byzantium, Plinius autor est, vt inde Delphini symbolo Byzantios vsos fuisse verisimile sit, Tridenti videlicet

Neptuni implicati. Enimvero Neptuni Tridentiferi imagine è mari emergentis, & aqua effundentis in alia ora vsa fuit, vt ab exordio Symbolorum videre est. Causam huic situs vrbs dedit vndiq; mari circumdatæ, sola excepta plaga Occidentali. Vnde de Byzantio scribens Lucanus in i. x. sic canit:

*Non Asiam breuioris aqua disternat vsquam
Fluctus ab Europa, quamuis Byzantion arcto
Pontus & Ostiferam Chalcedonæ cursu,
Euxinumq; ferens paruo ruat ore Propontis,
Sigeasq; petit fama mirator arenas.
Et Symeonis aquas, & Graio nobile busto.
Rhatium, et multum debentes vatibus umbras
Circuit, exusta nomen memorabile Troia.
Magnaq; Phebi queris vestigia muri.
Iam syluæ steriles & putres robore trunci.*

Huc facit quod Ouidius de itinere sui exilii canit primo tristium Elegia nona

*Fleximus in lenum cursus & ab Hectoris vrbe.
Venimus ad portus Imbria terra tuos.
Inde leui vento Zerinthia littora nata.
Thracia tetigit fessa carina Samon.
Saltus ab hac contra breuis est Tetyra petenti.
Hac dominum tenus est, illa secuta suum.
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos.
Hellepontiacas illa reliquit aquas.
Dardaniamq; petit autoris nomen habentem.
Et de ruricola Lampsace tuta Deo.
Quaq; per angustas male vecta virginis undas.
Sistas Abydena separat vrbe fretum.
Hucq; Propontiacis herentem Cyzicon oris.
Cizycon Hemonia nobile gentis opus.
Quaq; tenent Ponti Byzantii littora fauces.
Hic locus est gemini iam uafacta maris.*

Et hætenus de symbolo Neptuni ac Tridentis eiusdem quod diximus Byzantios Lemni Insulae usurpasse, à cuius littore, non ita procul in cōspectu, LEMNOS Insula, nō magis quondā, quam nunc etiam celebris, terra salubri, & in vsum medicinæ recepta, quam Phragida & Lemniam, nunc vero sigillatam appellat. In qua Insula à Turcis Stalamine dicta, Vulcani quondam officina (cuius etiam imago in moneta vsu fuit) & Thoantis regnū Poetis celebrantur. Cuius filia Hipsiphile, cum fæminæ ibi in sexū virilem coniurassent, & vna nocte viros omnes occidissent, patrem seruasse fertur, ac clam nauiculæ impositū dimississe. quam cum cæteræ ad supplicium postularent, à Iasone & Argonautis, qui forte crudeli facinori superuenerant, abducta fuit, cæterum in Insula quadam relicta Hipsiphile

apud Ouidium de Iasonis perfidia conqueritur hoc carmine:

Non erat hic aries villo spectabilis aureo.

Non senis Alcetæ regia Lemnos erat.

Dos tibi Lemnos erit terra ingeniosa colenti.

Me quoque iam tales inter habere potes.

Et iterum:

In Insula igitur relicta Hipsiphile à Pyratibus; inuenta Lycurgo regi Nemææ venditur, cuius filium Opheltam cum nutriet Adrasto Argiuorum rege, cum Pollinice genero Thebas petentibus obuiam facta, ac siti laborantibus cū fontem Langiā ostendisset, oblita pueri in herba ludentis, ut à serpente occideretur, causa fuit. Quare denuo ad supplicium raptam, ab Argiuis tamen defensa & abducta fuit, Quam siue historiam siue fabulam Quinto Theop. Papinius prolixè describit, Qui denique situm Insulæ Thraciæ proximam delineans sic canit:

Incipit *Aegæo premitur circumflua Nereo.*

Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aethna.

Mulciber ingenti tellurem proximus umbra

Vestit Athos, nemorumq; obscurat imagine pontum.

Thracæ arant contra Thracum fatalia nobis

Littora. Et rursus:

Et paros & nemorosa Thasos crebræq; relucet

Cyclades una graui penitus læt obruta celo.

Lemnos, in hanc tristes nebula, & plaga caeca supernè.

Texitur, una magis Lemnos non agnita nautis.

Samothrace Insula.

A Lemno non ita procul est Insula Samos, Thraciæ pariter obiecta, ab Incolis, qui huc ex Thracia continente cōmigrarunt Samothrace dicta, In quā Iones & Athenienses colonias deducere. In qua Asylum sacrum quondam fuerat, quo tamen sanguine humano polluti confugere nō audebant. Quare cum eò Perſes Macedoniæ rex à P. Æmylio victus confugisset, ab incolis non est defensus. Locum ex T. Liuiio subiicere placet, qui & Insulæ situm templumq; & mores affabre depingit. Pro se quisq; transire ad Romanos fugæq; consilium capere, tolum prope relictum coegerunt, Oroandemque Cretensem, cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas in regione fecerat, appellat, ut se sublatum in Lembum ad Corym deucheret. Demetrium est portus in Promontorio quondam Samothraciæ, ubi Lembus stabat, sub Occasum Solis deferuntur quæ ad vsum necessaria erant, defertur & pecunia quanta clam deferri poterat. *Et de templi sanctitate scribens:* Dum hæc aguntur classis Cn. Octauii Samothracæ est appulsa. Is quoq; presenti admoti terrore, modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet cum conaretur, adiuuit in hoc eum res casu contracta seu consilio. L. Atrilius illustris adolescens, cum in concione esse populum Samathracum aduertisset, à magistratibus petiit, ut sibi paucis alloquendi populum potestatem facerent. Permisso, virum nos hospites Samathracæ vere accipimus an falso, sacram hanc Insulam totam augusti atque inuolati Solis esse? Cum creditæ sanctitati assentirentur omnes, cur igitur inquit, pollutam homicida sanguine regis Eumenis violauit, & cum omnis præfatio sacrorum eos quibus non sunt puræ manus, sacris arceat, vos penetralia vestra contaminari cruento latronis corpore sinetis? Hæc de tēpli sanctitate atq; Asylo quod famigeratis ibi fuerat. De nominis origine libet ex decimo Strabonis, locū subiūgere, cur Samos dicta sit, cum & altera sit in Ionico sinu prope Cephalleniam, ad quam primo Æn. Maro. scilicet alludit hoc carmine:

Quam luno fertur terris magis omnibus unam.

Post habitacoluiffe Samo.

Quare dicta Samos.

Verba Strabonis hæc sunt. Quandoquidē igitur rerū Troianarū tempore Samos & Cephallenia & Samothracia nominabatur, earū nomina à priscorū aliquo illis inducta fuisse liquet, ex quibus & illud manifestū est. quod præter antiquā historiā qua colonos post Ionicam coloniā, Tembrionisq; præsentia è Samo venisse fingit, & Samon Samothraciā nominasse. Planū in quā est, Samios hoc esse cōmentos gloriæ causa, vero autem similis illi dicūt, qui nomen Insulæ ab altitudine impositū aiunt. Samos nāq; summitas & altitudo vocatur, siquidem ex eo loco tota prospectui patebat Ida, & Priami ciuitas & Achæorum naues cernebantur. Sunt qui à Saiis priscis Thraciæ cultoribus, & qui continenti finitimam habitabant, Samum appellatam esse dicunt.

Homerus sane libro Illiados. h. cum proximas Insulas commemorat, Sami quoq; meminisse videtur, Thraciam ac in nemorosam in summo cognominat, veluti Imbronsterilem, & Lemnō planissimam longis nucibus celebrat, Vnde Virgilius 7. Æneidos:

Threiciamq;

Threiciamq; Samum qua nunc Samothracia fertur.

Et Nasō cum iter exilii sui in pontum è Coryntho describit, cecinit:

Fleximus in laeuum cursus, & ab Hectoris urbe.

Venimus ad portus imbria terra tuos.

Inde leui vento Zerinthia littora natā

Threiciam tetigit fessa carina Samon.

Vnde & illud est.

Fama est fictilibus canasse Agathoclea regem.

Atq; abacum Samio sape omerasse luto.

Abundat quippe hæc Insula luto conficiendis fictilibus, Vnde allata fictilia vasa celebrantur quemadmodum ærea Corinthia. Est vero & altera Samos Insula in Ionico mari contra Epirum Cephallenia & Ithacæ & Zacyntho propinqua sub Vlyssis quondam imperio, uti & Cephallenia. Vnde Homerus in Catalogo, cum quos ad bellū Troianum Vlysses duxerit commemorat.

Ipse Cephallenas secum ducebat Vlysses,

Quiq; tenent Ithacam syluis & Neriton altis;

Et Crocylam colunt, asperamq; Ægylippen,

Et Zazynthum, Samumq;

Et lib. 1. Odyss.

Quotcunq; optimates Insulis imperitabant,

Dulichioq; Samæq; herbosæq; Zazyntho.

Ad Cephalleniam Epiro adiacentem Insulam (ut de Insulis caput concludamus) pertinet quod Strabo refert, & de ciuitatibus illius & nominis origine, lib. 10. De Cephallenia autem quæ est Tetrapolis, id est, ciuitates quaternas continet, neq; huius temporis nomine dixit, neq; vlla de ciuitate, vna tantum excepta siue Same siue Samo, quod oppidum hodie deletum prorsus est, ad medium autem Ithacæ fretum, ipsius vestigia commonstrantur, ab ea vero Incolæ Samæi vocantur. Alia sunt adhuc his temporibus exilia quædam oppidula, Pronesus & Cranii, ætate vero nostra alteram C. Antonius ædificauit M. Antonii patruus, cum post consulatum quem collega Ciceronis oratoris gessit, exilin Cephallenia moram traxit, & vniuersam Insulam sicuti peculiare prædium subiectam habuit. Quam tamen à se habitari & conditam non absoluit. Sed ab exilio reuocatus, adhibita rebus amplioribus cura functus est vita.

Non dubitauere pleriq; Cephalleniam eandem & Dulichium appellare, & Taphū alii & Taphios & Cephallenios eisdem dixere. Teleboas & aduersus illos Amphitryonem exercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo tradidisse, ab illoq; nomen assecutam Insulam, hæc ille. Appellantur autem de quibus diximus, Insulæ hodie ab Italis Cephallenia, Lotoa Guardiani, Ithaca conipare, & Corcyra Corphum. Quo autem insigni vsa sit Cephallenia, aut vtraque Samos nondum comperi, Myrineæ Lemni quidem ciuitatis insigne reperimus in vetusto numismate, ut vltimo numismate primi ordinis lector videbis.

Extat & Corcyræ symbolum nauis vetusta ut in Chorographia tibi lector occurret:

DE MACEDONIA.

MACEDONIA (cuius Monarchia apud Daniele Hirco comparatur cuius cornu regnum quoque illius præcipuum ornamētum ac decus extitit) definitur à Ptolemæo, ab oriente parte Thraciæ & sinub. Ægei maris, ab occasu Ionio Pelago, quod à Dyrrhio & Epidamno (hodie Rhagusium dicunt) à Septentrione Dalmatiæ, Thraciæ, & Mysiæ lateribus, à meridie deniq; parte Epiri, quæ ad Pyndum ac Cambunios montes extenditur. Ac tamen is vtrinque Elymeam Orestidem, Albanos, Dasseretios, Aordæos, Æstræos, Philyotidemque atq; Æmæthiam coniungat, nos tamen ob linguæ diuersitatem, has quidem Thessalis, illas vero Epirotis attribuimus, atque inter vtrasque, hinc quidem Magnesiā, illinc vero Pæoniā collocauimus. *Scribit tamen Melis.* In Macedonia prima est Thessalia, deinde Magnesia, Philyotis, *Et iterum.* tum Macedonum populi quas vrbes habitant. Pellam maxime illustrē alūni efficiunt. Philippus Græciæ domitor, Alexander etiā Asiæ, in littore flexus Mecibernæus inter Promontoria diuidit Canastræū, & portū qui Copos dicitur. Mecibernæus aut in medio, qua terra dat gremiū, modicè in littora ingreditur. Cæterū in lon-

Limites Macedonia.

Situs Promontoria Metropolis Macedonia.

gis in altum immisis laterib. ingens inter maria sinus est, in eum Axius per Macedonas, etiam per Thessalos Penæus excurrit, ante Axiū Thessalonice est, inter vtrumq; Cassandra, Cydna, Azoros, Derris, a Penæo, Sæpias, Cordinia, Melibæa, Castanæa pares ad famam, nisi quod Philectetes alumnus Melibæam illuminat.

Diuisio Macedonia.

Porro diuidunt hoc regnum Geographi antiquiores cum Liuius in prouincias in Pæoniam (quam tamen alii separant) Migdoniam, Odomanticen, Synticen, Pelagoniā, Lyncestidem, Bisalticam, Paraxiam, Chalcidicen, Pieriam, Pelasgiotiden & Æmathiā. Romani cum in prouinciæ formam redeissent Macedoniā, Perseo capto, pauciores in ea regiones distinxerunt. Scribit enim Liuius lib. quinto decad. quinta: Omnium primum liberos esse iubere Macedonas, habentes vrbes easdem, agrōq; vrtes legib. suis, annuos creantes magistratus, tributum dimidium eius, quod pepēdissent regibus, pendere populo Romano, deinde in quatuor regiones diuidi Macedoniam, vnam fore & primam partem, quod agri inter Strymonem & Nessum amnem sit, accessurum huic parti trans Nessum ad Orientem verum, qua Perseus tenuisset vicus, Castella, Oppida, præter Ænum & Maroneam & Abdera, trans Strymonem autem vergentia, ad Occasum Bisalticam omnem cum Heraclæa quam Synticen appellant. Secundam fore regionem, quam ab ortu Strymonis amplecteretur amnis, præter Synticen, Heraclæam & Bisaltas, ab Occasu, qua Axius terminaret fluuius, additis Pæonis qui prope Axiū flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Pæneus amnis ab occasu cingunt, ad Septentriōem Bora mons obicitur: adiecta huic parti regio Pæoniæ, quæ ab occasu præter Axiū amnem porrigitur. Edessa quoq; & Beræa eodē concesserunt. Quarta regio trans Boram montem vna parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum, vbi concilia fierent, Primæ regionis Amphipolim, Secunda Thessalonice, Tertiæ Pellam, Quartæ Pelagoniam fecit.

Lingua Macedonia qualis.

Et de diuisione hætenus, nūc qua lingua, ac quib. insignib. cum in moneta cum sigillo vsa Macedonum gens fuerit, expediam. Linguā vero diuersam, extitisse à Græca, verba Liuii coarguunt lib. v. Decad. v. cum Perseo capto, diuisum Macedonia regnum in III. partes describit. Silētio per præconem factō, Paulus latine quæ Senatui, quæ sibi ex consilii sententia visa essent pronunciauit, ea Cneus Octavius Prætor (nam & ipse aderat) interpretata sermone græco referebat. Et cum de Persei regis captiuitate loquitur, Hæc Græco sermone Perseo, latine deinde suis. *Exemplum in signe cernitis inquit, mutationum rerum humanarum.* Quæ sane demonstrant Macedones linguam Græcam in eo vsu habuisse, quo hodie Germani latinam habemus, puta non nisi aliquo loco constitutis hominib. vsurpatam. Aliud enim Idioma peculiare Macedonū fuisse, Athenæi verba III. Dipnos. testantur. Cum in regina Roma versaret, vir optime loci ipsius vocibus nunc ob consuetudinē vsus sum, & apud antiquissimos Poetas & Historicos græce maxime loquentes, facillime Persica etiam nomina, ob vsus consuetudinem inuenies, sicut Parafangas, Asturos, & Schenum, quæ nunc etiam mensura est viæ, ita à multis nominata. Noui multos Atticos quod cum Macedonibus conuersati sunt Macedonicè loquentes. Huc pertinet quod Strabo in septimo scriptum reliquit. Iamq; Lyncistum & Pelagoniam, & Oristiadem & Æmiam superioris Macedonia nomine comprehendebant, eamq; posterioris Eleutheram, id est liberā dicebāt, aliqui vero vniuersam vsq; ad Coryram Macedonia appellat, cui rationem simul asserentes, quod & tonsura & lingua & Chlamide aliisq; talibus vrantur pariter omnes, pleriq; gemino sermone loquuntur. Soluta autem Macedonum regno, cuncta in Romanorum ditionem concessere.

Insignia Macedonia.



Transeo ad insignia prouinciæ, quæ reperio. Quadruplicia, puta Dianæ imaginem, clauam Herculis, Cornua Hircinia & Iouis sedentis symbolum. Dianæ quidem imagine in moneta Macedones vsos crediderim, vel ob Dianam Pelleā, hoc est, apud Pellam Metropolitim regni cultam, cuius Pausanias mentionem facit, de qua vrbe Strabo in decimo sexto hæc adnotauit. Ea olim Pella dicebatur à primis Macedonibus, propterea quod maximas Macedonia pars qui in Asia militauerant, hic habitauere.

Pella

Pella vero Macedonum Metropolis fuit, Philippi & Alexandri patriâ hoc in loco milites recensentur, & equi alebantur, & regis equæ numero supra xxx milia, harum emissarii ccc. Vel quia venationis Macedones studiosissimi extitere Dianæ videri possunt simbolo vsi: ad quos alludens scribit in primo Dipnos. Athenæus.

Testatur Hegefander (ait) in more positum apud Macedones fecisse, vt nullus decumberet, inter conuiuas, nisi extra retia aprum interfecisset, tunc enim sedere inter conuiuates licebat. Cassander cum trigésimum quintum vitæ suæ annum attigisset, tunc etiam comedebat sedens apud patrem, quia certamen non potuisset absolueret quamuis robustus esset & bonus venator.

Macedones venationis studiosi.

Quate de Alexandro magno scribens, idem autor in xv. Subsequēbatur & multa iumenta quæ ad palestræ vsū puluerem conferebant. Menelaum vero & Leonnatum venatores tentoria stadiorum quinque ferentes sequi solebant, quib. feras circumdantes venebantur. Id & Q. Curtius de Alexandro refert. Cæterum Macedones quam prospero euentu defunctus erat Alexander, tamen sciuerunt gentis suæ morem, ne pedes venaretur sine delectis principum amicorumq; ille quatuor millibus ferarum deiectis, in eodē saltu cum toto exercitu epulatus est. Sic intelligitur illud T. Liuii lib. dec. v. cum captiuitatem Persei regis describit, quam scilicet lunæ, quæ & Diana præcesserat defectus, nocte inquit quam pridie nonas Septembris, insecuta est dies, edita hora luna cum defecisset, Romanis militib. Galli sapientia prope diuina videri, Macedonas vt triste prodigiū, occasum regni perniciemq; gentis portendens mouit. Et hæc super Dianæ imagine. Sed quod Herculis claua, Macedones vsi fuere. adiecta in scriptione ΜΑΚΕΔΟΝΟΝ ΠΡΟΤΗΣ causam arbitror, vel quia stemma Maced. principū ab Hercule defluerit, vel quia Alexander magnus & nomine & habitu se Herculis filium finxit.



Quod diximus de familia Herculis, ita ferres habet. Hercules ex Deianyra Oenei regis Calidoniæ filia (vt de Megara, Theban i, Auge, Omphale, Parthenopea, ceterisq; eius coniugibus sileam) Hillū, Chelippum & Glicisonidem tulit, ab horum vno Aristomachus gignitur Cleolai pater. Cuius filius Themenus Argos acceperat, pariturus cum

Herculis imagine Macædon.

fratrib. quorum Cresphontes Messeniam & Aristodemus Euristhæis pater Laconicum agrum obtinuerant. Porro ex Themeno Argiuo, Cernes, Phalces, Symius & Ceifus prodire Cisi filius nomine Perdicas pulsus auito regno, in finibus Macedonia exulauerat, & Perdicas secundum ac Alcerem genuerat. Quorum postremi filii extitere Alexander & Amyntas: horum Alexander ab Archelao, Perdicas filio interficitur. Amyntas porro Alexandrum secundum reliquit, cuius Herodotus meminit Athenas ab Mardonio missi, Is Amyntas Amyntam secundum tulit. Qui ex Illyrica femina Euridice Philippum progeniuit Alexandri magni patrem, qui generis gloriā reb. gestis extollens, Monarchiam terram Macedonicam constituit, finibus in Indiam & vsq; ad Istrum promotis. Erat vero Philippus iste minor natu inter fratres & Thebis obses à fratrib. qui rerum potiebantur datus Alexandro nempe quem Ptolomæus Alorites interfecerat, & Perdica tertio. Philippus itaque cum plures duxisset vxores, plures quoque filios progeniuit. Ex Nicispoli videlicet Pheræ Thessalonice Cassandri vxorem, ex Phlynnæ Arideum, & ex Olympia Alexandrum Magnum ac Cleopatram Attalo nuptam. Quare & Olympias nondum adulto Magno, ab Aridæo priuigno pulsa, in Epirum fugerat. Ac tamen Alexander quem diximus Magnum, duos filios tulisset, ex Aridæo videlicet Herculem, & ex Roxane Alexandrum. Horum tamen puer Alexander obierat, & Alexander à Cassandro cognato, Thessalonice sororis Magni marito, interfecit. Itaque Cassandri ex Thessalonice filii Antipater Philippus & Alexander, rerum ad se summam Alexandro Magno extincto traxerunt. Quorum Philippus morbo perierat, Antipater vero Thessalonice matre occisa, Cassandrum secundum filium reliquit, illum videlicet qui Thebas restituit. Is porro Alexander tulit, quem Lacharis tyrannide liberasse Athenienses, Pausanias scribit: à Demetrio occisum, qui & Alexandrum Antipatri patrem interfecerat, & Antigoni Satrapæ ac Alexan. Magni ducis filius extiterat, à multis expugnatis vrbibus Poliorcetes cognominatus, qui & Isthmum Peloponnesi perfodere conabatur. Quorū cōsiliorū occasione in moneta Neptuni reducis simbolo, ac triremis insigni vsus cōspicitur, cū caput pariter, more Macedonia principū cornib. hircinis redimi-

Stemma Macedonia regni.

Philippi Amyntæ vxor & liberi.

Demetrii tum cernatur. Habebat vero is Demetrius plures coniuges, ex quarum Illyrica vna reguminsigne.



ac Herculis genere descendisse. Quapropter T. Liuius lib. 7. Decad. 4. scribit, de Philippo rege Persei patre locutus. Profectus ipse cum paucis equitum leuisq; armaturæ Argos venit. ibi curatione Hecorum, Nemeorumq; suffragiis populi ad eum delata, quia se Macedonum reges ex ea ciuitate, oriundos referunt.

Alexander Magnus Herculis habitus.

Atq; hanc causam arbitror, quamobrem Alexander Magnus in numismate suo Herculis habitu sculptus cernitur exuuiis Leoninis caput tectus. Ad quod pertinet q. 12. Dipnos. Athenæus de Alexandro magno refert. At in cōuentu calceos & Petasum in capite, caduceumq; in manib. sæpè clauam etiam Leoninamq; pellem veluti Hercules. Quod sane admirabile est, si nostris temporibus Commodus Imperator Herculeam clauam in vehiculis adiacentem habeat, pellisq; leonina ei substernatur, ac Hercules dici cupiat. Cum Alexāder Aristotelis discipulus se tot Deis comparauit. Adde quæ Arrianus in secundo scribit de ipso: Post hæc Alexander ob rem bene gestam Herculi vota persoluit, cum exercitu nauibusq; instructis, ludis Gymnicis editis. Sic Apianus secundo Romanæ historiæ cum Iulium Cæsarem Alexandro Magno confert, nominatim scribit. Vterq; etiam corporis robore, & pulchritudine præcelluit, utriusq; à Ioue genus. Ille quidem ab Æaco & Hercule, hic ab Anchise & Venere duxit originem, contentiosi aduersus irritantes ambo, ad conciliandū verò perfaciles, & in captiuos pariter clementes habiti, ultra clementiam, beneficii quoq; neq; aliud quam vincere affectantes.

Cornuum hircinorum insigne.



Transeo nunc ad tertium genus insignium nēpe cornua Hircina, quæ Reges dumtaxat, & quidem vel in Casside veluti Alexander Magnus Philippus Persei pater & Pyrrhus, vel in Diademate gestabant, quæ admodum in veteri numismate Demetrius Antigonus & Lysimachus ornati conspiciuntur: ad quod alludentes insigne de

Pyrrho Plutarchus scriptum reliquit. Pyrrhus autem stabat detracta Casside, ac rursus eam capiti imponebat, ut insigne hircinorum cornuum nosceretur. Liu. lib. 7. Decad. 4. de Philippo Persei fratre locutus, cum Philippi Macedoniae regis conflictū, pro Achæis contra Ætolos ac Romanos describit. Expeditione ea qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnauit in arborem allatus, in petu equi ad eminentem ramum cornu alterum galeæ perfregit. Id inuentum ab Ætolo quodam, prolatumque in Actoliam ad Scardiletum, cui notum erat insigne galeæ, famā interfecti regis vulgavit. Quare vero Hircinorum cornuum insigne Macedoniae reges vsi fuerint, triplex reddi causa potest, vel quod Daniel Propheta, cum in spiritu Monarchias præuidisset, Macedonicam Monarchiā hirco compararit, vel quod Alexāder Magnus cum se Iouis Ammonii filiū finxisset, Hircina cornua, quibus Iupiter Ammon in Aegypto representabatur, introduxerit, vel quod Nicator deniq; ex Satrapa Macedoniae rex, taurū quondam ex sacrificio Alexādri fugientem manibus correptum tenuerit. De Ioue Ammonio, cuius se filium finxerat Magnus, Athenæus XII. Dipnos. Afferit Ephippus Alexandrum sacras etiam vestes

Quare Macedoniae in insignibus q; hircinis cornibus.

vestes in cænis gestare solitum, aliquando purpuream quidem Hammonis circumcisas vestes cornuaq; veluti Deus, aliquando vero Palladis, quam in curru gestabat.

Adde quæ Arrianus in tertio scribit. Sed vel maxime, quoniam Perseus atq; Hercules ipsum Deum consulaturi adiisse ferebantur. Perseus, quo tempore aduersus Gorgonā à Polidecte, Hercules cum in Lybiam contra Antheum, in Ægyptum contra Busiridem proficisci ab Euristhæo iussus est. Erat enim Alexandro æmulatio quædam cum utroq; de honore & gloria, cū ex eadem stirpe esse se vellet, nam & ipse originem suam in Iouem referebat, quemadmodum Poetarum fabulæ, Persei atq; Herculis Iouem ipsum Patrem finxere. Hoc itaque consilio ad Ammonem proficiscebatur, tanquam originis suæ certior futurus.

Sic Curtius libro 4. rerum ab Alex. gestarum; cum de eius in Aphricam ad Iouis Ammonii oraculum profectioe loquitur, Sequuntur matronę virginēsq; patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propiciari Iouem credunt, ut certum edat oraculum. At tum quidem regem propius aduentem, maximus natu ē Sacerdotibus filium appellat, hoc nomen illi Parentem Iouem reddere affirmans. Ille vero ait, & accipere & agnoscere, humanæ fortis oblitus & subdit Iouis igitur filium se non solum appellari passus est, sed etiam iussit. Huc alludens nimirum Silius lib. XIII. cum Scipionem apud Inferos Alexandrum alloquentem inducit.

Incipit Æneades Lybici certissima proles

Ammonis quanto exuperat tua gloria cunctos

In dubitata duces.



Quod vero Iupiter Hammonius hircinis cornibus antiquitati repræsentatus fuerit, ostendit Diodorus III. Bibliothecæ. Traditur Ammon galea in bellis vsus, cuius insigne fuit arietis caput, sunt qui ipsum adferant natura in utroque tempore paruula habuisse cornua, propter ea filium eius Dionysium eodē fuisse aspectu, posterisq; traditum

Cornua hircina Iouis Ammonii.

Deum hunc cornua gestasse. Vnde facile apparet à Ioue Ammonio cornua hircina desumpta, quæ similiter in galea reges ut ille gestabant, ut supra ex Liuius & Plutarcho docuimus. Et sic intelliguntur loca Poetarum de Ioue cornigero. Quid in Ibin.

Neq; tibi fida magis misceri pocula possunt,

Quam qui cornigero de Ioue natus erat.

Lucanus in sexto:

Ventum erat ad templum, Lybicus quod gentibus unum

Inculci Garamantes habent stat corniger illic

Iuppiter ut memorant, sed non aut fulmina vibrans.

Aut similis nostro sed tortus cornibus Ammon.

Sic Silius lib. 15. Sacerdotem Iouis Ammonii Casside corneta describit, quale gestasse Macedoniae reges diximus.

Fatidicis Nabis veniens Ammonis arenis,

Improba miscebat securus prælia vati

Cui, tutante Deo, patrius spolia improba teris,

Fixurum vano tumidus promiserat ore.

Ardebat gemma Garamantide cerula vestis,

Vt cum sparsa micant stellarum lumina caelo.

Et gemmis galeam Clypeumq; accenderat auro,

Casside cornigera dependens infula sacros.

Præ se terrores diuumq; ferebat honore.

Addam ceu corollarium præmissis de cornibus Iouis, quod Homerus antiquissimus quoq; Poeta II. Iliados fingit Menelaum cum reliquis Græcorum ducibus Iouis agnum album, cornibusq; conspicuum maclasse, ut seruatores fœderū iuaret, violatoresq; puniret. Similiter & Apollonius Rhodus secundo Argonau: ab iis quibus perfugiendo Iupiter profuisset, auratum agnū Ioui maclatum fuisse, scribit. Atq; hanc rationem reddere voluimus, quare & Alexāder cognomēto Magnus & post eum ceteri Macedoniae reges in casside vel diademate hircina cornua gestarint, ut in veteri etiā passim moneta repræsentantur. Quæ si alicui non arridet, is probet per me licet, quod in Syriaco Appianus Alexandrinus, de Nicatore scriptum reliquit, locum subiicere placuit

De Alexandro.

Alexander Magnus Iouis Ammonii filius.

Mihi autem probabilius videtur Nicatorem inter fecisse, vel quod corpore ingenti fuerit ac robusto, syluestremq; taurum in Alexandri sacrificio, olim elapsum e vinculis sese opponens, manibus tenuerit ambabus. Quod in statuis conspicitur, quibus cornua de super adiecta sunt.

Insignia Alexandri Magni.



Et hæc de Macedonia insignibus, quæ in antiqua passim moneta reperiuntur, Peculiaria vero Regum ac principum fuere insignia, Alexandri præcipue cognomento Magni, qui & victoriam alatâ, & Bucephalon equum & Iouem Olympium in sede sedentem vsurpauerat. De Bucephalo scribit, Strabo lib. 15. sedecim talentis e Philonici

Pharsali grege emptus, siue ab aspectu torto, siue ab insigni taurini capitis armo impressi hoc nomine vocatus, neminẽ nisi Alexandrũ Magnũ scilicet passus dicitur. Ideo in bello Indico, interfecto illo, huic & exequias duxit Alexander, & sepultura locũ adstruẽti ciuitate, & ab equo denominata augustiorẽ fecit. Ad victoriæ imaginẽ qua vsus similiter Alexander in moneta fuerat, pertinet quod scribit Curtius in 8. lib. Rex equite præmissõ qui reuerti eos iuberet, opeririq; præsentia ipsius superuenit, & victimis Mineræ, ac victoriæ cæsis imperium Sismithri restituit. Plin. lib. 35. cap. 10. Item belli imaginem restrictis a tergo manibus Alexandro in curru triumphante. Quas vtrâque tabulas Diuus Augustus in fori sui porticib. celeberrimis dicauerat, simplicitate moderata, Diuus Claudius pluris æstimauit in vtrâq; excisa facie Alexandri, diui Augusti imaginem subdere. De Iouis Olympici symbolo dicitur in Elide. Scitum est quod Plin. 35 refert de Apelle. Pinxit & Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Ephesiorum. Erat illud vnum & præcipuum, quod in A. Magno reprehendebatur præter temulentiam, vnde Curtius in 6. refert cum raptos ad supplicium Macedones describit ob insidiarum suspicionem, Philotã ita loquentẽ introducit. Pater inquit, meus Egilochõ, quã familiariter vsus sit, nõ ignorãtis. Illũ dico Egilochũ, qui in acie cecidit: ille omnium malorum nobis causa fuit. Nam cũ primũ Iouis filiũ se salutari iussit rex, id indigne ferẽs ille. Hũc igitur regẽ agnoscimus inquit: qui Philippũ dedignatur patrem: actum est de nobis, si ista perpeti possumus, nõ homines solũ, sed etiã Deos despicit, qui postulat Deus credi, amissimus Alexandrũ, amissimus regem, Incidimus in superbiam, nec Diis quibus se exequat, non hominibus quibus se eximit tolerabilem, nostro de sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat, qui grauetur mortaliũ adire consilium: credite mihi & nos, si viri sumus, a Diis adoptabimur.

Quis proauũ eius Alexandrũ, quis deinde Archelaum, quis Perdicam occisos vltus est, interdum exuuiis leoninis tecta in moneta sua apparet, vel quod se Herculem finxerat, vt supra dictum est, causa est. vel quod Leonem ipse, insignis magnitudinis occiderit, vt de ipso Q. Curtius scriptum reliquit, in 8. Quatuor continuis ætatibus intactã saltẽ fuisse constabat, quem Alexander cum toto exercitu ingressus, agitari vndique feras iussit, inter quas cum leo magnitudinis raræ, ipsum regem inuasurus incurreret, forte Lyfimachus qui postea regnavit proximus Alexandro, venabulum obiicere feræ ceperrat. Quo Rex repulso & abire iusso, adiecit, tam a se, quam a Lyfimacho Leonẽ interfici posse. Lyfimachus enim quondam cum venaretur in Syria occiderat eximia magnitudinis feram solus, sed læuo humero vsq; ad ossã laceratus, ad vltimum periculi peruenerat, Id ipsum exprobens ei rex fortius quam locutus est fecit, nam feram non excepit modo, sed etiam vno vulnere occidit.



interdum exuuiis leoninis tecta in moneta sua apparet, vel quod se Herculem finxerat, vt supra dictum est, causa est. vel quod Leonem ipse, insignis magnitudinis occiderit, vt de ipso Q. Curtius scriptum reliquit, in 8. Quatuor continuis ætatibus intactã saltẽ fuisse constabat, quem Alexander cum toto exercitu ingressus, agitari vndique feras

iussit, inter quas cum leo magnitudinis raræ, ipsum regem inuasurus incurreret, forte Lyfimachus qui postea regnavit proximus Alexandro, venabulum obiicere feræ ceperrat. Quo Rex repulso & abire iusso, adiecit, tam a se, quam a Lyfimacho Leonẽ interfici posse. Lyfimachus enim quondam cum venaretur in Syria occiderat eximia magnitudinis feram solus, sed læuo humero vsq; ad ossã laceratus, ad vltimum periculi peruenerat, Id ipsum exprobens ei rex fortius quam locutus est fecit, nam feram non excepit modo, sed etiam vno vulnere occidit.

Huc pertinet quod de Philippo patre referunt historiæ, post nuptias per quietem vidisse coniugis alio insignem affixisse bullam, cuius sculptura, quemadmodũ is existimauerat leonis haberet imaginẽ. Quod vates ita sunt interpretati ipsam quidẽ esse grauidam, animosum quoq; & leonis natura præditum infantem parituram. Et de insignibus Alexandri magni hætenus quibus in moneta vsus reperitur, vbi etiã literarum compli-



vidisse coniugis alio insignem affixisse bullam, cuius sculptura, quemadmodũ is existimauerat leonis haberet imaginẽ. Quod vates ita sunt interpretati ipsam quidẽ esse grauidam, animosum quoq; & leonis natura præditum infantem parituram. Et de insignibus Alexandri magni hætenus quibus in moneta vsus reperitur, vbi etiã literarum compli-

complicationes quædã cernuntur M & A hoc modo [A]. Est aut vt interdum dictiones integræ habent, MAKEANONONPROTHE. Cernitur interdum & vocula Niceter adscripta. Erant vero Niceteria festa & epulationes letæ, quib. præmia e victoria relata, veluti torques arma hastæ signaq; recensabantur ad quæ alludens canit Satyricus:

Notariũ explicatio quæ in moneta antiqua.

Et Cromatico fert Niceteria collo.



10

Porro in cæteris numismatibus vbi Demetrii regis est inscriptio, Literæ eius nominis initiales cõiunctæ videntur hoc modo AA. Et de Macedonia caput iam concludurus eram, cum ritus quidã mihi eius generis, Regumq; celebriorum, præclare gestarum ceu capita quædam commemoranda videntur. Quorum primum est, qua veneratione ad metum vsque Macedones reges suos cõplexi fuerint, vt recte scribit in tertio Curtius. Namque haud facile dictu est, præter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum huius quoq; regis, vel admirationi dediti fuerint vel charitate flagrauerint. Et in vi. posteaquam ait Philotam torqueri fama vulgauerat legem Macedonũ veriti qua cautum erat, vt propinqui eorum qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt, alii in deuios montes, vastaq; solitudines fugiunt, ingen-

Macedonũ mores.

ti per tota castra terrore diffuso, donec rex tumultu cognito legem de supplicio coniunctis fontium remittere edixit. Alium morem idem autor recenset in viii. de Matrimonii pignore, cum de virguncula quadam adamata tractat, & quam post Roxanem Alexander duxerat vxorem. Et Rex medio cupiditatis ardore iussit adferri patrio more panem (hoc erat apud Macedones sanctissimum coeuntium pignus) quem diuisum gladio vterq; libabat. Credo eos qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu ostendere voluisse, iungentib. opes, quantulo contenti esse deberent. Hoc modo rex Asia & Europæ, introductam inter coniuiales ludos, matrimonio sibi adiunxit, e captiua geniurus, qui victoribus imperaret.

De armatura & vestitu Macedonum scribit Plutarchus in Æmylio: Tertium erat agmen Macedonum delectorum, hi fulgebant auratis armis, ac nouis & rutilantibus sagis quib. constitutis in ordinem splendore quidem campum, clamore autem adhortantium etiam colles compleuerant. Adde quæ refert in tertio Curtius, Sed Macedonum acies torua, sane & inculta clypeis, hastisq; immobiles cuneos & consecrata robora virorum teget. Ipsi Phalangem vocant peditum stabile agmen. Vir viro, armis arma consecrata sunt, ad nutum monentis intenti, sequi signa, ordines seruare didicere. quod imperatur, omnes exaudiunt, obistere, circumire, in cornu mutare pugnã, non duces magis quam milites callent. Et ne auri argentiq; studio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit, fatigatis humus cubile est, cibus quem occupant, fatiat. tempora somni arctiora quam noctes sunt.

Armatura & Vestitus Macedonũ.

Cum itaq; tanta in re militari scientia Macedones præditi fuerint, tum præcipue duo eius populi reges gloriam gentis propagauere; Philippus Amyntæ filius, & Alexander Philippi eiusdem natus, quem ab excellentia rerum gestarum historiæ Magnum cognominant. Quorũ ille Musarum eximius cultor, bello ita excelluit, vt primis annis cum a fratribus suis Alexandro Polemone & Perdicã Thebanis esset obses datus, custodia elapsus, cum fratres e medio essent dolo nouerca sublati, & rerum ad ipsum summa venisset, Atheniensibus vltro bellum intulerit. hisq; victis, a Thebanis in auxilium vocatus, contra Lacedæmones & Phocenses, quod Apollinis Delphici templum poliaissent victor pugnarit. Idem expugnato Olyntho Thraciam occupauit, duobus regibus de regno contendentibus. Byzantium quoq; expugnauit, & aduersus Scythas cum signis profectus, Pyratas quoque in mari debellauit Idcirco arbitror in moneta Thessalici equi symbolo vsus. Et quia in acie audacior paulo fuisset, alterum oculum amisit, & cum plures in matrimo-



40

Cum itaq; tanta in re militari scientia Macedones præditi fuerint, tum præcipue duo eius populi reges gloriam gentis propagauere; Philippus Amyntæ filius, & Alexander Philippi eiusdem natus, quem ab excellentia rerum gestarum historiæ Magnum cognominant. Quorũ ille Musarum eximius cultor, bello ita excelluit, vt primis annis cum a fratribus suis Alexandro Polemone & Perdicã Thebanis esset obses datus, custodia elapsus, cum fratres e medio essent dolo nouerca sublati, & rerum ad ipsum summa venisset, Atheniensibus vltro bellum intulerit. hisq; victis, a Thebanis in auxilium vocatus, contra Lacedæmones & Phocenses, quod Apollinis Delphici templum poliaissent victor pugnarit. Idem expugnato Olyntho Thraciam occupauit, duobus regibus de regno contendentibus. Byzantium quoq; expugnauit, & aduersus Scythas cum signis profectus, Pyratas quoque in mari debellauit Idcirco arbitror in moneta Thessalici equi symbolo vsus. Et quia in acie audacior paulo fuisset, alterum oculum amisit, & cum plures in matrimo-

Res Philippi Amyntæ gesta.

auxilium vocatus, contra Lacedæmones & Phocenses, quod Apollinis Delphici templum poliaissent victor pugnarit. Idem expugnato Olyntho Thraciam occupauit, duobus regibus de regno contendentibus. Byzantium quoq; expugnauit, & aduersus Scythas cum signis profectus, Pyratas quoque in mari debellauit Idcirco arbitror in moneta Thessalici equi symbolo vsus. Et quia in acie audacior paulo fuisset, alterum oculum amisit, & cum plures in matrimo-



50

oculum amisit, & cum plures in matrimo-

nio mulieres habuisset, tamen ex postrema Olympiade Neoptolemi Molofforum regis filia Alexandrum progeniuit (qui rebus præclare gestis magni sortitus est cognomen) & Cleopatram ab Antigono interfectam. Alexander vero de quo diximus Magnus, vigesimo ætatis anno paternum regnum consecutus, præter militarem scientiam ac felicitatem, quibus patrem longè superabat, multis virtutibus conspicuus erat, quarum præcipuè fuerant pietas, humanitas, continentia, clementia in captiuos & supplices, & in liceras meliores, earumq; alumnos fauor penè incredibilis, has tantas virtutes scèdauit ante exitum, ebrietate, saltu etiam tanto, vt se Deum appellari voluerit, in luxum deniq; tantum prolapsus vt neglecta Roxane vxore, passim cum captiuis quæ pulchritudine præcellerant concumberet, ex Oxieratis Persæ filia progeniuit, & cum Thalestri Amazonû regina, quæ salutatum ad ipsum venerat cõcubuit. In bello vero quantus fuerit, vel Græci testantur, qui frequenti concilio Imperatorem ipsum elegerunt aduersus Persas; quo bello scèliciter confecto, Europam egressus signis in Asiam infestis mouit, vbi Adam Caria reginam, Ariobarzanen Medum, Bessum, Hircanum, Madaten Sufianum, Darium deniq; potentissimum Persarum regem debellauit, Babylonia antiquissima longe maxima vrbe ad deditionem coacta: quibus rebus gestis Mazeum Babylonia Bagisthenem Media, Abdolimum Sidoniorum regno, Artabazum Hircanis & Phradatem in Tapuris præfecit: relictis vbiq; Macedonum præsidiis superauit Caucasum & Taurû, & quo nullus penetrauerat, cum exercitu Macedonico peruenit, atq; isthic in natura conclusis montibus Alexandriam urbem condidit. Condidit & alteram in Ægypto subacta.

Transiit & in Arabiam Petra munitissima vrbe expugnata & Arimaze loci tyranno cum multis Satrapis in crucem acto. Peruenit & in Indiam vbi Porum & Abiazarem reges acie vicit, & Bucephalum urbem in finibus India construxit. Constituerat deniq; & in Italiam, Aphricam, Hispaniamq; transfretare, nisi veneno, à filiis Antipatri (cui Macedonia vna cum matre discedens cõmiserat Thessalo & Iolao, qui à poculis fuerant, ante tempus nondum annos natus XL. è medio sublatus fuisset. Erat autem Antipater fratruelis, filius Cassandri & Thessalonices sororis Magni, sed ex prima Philippi vxore Nicisipoli Pheræa, qui cum in similitudinem cum matre Alexandri incidisset, ne accusatus pœnas daret, veneno præuenire voluit. Sic extinctus Maximus heros, cui vix orbis suffecerat, Perdica cognato annulum tradidit, quem tamen regni gubernaculis deiecere reliqui Satrapæ ac belli duces, Lysimachus Antipater de quo diximus, Ptolomæus Antigonus, cuius & stemma in regno Macedonia mansit, cuius & filius Demetrius Poliorcetes cognomento Alexandrum Antipatri fratrem, & cui regnum ex sanguinis vinculo debebatur, interfecit. Demetrium igitur de quo loquimur, in regno Macedonia secuti sunt (nam Ptolomæus Lagi filius Ægypto erat contentus, & Seleucus Syria) ex Philla vxore Antigonus GONATON cognomento, & illum Demetrius pater Philippi à Quinto debellati ad Cynocephalas Thessalia victi, cum Ætolis in auxilium venisset, cuius historiam lege apud Liuium lib. III. decad. IIII. Hinc Florus in Epitome cap. XXXI. scribit: T. Quinctius Flaminius procos, cum Philippo ad Cynocephalas in Thessalia acie victo debellauit: L. Quin. Flaminius frater pro consulis, Acarnanes, Leucade vrbe, quæ caput est Acarnania expugnata, in deditionem accepit. Et cap. XLIII. Q. Martius Philippus per saltus penetrauit in Macedoniam quam pluresque vrbes occupauit. Et cap. XLIII. Eumenès Asia rex in Senatu de Perseo Macedonia rege quæstus, cuius iniuriæ in populum Romanum referuntur, ob quas bello ei in dicto P. Licinius Crassus Cos. cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam transiit, leuibusq; expeditionibus, equestrib præliis in Thessalia cum Perseo scèlici euentu pugnauit. Et cap. XLIII. Rhodii misere legatos Romam, minantes, vt Perseo essent auxilio, nisi populus Romanus cum eo pacem atq; amicitiam coniungeret. Indigne id larum, cum id bellum L. Aemilio Paulo, sequentis anni consuli iterum mandatam esset, Paulus in concione precatus est, vt quidquid duri populo Rom. immineret, supra domum suam conuerteretur, & in Macedoniam profectus Perseum vicit, vniuersamq; Macedoniam in potestatem redegit, antequam confugeret, dixit exercitui, ne mirarentur, quod luna nocte proxima defectura esset. Et cap. XLV. Macedonia in prouinciæ formam redacta est, Aemilius Paulus repugnantibus militibus eius propter minorem prædam & contradicente Seruio Sulpitio Galba triumphauit, & Perseum cum trib. filiis ante currum duxit.

Hæc idcirco prolixius adduximus, vt lector intelligat quando qua ex causa Macedonicum regnû conciderit. Quod Romani simul atque in potestatem redegerunt in quatuor partes diuiserunt, vt T. Liuius lib. V. Decad. V. refert. Silentio per præconem facto, Paulus Latine quæ senatui, quæ sibi ex consilii sententiâ visa essent, pronunciauit: Ea

Cn. Octa-

Cn. Octavius Prætor (nam & ipse aderat) interpretata sermone græco referebat. Omnium primam liberos esse iubere Macedonas, habentes vrbes easdem, agrosque vtentes legibus suis, annuos creantes Magistratus tributum dimidium eius, quod pependissent regibus, pendere P. R. deinde in IIII. regiones diuisam Macedoniam. Quæ hæ regiones extiterint, & quibus limitibus distinctæ ab initio capitis dictum est. Enimvero posterioribus temporibus. Cæsarum iam potentia confirmata Illyrico Orientali Diæccesis Macedonia subiecta fuit, ita vt sub dispositione viri spectabilis & clarissimi præfecti prætorio Thessalonicensi Macedonia sex prouinciæ distinguerentur. Quas Scotus in lib. præf. & S. Ruffus in Epitom. ad Valentin. Imp. enumerat Macedonia veterè Macedoniam Salutarè Thessaliam, Achaia, Epirum veterè, Epirum nouam & Cretâ. Quarum habebat Proconsulem Achaia, Creta & Macedonia consulares Legatos, reliquæ à præsidibus administrabantur. Omnes Præfecto Prætorio apud Thessalonicensis constituto parebant. Quam urbem Philippus Amintæ construxisse fertur, & à nomine filia ex Nicisipoli Pheræa genitæ Thessalonices Cassandri vxoris & Antipatri matris cognominasse. Celebratur Epistolis diui Pauli, & Theodosii Imper. crudeli facinore, multis isthic hominum millibus ex ira interfectis. Quæ ab Alarico Gotho post secula fuit direpta, hodie Turcarum seruitute premitur, & Selenica nominatur, quam ante patrum memoriam Andronicus, Emanuelis filius hæreditate possidebat. Cæterum Iohannis fratris sui odio, qui imperabat, Venetis concesserat, quibus Amurathes Turcarum Tyrannus eripuit. Reuertor ad Macedonia, quam prouinciam, primis quidem temporibus Romani quatuor, & præcipuè Legionis quintæ Macedonia præsidio tuebantur, Sarmatis vero ac Gothis sub Valentiniano & Valente Imperium infestantibus octo Legionibus comitantibus Macedonia cum proximis prouinciis vix in fide contineri potuere.

De Legionibus quatuor quæ primis temporibus eo in regno excubabant, testatur Liuius lib. II. dec. V. Legionibus quatuor nouas scribi placuit binas singulis consulibus. Id præcipue prouinciæ Macedonia datum, quod cum alterius consulibus legionibus quinque millibus peditum, & ducenti equites ex veteri instituto darentur in singulas legiones. Et nominis hæc legiones inde sortiti sunt, prima & tertia in Macedonia trajcerentur, Secunda & quarta in Italia remanerent. His Caius Iulius Cæsar, duas adiecit, quas post necem Cæsarum M. Antonius abduxit, vt de ipso in tertio ciuili belli Apianus Alex. scriptum reliquit. Anton. verò in futurum potentia sibi necesse esse existimans, exercitum qui in Macedonia fuerat, virtute præcipuum, magnitudine copiarum amplissimû. Sex quippe legiones inerant, & alia multitudo sagittariorum ac leuis armaturæ. Cæsar quintæ legionis XI. & XII. in Macedonia meminisse videtur lib. III. comm. Ciuili belli, sic nominatim scribens, Interim Pompeius hac longa satis interiecta mora, & renunciata quinquaginta legionem ab opere deductam subsidio suis eduxit, eiusdem in Macedonia mentionem faciunt Scotus in libro præf. & Dion. lib. LV. Quam & inscriptiones vetustatis in Transylvania ac Lugduni in Gallia commemorat. Quarum Rapsodias subiicere placuit.

40

Alba Iulie in Dracia.

ÆSCVLAPIO ET HIGIÆ, CAETERISQVE HVIVS LOCI SALVTARIBVS. C. IVLIVS FRONTINIANVS VET. EX S. F. COS. LEG. V. M. P. REDDITIS SIBI LVMINIBVS.


Lugduni.

TIBER. POMPEIO POMPEIVS T. F. PRISCO CADVRCO OMNIBVS HONORIBVS APVD SVOS FVNCT. TRIB. LEG. V. MACEDONICÆ IVDICI A. A. GALLIARVM.

De XI. & XII. legionibus extat locus apud Cæsarem supradicto tertio libro C. Caluissium Sabinum cum cohortibus quinque, paucisque equitibus in Ætoliam misit, maxime eas quæ erant propinqua regionibus, de re frumentaria vt prouideret, adhortatus est. Cn. Domitium Caluinum cum duabus legionibus vndecima & duodecima, & equitibus quingentis in Macedonia proficisci iubet. Cor. Tacitus lib. historia Rom. XIX. Quartæ Macedonia nomen citat, cum Vitellij ac Vespasiani ad Cremonæ conflictum describit. Paratis iam dispositisque Flauianis impingit in ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras: Afferuare non ausim quanquam alii tradiderint, quartam Macedonicam dextro suorum cornu. Quintam & quintamdecimam cum vexillis, Nonæ secundæq; & vicissimæ Britanicarum legionum. Liber præfecturarum sub Honorio & Theodosio scriptus octo Comitarense legiones in finibus Macedonia enumerat, videlicet, Primam Martiorum,

Secundam Mineruiã, Secundam Germanicianorũ seniorum, legionem Lanceariorum Augustensium, legionem Lanceariorum Iuniorum, Constantiacam Mattiaritorũ, Dianensium, Mattiariorum fœlicem Theodosianam, legionem auxiliarem Timacensem Legionem v. Vlpianensem, Metensem, Scopensem, Burgorasensem, Secundo Theodosianam & Legionem balistariorum Theodosianam.

DE THESSALIA.

Lithites
Thessalica.

THESSALIA, siue à Thessalo Iasonis ex Medæa aut Herculis filio, aut de- 10
niq; Thessalo Thesprotio qui Achæorum ex Peloponneso pulforum
dux, & occupadæ telluris Pelasgorum autor fuit, cognominata fuerit,
definitur à Ptolomæo (quam ille tamẽ Achæia antiquioris partem vo-
cat) ab oriente Ægei mari ab occasu Epiro, à Septentrione Macedonia,
& à meridie locris Epicnemidibus Trachinia & Oetæ montis iugis, ac
Pyndo Pomp. Mela. lib. secundo Geogr. In Macedonia inquit prima est
Thessalia, deinde Magnesia Phthyotis. *Et iterum:* de locis atq; urbibus, qua mare non ab-
luit. hæc maxime memoranda sunt, in Thessalia Larissa, aliquando Iolcos, in Magnesia
Antronia, in Phthyotide Phthia, in Doride Pyndus, iuxta situm Erinæo, in Locride Cy-
nos & Calliaros. *& subdit:* At cum littora leguntur, à Promontorio Sepiade p Demetriadem 20
& Boion, Pteleon & Echinon, ad Pegaseum sinum cursus est. Ille urbem Pegaseum am-
plexus, amnem Sperchion accipit. Et quia Minyæ Colchida petentes inde Argonauem
soluisse memoratur, ab eo ad Sunium tendētib. illa præternauigada, Maliacus & Opun-
tius grãdes sinus & in his cæforum etiam Laconum trophæa, Thermopylæ, Opus, Scar-
phia, Cnemides, Alope, Anthedon, Larynna. Cæsar tertio ciuili belli Haliacmone flu-
mine Thessaliam à Macedonia separat M. Fauonium (inquit) ad flumen Haliacmonem,
quod Macedoniam à Thessalia diuidit.

Idem confinia Epiri delineans, coniuncto exercitu Cæsar Gophos peruenit, quod
est oppidum Thessaliæ venientib. ab Epiro, Ad Thessaliæ descriptionem pertinent & T.
Liuii locus, lib. vi. dec. 1111. Ante saltum Thermopylarum Septentrionem versus Epi- 30
rus & Parthæbia & Magnesia, & Thessalia est, & Phthyotæ Achæi, & sinus Maliacus in-
tra fauces ad meridiem vergunt, Ætolia pars maior, & Acarnania, & cum Locride Pho-
cis & Bæotia, adiuncta; Insula Eubæa, & excurrente in altum velut Promontorio, At-
tica terra sita. Quibus verbis totum Helladis circuitum complectitur.

Mediterraneum porro Thessaliæ agrum, cum flum. ac montib. & in quas regio-
nes distinctus fuerit. Strabo lib. x. Geogr. delineat. Inchoemu s igitur à Thessalis (inquit)
plura nimis antiqua & permixta fabulis, & inter se dissonantia prorsus omittentes, sicut
& in aliis quoque fecimus, quæ nobis visa fuerunt oportuna dicentes: Eius à mari &
à Thermopylis est littus vsque ad Penei eruptionem, & extrema Peleii. Quod quidem
littus spectat ad orientem & ad vltima Eubææ in Boream spectantia. Partes quidem in 40
Eubæa à Thermopolis tenent Melientes, & Phthyotæ Achiui, ad Pelium vero Magne-
tes populi. Hoc quidem igitur Thessaliæ latus oriẽtale, littusq; appellatur? alio autem ex
latere à Peleo & Peneo in Mediterraneam adsistunt adhærentes Macedones vsque ad
Pæoniam gentesq; Epiroticas.

Et de montibus Thessaliæ subiungens: Hæc est media Thessaliæ fœlicissima regio, ea exce-
pta quã flumen alluit, atq; inundat. quoniã Peneus, per mediã labens quam pluribus ad-
sumptis annibus sæpius effunditur. Antiquis autem seculis, vt fama est, totus campus
stagnabat, quẽ aliis ex partibus mōtes cohercebãt. cū etiã littus altiora cãpis loca habe-
ret. Terræ autẽ motibus factis abrupta sunt, quæ nunc vocantur tempe, & ab Olympo
abscisso Ossa, & hæc Peneus effluxit in mare, & oram illam siccatam reddidit. Relinquitur 50
tamen lacus Nessonis, & quidem ingens & minor illo Bæbæis littori propinquior.
Cum vero talis sit in quatuor partes diuiditur. vocatur autem pars vna Phthyotica, alte-
ra, Estriæotica Tertia Thalassiotica, id est, marina. Quarta Pelasgia. Caterum Phthyoti-
ca tractum continet Australem ad Oetam, à sinu Maliaco & Pylaico vsque ad Dolopi-
am, oramque Pyndo protensam, in latitudine vero porrectam, vsque ad Pharsalum,
planaque Thessalica. Estriæa autem partes continet occiduas, & quæ intra Pyndum, Ma-
cedoniamque superiorem sunt. Reliqua vero tenent, & qui sub Estriæotica planiciem
pascuntur Thessali nuncupati, inferioribus contigui Macedonibus, & qui maritimas
explent oras deinceps vsq; Magnesium. Qua quidem in plaga erit illustrium nominum
diuume-

Tempe
Thessalia.Thessalia
diuisio.

dinumeratio, per ipsa Homeri Poetæ scripta. Cumq; pauca sint vrbes, quæ patriam ser-
uent dignitatem, Larissa sanè maxime continet. At enim Poeta vniuersam quam nunc
Thessaliam appellamus, duodecim in partes, potentia usque partitur. Pleraque Oetæ re-
gionis & Locrensis assumens, nec non Macedonibus subiecta, aliquod etiam commu-
ne & toti oræ conueniens subscribit, & totum & singula transmutando, ad ipsas domi-
nantium potestates. Primos igitur Achilli subiectos dinumerat, australe latus tenentes
& Oetæ, locrisque Epicnemidiis adiacentes. Versus latinitate donati sic habent:

*Quique Pelasgon habebant,**Quique Alon & Alopen, & qui Trachina colebant,**Et Phthyam & Græcam speciosis matribus oram,**Myrmidones Græci simul & vocantur Achæi.*

Ex quibus apparet Homeri & antiquiorum seculo Thessalorum fines paulo lati-
us patuisse, atque intra Thessaliæ fines Lapithas, Minyas Pelasgos & Achæos fuisse cõ-
prehensos. Id quod non solum campi Pelasgici, Sinus Pelasgicus, Larissa Pelasgica, &
Argos Pelasgicum quæ nomina ad posteritatem transmissa manserunt, verum etiam hi
Nalõnis versus ostendunt, qui vii. Metam. extant. Vbi Iasonem Pelasgum vocat, & eo-
dem Achillem cognomine donat.

*In caput Aemonii iuuenis torquere parantes,**Demiserē metu, vultumque animumque Pelasgi.*20 *Et rursus in persona Medæ de Iasone querentis.**Pelle moram, tibi semper debebis Iason.**Te face solenni iunget sibi, perq; Pelasgos.**Seruatrix vrbes matrum celebrabere turba.*

His adde quod Homerus Phthyotis Myrmidones ac Dolopes coniungit, Quo-
rum illi ab Ioue, in Ægina insula, Æaco solitudinem deplorante ex formicis transfor-
mati fuerant, vnde & formicæ maioris simbolo in moneta Æginetæ vsi respiciuntur. *Qua pro-*
Posterioribus vero temporib. multæ prouinciæ Thessalis ademptæ fuere, Magnetes in-
primis Dolopes Phthyotæ Æthices Pelagones & alii. Quare Strabo lib. ix. Geogr. Do-
lopes (inquit) ad extrema Phthye locantur, & q; vno eodẽq; Imp. Peleo militant, & isti &
30 Phthyotæ. Nã vt ille inquit Phthye extrema colūt & ductor erat Dolopũ Phœnix ex mu-
nere Pelei, tractus autem ille plurimũ Pyndo vicinus est & locis propinquis qui maxima
ex parte Thessaliæ plage sunt. Gloria namque Macedonum Thessalorumq; simul & po-
tentia efficit, vt eorum vicini præsertim Epirote, partim verò coacti sese in Thessalorum
aut Macedonum parte constituerint quomodo Athamanes & Æthices & Talares
Thessalorum. At Orestæ Pelagones & Elimiotæ Macedonum. Pyndus autem mons
permagnus ad arcton Macedonum partem habet, ad occasum autem Perrhæbos ho-
mines Métonastas, id est nugatores continet, ad meridiem vero Dolopes. Hæc est
autem Thessaliæ ora, in ipso autem Pyndo habitationes habebant Talares natio Mo-
40 lossorum ab ijs deducta, qui Ismarum incolunt, & Æthices ad quos expulsos à Peri-
thoo centauros fuisse Poeta memorat.

Huc pertinet locus Liuii nono, quartæ decadis. Eiusdem formulæ disceptatio de
Perrhæborum Magnetumque oppidis fuit. Omnium enim iura possidendo per occasi-
ones Ætoli miscuerant, adhæc quæ disceptionis fuerant, querelæ Thessalorũ adiectæ, *Larissa*
quod ea oppida si iam redderentur sibi, spoliata & deserta reddidurus esset, nam præ-
ter belli casibus amissos quingentos principes iuuentutis in Macedoniam abduxisse, &
opera eorum in seruilibus abuti ministeriis, & quæ reddiderit coactus Thessalis inuti-
lia vt redderet, curasse. Thæbas Phthyoticas, vnum maritimum emporium, fuisse quon-
dam Thessalis quæstuosum & frugiferum. Ibi nauibus comparatis regem, quæ præter
50 Thebas Demetriadem cursum dirigerent, negotiationem omnem eò auertisse. *Et*
subdit: Thessalis auditis Perrhæbæi Connocondylum, quod Philippus Olympiadẽ ap-
pellauerat, Perrhæbiæ fuisse, & vt sibi restitueretur, agebant: & de Mallæa & Ericino ea-
dem postulatio erat. Ex quibus colligitur non solum Dolopes Parrhæbos ac Magnetes,
se à iure Thessalorum vindicasse, verum etiam Thæbas Phthyoticas & Larissam Pe-
lasgicam, Thessalorum Metropoles extitisse.

De Larissa adde lector quẽ T. Liuius sexto, quartæ decadis scribit M. Bebius in-
terim cum Philippo in Darsaretis congressus, Appium Cl. ex communi cõsilio ad præ-
sidium Larissæ misit, qui per Macedoniam magnis itineribus in iugum montium
quod super Gonnos est peruenit. Oppidum Gonni viginti millia ab Larissa abest.

Larissa
Thessaliæ
Metropolis

Antiquitas
Thessalorum
1477.

in ipsis faucibus saltus qui tempe appellantur. Strabo lib. Geogr. ix. Itaq; Thermopilæ à Cneo absunt freto stadia LXX. Quod si extra Pylas an nauiges à Sperchio stadia x. hinc vero ad Phalaram stadia xx. Suprà Phalaram à maris ora vrbium quindecim, stadia l. imminet. Inde porrò nauiganti stadia centum, Echinus incumbit, reliqui lictoris ager in mediterraneam, Larissam pensilem habet, ab eo stadiis xx. distantem. hæc etiam ipsa Pelasgia Larissa nominatur. Hic vero notandum est, quod & Strabo monet Larissas exitisse vltra illâ Thessalicam, arcẽ Argiuorum, secundam in creta, in Asia iuxta Cymara prope Ephesum ac in Ægypto. De quib; cum ad propositum non sit, dicere super sedemus. Porro quam antiqua gens Thessalorum fuerit, non solum ex eo apparet, quod monetæ primi autores extiterint, canente Lucano.

Primus Thessalica rector telluris Iomos.

Informam calida percussit pondera masse.

Vnde Thessali dicti.

Verum etiam hæc Diodori, abunde vetustatem testari possunt. quæ quinto Bibliothecæ leguntur, cum Iasonis historiam recenset, qui ex Iolco Thessaliæ loco maritimo oriundus erat, & quemadmodum cum Creontis is filiam Glauca Medæ Colchæ super induxisset, Medea se & filios interfecisset. Quo factò (inquit) aiunt Thessalum qui cedem matris effugerat, in Corinthum rediisse, deinde in Iolcum Iasonis patriam reuersum, vbi cum reperisset Pelæi filios recentes interiisse, regnum generi suo debitum suscipiens, subditos ex suo nomine Thessalos appellauit.

Diuersum de nominis origine tradit Velleius Rom. historicus. Exclufi ab Heraclicidis Orestis liberi, iactatiq; cum variis casibus, tum sæuitia maris, quintodecimo anno sedem cepere, circa Lesbum insulam, tum Græcia maximis concussa est motibus. Achæi ex Laconica pulsi eas occupauere quas nunc obtinent Pelasgi, Athenas commigrauere, acerq; bello iuuenis nomine Thessalus natione Thesphrotius, cum magna ciuium manu, eam regionem armis occupauit. quæ nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata ciuitas, Quo nomine mirari conuenit eos, qui Iliaca componentes tempora, de ea regione vt Thessalia commemorant. Quod cum alii faciant, Tragici frequentissime faciunt. quibus minime id concedendum est nihil eum ex persona Poetæ, sed omnia sub eorum qui eo tempore vixerunt, dixere.

Quod si quis à Thessalo Herculis filio appellatos Thessalos dicet, reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante hunc insequatem Thessalum ea gens id nominis vsurparit. His adde quæ scribit primo antiquitatum Dionysius Halicarn. Post hunc ætate sexta relinquentes Peloponnesum migrauerunt in Hemoniam nunc mutato nomine dictam Thessaliam. Duces autem huius colonix fuerunt Achæus Phthylus & Pelasgus Larissæ & Neptuni filii. Vt vero in Hemoniã ventum est, pulsus inde cultoribus barbaris, regionem in tres partes diuidunt, appellantes ex suis ducibus Phthyoidem, Achaïam & Pelasgiotidem. Ibi ætates quinque cum egissent, fortunis amplius aucti, fruentesque in Thessaliæ campis vberrimis, circiter sextam ætatem expulerunt eos inde Curetes & Leleges, qui nunc Ætoli & Locri vocantur.

Ex quibus patet, eius & gêtis & prouinciæ alumnum præcipuum exitisse Iasonem, qui Argonautas in Asiam duxit, filium videlicet Æsonis, quem fertur Medea nurus decrepitum herbis & incantamenti iuuentuti restituisse, puta nepotem Cyrnei & Thyronis Nymphæ Salmonei regis filix, & patruelem Pelæi regis Thessaliæ (quem tamen alii Neptuni filium vocant) patremque Acasti illius qui sagittandi industria claruit. Hoc tamen loco non est silentio prætereundum, ante tempora Argonautarum Phlegyam Lapitharum regem hisce pedibus imperitasse, de quo tradunt, quod cum Coronidem Nympham ab Apolline vitiatam recensisset templum eius, Delphis incendiisse, idcirco sagittis ab Apolline interfectum & ad inferos detrusum, illique subiectum poenæ, de qua Virgil. vi. Æneid. cecinit.

Phlegias miserrimus omnes.

Admonet & magna testatur voce per umbras.

Discite iustitiam moniti & nor temere diuos.

Primi reges
Lapitharum
in finibus
Thessaliæ.

Huius Pelasgiæ filius Ixion erat, qui & Ætion, de quo refert fabula cum Diam Deianei siue Eionei filiam duxisset vxorem & multa illi pro dotis compensatione promississet focer, neque soluere posset, facta scrobe; eaque lignis & stramentis iniecta, fraude occidisse. propter quam cædem cum neque Dii neque homines lustrare velent. diuque Ixion incertus vagaretur, à Ioue tandem in cælum sublatus, à quo dum purgaretur, Iunonis amore captum, & ex ea in nubem conuersa centauros procreasse, fulmine postremo percussum, cum de stupro gloriatur, ad inferos detrusum & volubili rotæ alligatum, canente Nasone.

Valui-

Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;

Ixionem in finibus Thessaliæ apud Lapithas iecutus est, Perithous filius, Theseo arctissimo amore coniunctus, qui Attracii regis filiam Hippodamiam duxit vxorem. In cuius nuptiis Centauri cum adessent, magnum prælium fecerunt, vt scribit Ouid. x. i. Metam. In quo Theseus Ægæi regis Athen. filius, fidem eam Perithoo præstitit, quam postea apud inferos in rapiendæ Proserpinæ consilio absoluit. De quo quidem Perithoo & quando in fines Thessaliæ venerit, memorabile est quod scribit in nono Strabo.

Hanc autem regionem primi coluerunt Perrhæbi, fruentes parte maritima & Peneo vsque ad illius ostium & Gyrtone Perrhæborû plaga. Inde Lapithæ illos affligentes, mediterraneam flumini vicinam oram occupauerunt, Ixion filiusq; Perithous, qui Pelium vi occupauit, eius persequens occupatores Centauros, duram sanè agrestemq; nationem. Eos igitur eiectos è Pelio ad Æthicas compulit. Lapithis autem campestris concessit. Eorum autem partem Olympo propinquam Perrhæbi tenuere, nonnullis vero in locis omnes promiscuas domos habuere. Igitur Argilla quæ nunc Argusa vocatur, Peneo adiacet, cui supereminet Attrax in stadia quadraginta, & ipsa fluuiio proxima. Regionem vero fluuiatilem mediam circumtenebant Perrhæbi, Orham sanè quidã Phalanæorum arcem esse ferunt. Phalanna vero ciuitas Perrhæbiorû iuris est apud Tempe Peneo finitima. Perrhæbi autem cum Lapitharum potentia fracti essent, maiori ex parte in montana profugerunt, Pyndo vicina, ac ad Athamanos & Dolopes. Regionem autem hanc, cæterosque Perrhæbos Larissæi in suam ditionem redegerunt iuxta Peneum confidentes, illorumque vicini fertilissimam quidem pascentes agri partem, nisi si qua cûrua nimis vallis Nestlonidi propinqua lacus fiat, quã annis stagnans arandi facultate Larissæis interciperet, eam tamen iacturã postea Larissæi constructis aggeribus emendauere. Interim igitur isti Perrhæbiam occupantes tenebant & tributa exigebant, donec Philipus locorum potitus est.

Et hætenus de antiquioribus Thessaliæ principibus, quibus & Admetus ille adnumerandus est, cui Apollo humana specie sumpta armenta pauisse refertur, & cum benigne tractaretur, vitam diuturniorẽ concessisse, hac lege, si alius quispiam pro eo mortem obiret. Obiit autem vxor Alcestes, cuius præterea filius Eumelus, autore Homero Thessalos ad bellum Troianum duxerat. Claruit in Thessalia & Erisichon ille qui inlita fame perierat, quod Cereri sacram sylvam succidisset, vt est apud Ouidium vi. i. Metam.

Aspicit hunc, mentisq; pia cæpe premia dixit
Thessalus, inq; virum conuertit ab arbore ferrum,
Detrunctaque caput, repetit aq; robora cedit.

Traditur denique Thessaliæ Rex exitisse Salmoneus Æoli filius, frater Athamantis Bæotii, Deionis Orchomenii, & Perieres primi Misseniæ principis, Sisyphi Corinthii, & Macarii qui cum Canace sorore cõgressus fuerat, Qui blasphemus in Deos & homines fabricato æneo ponte, in sublimi super eum currus agitabat & Iouis fulmen mentiebatur, de quo Maro. vi. Æneid. cecinit.

Vidi & crudeliter dantem Salmonea penas,
Dum flammæ Iouis & sonitus mentitur Olympi.

Is Tyrõnem filiam progenuit quæ ex Neptuno Neleum tulit, Pyli regem & Peliam Thessalorû principem, itemq; Thyronem filiam vxorem Crethei matrem Æsonis Thessali & Amithæonis Pyli regis. Pelias igitur auo in Thessaliæ regno successit, & ex Anaxibia Biantis Amithæonis Pyli regis filii nata, genuit Acastum, Alceren, Pelopeiam & Hippodeam, quorum Acastum Ouidius vi. i. Metamorph. Venationis studio celebrat. Pelix succedit in Thessalia Æson filius Crethei ex Tyrone Salmonei Thessali, Amithæonis Pyli regis frater vt pote ex Æoli stirpe qui supererat, Biantis patruus. Qui ex Polimede filia Autolici, genuit Iasonem Argonautarum principem, cui ferunt senio confectus à nuru Medea Colchide, iuuentutis annos reductos. Iason igitur cum ex Iolco maritimo Thessaliæ loco, cum Argonautis inter quos Hercules & Theseus extitere & Miryis qui eum tum agrum tenebant, in Colchidem transfretasset, Medeam hinc regis filiam & aureum vellus occiso Dracone in patriam duxit, & ex Medea Thessalum Merionem & Phiretum tulit, & ex Glauca Creontis Athen. filia Chorim. Itaq; cum Glauca vincti superinduxisset, Medea irritata & liberos & seipsum occidit, Thessalo dumtaxat cædem matris effugiens, à quo vt supra dictum est nomen prouinciæ primum inditum est, cum antea in Myrmidones, Mityas, Lapithas & Pelasgos esset diuisa terra & pluribus nomenclaturis celebrata.

Perrhæbi primi cultores Thessaliæ.

Lapithæ secundis cultores.

Larissæi tertius incolæ.

Macedones Thessaliæ imperant.

Admetus rex Thessaliæ.

Erisichon rex Thessaliæ.

Salmoneus rex Thessaliæ.

Pelias rex Thessaliæ.

Æson rex Thessaliæ.

Iason princeps Thessaliæ.

Thessalus nomine Thessaliæ autor.

Multis populi in finibus Thessaliæ primis temporibus.

Myrmidones quidem ex Ægina Insula cum fratrem Phocum occidisset, & patris Æaci indignationem incidisset, Peleus adduxerat, Pelasgos Pelasgus Iouis & Larissæ in his finibus collocarat Lapithas præterea Perithous Ixionis filius auspiciatus fuerat. Quibus omnibus Achæus Xuthi filius & Ionis frater exul & ex Laconica pulsus, Achæos suos coniunxit, qui posterius in Thessalos Trachinios, Locros, Tyreos, Orchomenios & Aones disseminabantur, & ex vno plura regna exorta sunt.

Clara fuit igitur non solum verustate & totalumnis Thessalia, sed præter celebres & maximos montes, Ossiam Pelium & Olympum, lacus duos insignes Bebayda & Nisonida, & in Pyndi conuallibus Tempe locum amoenissimum habuit vbi Daphnis in laurum conuersus est. Quem locum T. Liuius in 11. quintæ decadis affabre describit. 10

Vnum regnum in Thessalia dicitur.

Tempe loci amoenissimi descriptio.

Sunt enim Tempe saltus etiam si non bello fiat infestus, transitu difficilis, nam præter angustias per quinque millia, qua exiguum iumento onusto iter est, rupes vtrinque ita abscissæ sunt, vt despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit, terret & sonitus & altitudo per mediam vallē fluentis Penæi amnis. Hic locus tam si apte natura infestus, per quatuor distantia loca præsidii regis fuit infestus. vnum in primo aditu ad Connum erat, alterum Condylon castello inexpugnabili, tertium circa Lapathunta quem Characa appellant, quartum viæ ipsi, qua & media & angustissima vallis est impositum, quam vel decem armatis tueri facile est.

Et munimenta siue castella enumerans, quæ in Tempe posita fuerant subdit, Per oportune literæ à Sp. Lucretio allatæ sunt, Castella si quæ super Tempe essent & circa Phylan tenere omnia, frumentiq; in iis & aliarum rerum copiam inuenisse. His magnopere lætus cõsul ab Dio ad Phylam ducit, simul vt præsidium eius firmaret, simul vt militi frumentum cuius tarda subuectio erat, diuideret. 20

Tres Rom. victoriæ in Thessalia.

Celebrantur in Thessalia & victoriæ tres insignes Romanorum. Quarum vnam de Philippo rege Macedonum ad Cynocephalas, prope Scotusam, Alterâ de Antiocho rege Asiæ Manius Acilius prope Heraclæam & Scarphiam in finibus Trachiniæ, tertiam deniq; de Pompeio magno ad Pharfalum C. Iulius Cæsar retulere. Quæ loca T. Liuius in 6. quartæ decad. delineat, Consul ad reficienda maxime iumenta, quæ & navigatione & postea itineribus fatigata erant, paucos Larissæ moratus dies, veluti reparato modica quiete exercitu, Cranonem est profectus, venienti Pharfalus Scotusa & Pheræ, quæque in eis præsidia Antiochierant, deduntur. ex his interrogatis qui manere secum vellent, mille volentes Philippo tradit. cæteros inermes Demetriadem remittit. Proernam inde recipit, & quæ circa eam castella erant, ducere tum porrò in Sinum Maliacum cæpit. 30

Idem reliqua insigniora oppida enumerans, eodem scribit loco. Principio veris coniunctis copiis in Thessaliam descenderunt, in Acarnania tum Antiochus erat, adueniens Philippus Malæam Perrhebiæ, Bebius Phacium est adgressus, quo primo prope impetu capto, Phestum eadem celeritate capit. Inde Atracem cum se recepisset Cyretias hinc & Ericium occupat, præsidiiq; circa recepta oppida dispositis Philippo rursus obsidenti Maleam se coniungit. Erant autem hæc Æginium Ericinium, Gomphi, Silana Trica, Melibæa, Phaloria, inde Pellinæum, vbi Philippus Megalopolitanus cum quingentis peditibus & equitibus quadraginta in præsidio erat, circumfidunt. 40

Urbes Thessaliæ.

Ad hæc omnia Thessalia quondam herbis venenosis, incantationibus ac sagis, ac passim luxu cum male audiret apud exteros, equis tamen generosissimis non minimam laudem referebat, quapropter in moneta Thessali equi simbolo vsi reperiuntur. Cuius rationem reddit Plin. libro 7. cap. 5. cum de artium inuentoribus agit.

Equo vehi Bellerophontem, frenos & strata equorum Pelethronium, pugnare ex equo Thessalos, qui centauri appellati sunt secundum Peliam motem. Q. Curtius lib. 1. de Philippo Amyntæ scribens, Larissæ ait urbem nobilissimam caput. hinc Thessalos non cupiditate prædæ, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere cupiebat. Et libro tertio. Iam Thessali equites ac Acarnanes Aetoliq; in uicta bello manus. Et libro quarto cum Alexandri acie contra Darii copias instruat, describit. hinc Thessali equites clauderant Philippo duce. Liuius libro quarto Decadis quartæ: Venerunt Macedones à Philippo, mille quingenti & Thessalorum equites quaterdringenti. 50

Insignia Thessalia.



Huc spectat quod Strabo VIII. Geogr. scribit Ætolorum præterea & Acarnanum solitudo, pascendis equis est accommoda non minus quam Thessalia. Hinc Athæneus quoque lib. XII. Dipnos. tractans de Alcibiade, cum corpus curaret & exerceretur, magis omnibus Thebanis Bœotius apparuit, in Thessalia equorum studiosus, aurigarumq; alendarum studiosior visus est, veluti in Sparta cum temperantiam, diligentiamque aliorum imitaretur. Scitum est quod scribit Pausanias 1. Atticorum, cum de sepulchris inter Athenas & Eleusinam loquitur. Est & Thessalorum equitum tumulus, qui veteri adducti amicitia eo tēpore venerunt quo primum cum Archidamo Peloponnesii Atticam cum exercitu inuaserunt. Deniq; ad Thessalicos equites alludit Lucan⁹ in sexto.



10

Thessalicus sonipes bellis feralibus omen.
Exil:uit primus Chalibem frenosq; momordit.
Spumauiq; nouis Lapsthe domitoris habenis.

Et de insignibus tantum, nunc de coloniis ab hac gente deductis dicemus. Inuenio vero duas Larissas præter illam Thessalicam, vnam in Lybia, & alteram in Italia. De Lybica Ptolemæus & Strabo IX. & XIX. mentionem faciunt. De Italica lege Dionysium Halicar. secundo antiquitatum. Celebrat & Thessalorum in Creta colonias Pausanias VIII. Arcad: & in Coos Insula Strabo II. I. Geograph. citans versus Homeri in Catalogo qui in latinum conuersi sic habent.

Thessalorum colonia.

Amiphus & Coos ducit cum fratre Philippo,
Thessalici generis natiq; Heraclydis ambo.

Cæterum vt tandem capiti finem imponamus, Thessalorum gentem à Philippo Amyntæ Macedonum imperio subiectam reperio, quam Romani vltimo Philippo Periei patri per Quinctium vna cum Magnetibus & proximis Achæis ademptam in prouinciæ formam redegere, Macedonia Diæcesi ac Thessalonicensi præterito subiectam, vnde scribit T. Liuius quinto Decadis III. in oratione Sulpitii. Nam si quod aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, ius post tot sæcula asserendi eos in seruitutem faciet. Quid abest quin actum à nobis nihil sit, quod à Philippo liberauimus Græciam, & reperant posterius eius Corinthum, Chalcidem Demetriadem & Thessalorum totam gentem. Et rursus: Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Thessaliâ iere, allocutiq; concilio frequenti Thessalos, Demetriadem iter flexere. eo Magnetum concilium indictum est, accuratior ibi habenda ratio fuit, quod pars principum alienati à Romanis, totiq; Antiochi & Ætolorum erant, quia cum reddi filium obsidem, Philippo allatum esset, stipendiumq; impositum remitti, inter cætera vana allatum erat, Demetriadem quoque reddituros Romanos esse. Id ne fieret, Eurylochus princeps Magnetum, factionisq; eius quidam, omnia nouari Ætolorum, Antiochiq; aduentu malebant. Aduersus eos ita differendum erat, ne timorem vanum iis demendo, spes incisa Philippum abalienaret, in quo plus ad omnia momenti quam in Magnetibus esset. Illa tantum commemorata, cum totam Græciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse, tum eam ciuitatem præcipuè. Porro Liuius alibi Magnetum prætorem à Thessalico separat & Magnetarcham appellat, cui parebant ciuitates, & ad conuentum Magnetum admissæ, quas enumerat Plin. lib. III. cap. VI. Thessaliæ annexa Magnesia est, cuius fons Leberhra, oppida Iolcus Hormeniū, Pyrrha, Methone, Olizon, Promon: Sepias, Oppida, Castana, Spalatra, Promon: Acantium, Oppida. Melibæa, Rhizas, Erymne, Ostium Pencii, Oppidum, Homolium, Orthe, Thespiæ, Pelyanici, Thaumacie, Gyrtion, Cranon, Docion, Melitea, Phylace, Thessaliæ in protectum longitudo CCCCLXXX. 50 M. pass. traditur, latitudo CCLXX. VII. M. P.

Thessalia Romana prouincia facta.

Magnetum prætor.

Magnesia ciuitates.

DE TRACHINIA THYREA ET ORCHOMENO.



ON sum nescius, posterioribus temporibus Thessaliam Phodidem attingisse, Trachiniorum, Orchomeniorum, Locrensiūq; Republica pessum meante, cum primum quidem Phocus Orintionis filius meridionalem partem ver-

Trachinia
a Phocide &
Theſſalia
diſtincta.

ſus Delphos, deinde vero alter Phocus Æaci Aginetæ filius confines Theſſaliæ ſuo nomi-
nari vendicallit. Phocaicum quam latiffime nomen potuiſſe, tamen cum Republicam
Græcorum non magis uti erat poſtquam ante bellum Troianum hocce opere de-
ſcribimus, Trachiniam & Orchomenos a Phocide ſeparare voluimus, non ſolum quod
hæc antiquiora nomina extiterint, & reges hoc cognomine multis ante bellum Troi-
anum temporibus floruerint, verum etiam, quod recentiores quoq; Geographi Trachi-
niam & Orchomenū, expreſſe à Phocide ſepararint. Vt Strabo nono Geographiæ. Ha-
lus autem Athamantis fuit domicilium, poſterioribus deletum temporib. Quæ Crocio
imminent campo, cuius mœnia Amphroſus alluit fluitius, ſub Crocio autem Phthyoti-
cæ Thebæ ſunt. Et Halus quidem Phthyotica nuncupatur ora & Achaica, quæ coniun-
cta eſt Malienſibus ſicut Othryi Propodes, & ſicut Phylaca Proteſilai, ora Phthyoticæ
eſt Malienſibus vicina, ſic & Halus. Ab eſt autem Thebis ſtadia circiter ceterum, in medio
vero eſt Pharfalus & Phthyotarum, tamen Philippus eam Pharfalis attribuit Phthyotis
ademptam. Sic & terminos & conſtitutiones nationum, locorumq; ſemper variari con-
tingit, ſicuti memorauimus. Sic & Sophocles Trachinem Phthyoticam nominauit: Ar-
temidorus autem Halum ſiſit, in littore extra Maliacum ſinum iacente. Phthyotum au-
tem procedens hinc uſq; ad Peneum poſt Antronem Pteleum ponit, mox Halum à Pre-
læo decem ſupra centum ſtadia interuallo diſtans. De Trachine ſane, iam qualis ſit,
explanatum eſt & Poeta nominatim exponit. Cum autem Sperchii ſæpenumero memi-
nerit, ſicut annem commemorat indigenam, è Thymphreſto Driopico monte naſcen-
tem, iuxta Thermopylum erumpentem, inter ipſum & Lamiam declarat, ut omnia in-
tra Pylas quæcunq; ſinus ſunt maliaci, & extra ſub eorum ditione fuere. Caterum Sper-
chius à Lamia ſtadia triginta diſtat.

Et ſubdit. Vero autem ſimile ſit Myrmidonas appellari cunctos Achilli Patracloq;
ſubiectos, qui ex Ægina profugum Peleum comitari ſunt Phthyotæ quoq; omnes Achei

Trachinia
ſubiecta A-
chilli.



vocitabantur. Annumerantur autem iis qui
Phthyotici iuris ſunt, ſub Achillis regno ad
Alalienſium habitationes inchoantes plures
In ipſis vero Thebas Phthyoticas habere E-
chinam, Lamiam, circa quam Macedoni-
bus & Antipatro Aduerſus Athenienſes La-
miacum conflatum eſt bellum, in quo Leo-
ſthenes dux Athen. & regis Alexandri ſoci-
cecidit.

Quod vero Trachinia Achilli ſubiecta extitit in Catalogo Homerus teſtatur car-
mine quod in latinam linguam conuerſum ſic habet:

Quig. Pelasgicon Argos habebant:
Vnig. Halon & Halopem, & qui Trachina colebant:
Et Iyſthiam & Graciam ſpecioſis matribus oram:
Myrmidones, Graci ſimul, & vocitantur Achei.

Huc ſpecta: verſus Naſonis xi. Metam. cum Pelei Achillis parentis exilium deſcribit.

Exhibitæq; eſt Thebis, conſeſſam amplectitur Heros.
Et potitur votis ingentiq; implet Achille,
Fælix & nato: fælix & coniuge Peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci
Omnia contigerant, fraterno ſanguine ſontem.
Expulſumq; domo patria Trachinia tellus
Accipit. Hic regnum ſine vi, ſine cade regebat,
Lucifero genitore ſatus, patriumq; nitor em
Ore ferens Ceyx illo qui tempore maſtus
D: ſimiliſq; ſui fratrem iugebat ademptum
Quo poſtquam Æacides ſeſus curaq; viaq;
Venit, & intrauit paucis comitantibus urbem.

Et cum Pelei præces ac orationem recensuiſſet, ſubdit:

Hinc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur mediæ quog; commoda plebi.
Noſtra patent Peleu, nec inhoſpita regna tenemus.

Eadem ratione Orchomenum à Phocide idem author ſeparat, antiquorum tempo-

Orchome-
nus à Phoci-
de diuerſa.

temporum deſcriptionem ſecutus. Scribit enim libro nono, Scriptis ſanè eſt proditum
Orchomenum ſuperioribus annis campeſti in regione habitatum. ſtagnantibus inde
aquis ad Acontium montem denuo ædificatum. ſatius enim patet ad ſtadia lxx. uſque ad
Paropotamios Phocidis. Hiſtorici quidam tradidere Ponti inquilinos Achæos nomi-
natos Orchomoniorum colones cum Ialmeno duce, poſt Troiæ captiuitatem, eam in
regionem erroribus actos.

Eſt etiam ad Charyſtum Orchomenus alter. Bene enim talem nobis ſubiecere
materiam, qui de nauibus ſcripta reliquere, quos ſequimur cum proprie materiæ noſtræ
conducentia protulere. poſt Bœotiam autem & Orchomenum Phocis adest, Bœotiæ
appoſita in aquilonem, ſimiliter à mari ad mare. Et iterum, Deinceps quidem Poeta Or-
chomoniorum memoriam facit, eos in Catalogo à Boetorum gente ſperans. Vocat au-
tem Minyeum Orchomenon à Minyarum nomine. Hinc vero colones quosdam de-
ductos ad locum ex Minyis dicitur: unde Argonautas Minyas dictos eſſe conſtat. Locu-
pletiſſima autem quondam ciuitas videtur & potentiſſima. Optimus quidem teſtis eſt,
etiam Homerus: dinumeratis enim locis opulentiſ: ait libro Iliados i. Qui verſus latine
redditus habet Nec quanta in Orchomenon Ægyptiaſue Thebas aggeritur gaza, Po-
tentia verò, quoniam Thebani Orchomeniis tributa ſoluebant, & Ergino Orcho-
meniorum tyranno, quem ab Hercule extinctum ferunt.

Huc faciunt quæ nono Bœoticiæ Pausanias refert, ultra montem Laphiſtium ſita
eſt Orchomenus, ſi qua alia apud Græcos, hæc quoq; gloria inſignis. ad maximam autem
aliquando felicitatem euectam, idem ferme ſinis manebat, qui Mycenæ ac Delum. De
rebus antiquis huiusmodi quæpiam commemorant, Andream aiunt Penei ſu. filium
primum ibi habitare, & ab hoc terram Andreidem eſſe appellatam. Profecto autem eò
Athamanti partem regionis circa Laphiſtiū conceſſit, & quæ nunc Coronea dicitur Ha-
bartium item. Caterum Athamas, quia maſculam prolem relictam ſibi nullam arbitra-
batur (ipſe enim Learchum & Melicertam occiderat, Leucon ex morbo deceſſerat, de
Phrixo ignorabat in uiuis an ipſe eſſet, aut genus Phrixi reſtaret) harum rerum cauſa he-
redes inſtituit Haliartum & Coronum Therſandri filios. Sifyphi nepotes. Sifyphi enim
frater Athamas erat. Poſtea autem reuerſo ex Colchis ipſo, ut quidam aiunt Phrixo,
aliorum autem ſententia Preſbone, quem Phrixus ex Æti filia ſuſceperat, con-
cedunt Therſandri libere domum Athamantis, ad Athamantem eiufque poſteros
ſpectare. Ipſi autem (partem enim terræ eis dederat Athamas) Haliartum & Coroneam
condidere. Ante hæc tempora Andream Euippen Leuconis filiam ab Athamante vxorem
accepit. Huic Etheocles filius naſcitur, licet fama ciuiū, Cephifi fluuii ſit creditus. ita ut
Poetarum nonnulli Etheoclem in carminibus Cephifiadem nominarint. Hic itaque
Etheocles regno ſuſcepto, impoſitum ab Andreo regioni nomen non immutauit, vnam
tamen triduum Cephifiadem inſtituit, alteram de ſuo nomine appellauit. cæterum pro-
fecto ad eam Halmo Sifyphi filio, partem regionis non magnam habitandam concedit,
& ab Halmo hoc, vici tunc Halmones ſunt dicti. Etheocle, præterea Bœotii aiunt homi-
num primum Gratiis ſacrificaffe. Hæc ex Pausania de genere regum Orchomoniorum,
quorum profapiam prolixius deinceps explicabo. Et ſic intelliguntur verſus Ouidiani
l. b. ii. Metam. cum Cornicis conuerſionem tractat:

Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit, fueramq; ego regia virgo. Et lib. vi.
Vt ſolet accipiter trepidas urgere columbas
Vſq; ſub Orchomenon, Sifyphidæq; Cyleneq;

Hactenus de vetuſtate pariter & amplitudine tam Trachiniæ quam Orchomeni,
quarum prouinciarum Metropoles antiquiſſimæ extitere Heraclæa quæ & Trachinia
cognominata eſt, ad Othris montis iugum ſita verſus Theſaliam. Cuius ſitum Plinius
lib. iiii. cap. vii. delineat Thermophylatum. Et anguſtiæ, quo argumento 4 mill. paſſ.
inde Heraclæa Trachin dicta eſt, mons ibi Callidromos. Strabo lib. ix. Monſtratur eti-
am per ſyluam Titii ſacellum, cui honores quidam redduntur iuxta Lebadiam. Trach-
in quoque eſt ciuitas Oetæ Phoceniſi nomine ſimilis exigua ſane, ciues Trachinii vocan-
tur. Et cum Thermophilas delineafſet. adest & ibi portus ingens & Cereris templum, in
quo in omni ibidem conuentu Amphictiones ſacrificium conſiciebant, à portu autem
in Heraclæam Trachiniam terreſtri itinere xl. ſtad. interſunt, curſu autem maritimo ad
Cenæum lxx. Et clarius, ad Thermophylas ſane intra anguſtias Caſſella ſunt, Nicæa
quidem ad Locorum mare, & Tichius & Heraclæa ſuper illam quæ prius Trachin vo-
cabatur, ab Lacedæmoniis condita, ab antiqua verò Thracide ſtadiis circiter ſex diſtat
Heraclæa, deinceps Rhoduntia eſt locus ſane munitus.

Hæc autem loca tum ab asperitate, tum aquarum abundantia redduntur ad incursum difficiliâ propter fauces vallium quas perlabuntur. quoniam præter Sperchium qui Anticyram præterfluit, etiam Olyras adest, qui ut fertur Herculis rogum extinguere conabatur, simul & Melas alter qui à Trachine quinque stadiis abest. Ex quibus & ratio nominis elucelcit, quare Heraclæa sit nominata. quod scilicet isthic in finibus Hercules, cum ab uxore Deianira ex Zelotypia irritata venosa veste fuisset infectus, structa Pyra viuis se succendisset, cuius rei & T. Liuius 6. lib. quartæ decad. cum de eadem illa loquitur Heraclæa, in descriptione victoriæ, quam M. Acilius de Antiquo rege Asiæ in finibus Thermophylarum victo reportauerat. Manius Acilius vendita aut concessa militi circa Heraclæam præda, postquam nec Hypatæ pacata esse consilia, & Naupactum concurrisset Ætolos, ut inde totum impetum belli sustinerent. audiuit præmissio Ap. Claudio cum quatuor millibus militum, ad occupanda iuga qua difficilis transitus montium erant. ipse

Heraclæa
vnde dicitur.



Trachiniorum
insigne
in moneta.

Oetam ascendit, Herculiq; sacrificium fecit in eoloco quem Pyram, quod ibi mortale corpus eius Dei sit crematum, appellant. Hinc est quod Heraclæa illa Thracina in moneta Herculis sedentis simbolo, utpote de crematione sua cogitantis vsa fuit. ut primo quinti ordinis lector videbis, ad quod alludens cecinit Naso IX. Metam. 20

Nunc quoq; Euboico Scopulus breuis eminet alto
Gurgite, & humana seruat vestigia forma.
Quem quasi sensurum nauta calcare verentur,
Appellantiq; Lichan. at tu Ionis incluta prales
Arboribus castis quas ardua gesserat Oete,
Inq; Pyram structis arcum, pharetramq; capacem,
Regnaq; visuras iterum Troiana sagittas:
Ferre tubes Paante satum, quo flamma ministro
Subdita, dumq; auidis comprehenditur ignibus agger.
Congeriem sylua nemeæo vellere summam
Sternis, & imposita claua ceruice recumbis.

30

Hic vero admonendus est mihi lector, extitisse & alias in Græcia Heraclæas, Olympiam videlicet ad Olympum montem. Synticen in finibus Epiri. Eliacam ad flu. Cytherentem & in Troiano agro Olympiam describit Strabo in octauo.

Alterum sane in Thessalia Penæum scribunt, qui ex Othrii oriens accipit Apidanum in Pharfalo delabente. apud Salomonem autem vrbs iacet Heraclæa ex illis octo & ipsa vna, distans ab Olympia stadii XL. penes Cytherium flumen posita. vbi Gonniadis Nymphæ facellum habent, de quib. opinio est, ut aquis earum morbos sanitati restituat. Ad Heraclæam Synticæ alludit Cæsar III. com. Ciuilis belli his verbis: Cæsa rem Apollonia directo itinere auerterat Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditum habebat. accessit etiam improuiso aliud incommodum, quod Domitius qui dies quamplures castris Scipionis castra collata habuisset, rei frumentariæ causa ab eo discesserat, & Heraclæam Synticam quæ subiuncta Candauia, iter fecerat.

Heraclæa
Olymp.

Heraclæa
Syntica.

Trachinia
quibus sub
secta.

Reliquas Heraclæas, hoc est Elidis lege apud Pausaniam VI. Eliacorum, Ætolicam apud Liuium VII. decad. III. & Troianam in XIII. Strabō. Qui præterea decimo Geographiæ Trachinium aliam regionem inter Calydonem & Stratum depingit. Reuersi igitur ad Trachiniorum agrum, cum is libertate multo tempore frueretur Thessalorum consilio addictus, in seruitutem postremo Macedonum Philippo Amyntæ auctore concessit. Quem à Macedonum iure vendicatum, Manius Acilius Romanis subiecit, Thessalia prouinciæ coniunctam, posteaquam in finibus Heraclææ illius ipsius, inter Thermophylas & Scarphiam, Antiochum Asiæ regem acie vicisset ac castris exuisset.

Locum ex Liuius, qui extat sexto quartæ decadis adducere placet. Acilius Consul à Thermopylis Heraclæam ad Ætolos præmisit, ut tunc saltem experti regiam vanitatem respicerent, traditaq; Heraclæa cogitarent de petenda ab Senatu, seu furoris sui seu erroris venia, & cæteras Græciæ ciuitates defecisse eo bello ab optime de merito Romanis. Sed quia post fugam regis, cuius fiducia ab officio non discessissent, non addidissent pertinaciam culpæ, in fidem receptos esse Ætolos quanquam non secuti sint regem, sed accersierint, & duces belli, non socii fuerint, si poenitere possint, posse

posse & incolumes esse. ad ea cum pacati nihil responderetur, apparetq; armis rem gerendam, & rege superato bellum Ætolicum integrum restare, castra à Thermopylis ad Heraclæam mouit, eoque ipso die, ut situm nosceret vrbs, ab omni parte, equo mania est circumuectus. Sita est Heraclæa in radicibus Oetæ montis, ipso in campo, arcem imminentem loco alto & vndique præcipiti habet. Hactenus de Trachinia.

Venio ad Orchomenios. Quibus nomen primus imposuit Orchamus, cuius filia Leucothoen ex Eurinome fabulæ referunt à Phœbo adamatam, qua ut potiretur in Eurimones matris formam mutatus accessit, famulasq; tanquam arcani quiddam dictura fecedere iussit. abeuntibus igitur in propriam speciem reuersus, patientem compressit. Quod cum Clytie quæ & ipsa à Phœbo diligebatur, audisset, confestim eam apud Orchanum patrem accusauit, qui iratus viam sepeliit. Cui Phœbus cum nulla ratione vitam restituere posset, mortuam in virgam thuream conuertit, ad quod alludens cecinit IIII. Metam. Naso.

Orchamus
primus rex.

Rexit Achenias vrbes pater Orchanus, isq;
Septimus à præco numeratur origine Belo.
Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum,
Ambrosiam pro gramine habent, ea fessa diurnis
Membra ministeris nutrit reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupes celestia pabula carpunt,
Noxq; vicem peragit thalamos Deus intrat amatos,
Versus in Eurinomes faciem genitricis & inter
Bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit.

Et quæ sequuntur.

Claruit in finibus Orchomeniorum & Athamas Æoli filius, Sisyphi Corinthiaci, Salmoneiq; Thessali frater, cui Andreus Penei flum. filius regionem circa Laphistium donauerat, quod Enippen illi Leuconis filiam matrimonio iunxissent. Ab hoc igitur campus Athamantius nomen accipit prope Haliartum, de quo Pausan. nono Bœoticæ. Vici hi & initio fuerunt & etiam nunc sunt, & ad Orchomeniorum regionem pertinet tum ipsa oppidula videntur tum campus Athamantius. Hic rex duas habebat uxores, primam Nephelem vnde Phrixum Leuconem & Hellen genuerat quæ à Baccho in furorē versa in syluas abierat, vnde alterā Cadmi filiam Inonem duxit, & ex ea Learchum & Melicertā tulit, quæ mariti futorem vitans Melicerta arrepto ad littus fugit & ibi è scopulo se in mare dedit, qui miseratione Deorum, Ino quidem in Nymphā Leucotheam, filius vero Melicerta in Palemonem siue portunum marinum deum conuersi fuerunt. in quorum Melicerte honorem Sisyphus patruus Isthmia in Corintho instituit. ad quos alludentes cecinere Poetæ. Ouidius IIII. Metamor.

Athamas
Rex Orchomeni.

Imminet equoribus scopulus pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas.
Summa riget, frontemq; in apertum porrigit equor.
Occupat hunc (vires insaniam fecerat) Ino.
Seq; super pontum nullo tardata timore
Mittit, onusq; suum percussa recanduit vnda.
Et subdit cum Venerem illorum miserentem adducit.
Annuit oranti Neptunus, & abstulit illis,
Quod mortale fuit, maiestatemq; verendam
Imposuit, nomenq; simul faciemq; nouauit.
Leucotheaq; Deum cum matre Palæmona dixit.

Statius I. Theb.

Infelix Athamas cur non expauerit ingens
Ionium socio casura Palæmonæ mater.

Igitur Athamas cum Phrixus filius cum Helle sorore aurco arieti vecti in Asiā abiissent, illa in Helesponto submersa fuit, Phrixus autem reuerti cum nollet ac patris furorē timeret, fratris Sisyphi ex Thersandro nepotes adoprauit Haliartam & Coronum, qui successere Athamati, & ciuitates constructas in regno Orchomeniorum, denominauerunt. Cæterum cum Phrixus in Asia ex Æti filia duos genuisset Melā & Presbonē. Melas quidem in Asia mansit, vnde Claucus rex Corinthii Bellerophontis pater processit. Presbo verò in auditum Orchomeniorum regnum rursus illud cum Coronō Haliarto ac Ertheocle Andrei filio Penei nepote, partitus est; & cum nullam prolem tres relinquerent, vniuersa Orchomeni ditio ad Ertheoclem deuoluta est, qui ex Cephisiade coniuge cum nullam prolem ferret, Halmum Sisyphi Corinthiaci qui Athamantis frater extite-

Haliartus
& Coronus.

Presbo rex.

Etheocles
rex.

Halmus rex rat, adoptauit, & cum Graiis in Orchomeno delubrum construxisset, quod multis postea seculis celebre ibi mansit, moriturus Halmo filio adoptato regnum reliquit, qui duas tantum filias genuerat Chrysam & Chryfogeniam. Ex Chrysa Mars Phlegyam genuit, qui auo Halmo in Orchomeno successit & Phlegyam a se regnum appellauit, & incolas Phlegyas, quorum Homerus in Iliade meminisse & magnanimos cognominat, qui traduntur Apollinis Delphici templum spoliasse, & victores cum Philammone & Archiuis manus conferuisse. Phlegyes porro, cum liberis careret, Chryses successit filius Neptuni ex Chryfogenia Halmi filiarum altera. Is Minyam tulit, a quo Minyæ populi in finibus Thessaliæ cognominati sunt. Qui cum ex vectigalibus ingentem thesaurum collegisset, Orchomenum filium successorem in regno reliquit. a quo nomen regioni primū inditū autumat. Is verò cum liberis careret, Hyettū Argiū exulem (quod Molyrum Arisbantis filium in adulterio vxoris deprehensum occidisset) parte agri donauit, vbi postea Hiectus vicus fuit, & moriens regnum, Clymeno Presbonis filio Phryxi nepoti tanquam cui successio ex lege debebatur, reliquit. Is in quadam Onche-
Orchomenus rex. sti Neptuni festiuitate a Thebanis occiditur, quod vituri filii Erginus Stratus Arro, Pyleus & Axcus, aduersus Thebanos exercitum duxere, & annum tributum eos dare coegere, quo ipsos Hercules tandem liberauerat, & cum quo Erginus postea Orchomeniorum Rex fœdus iniit, ductaq; ex oraculo in senio adolescentula, duos ex illa filios Trophonium & Agamedem genuit. Quorum Trophonius vt thesauris paternis potiretur, & solus regnaret, fratrem occidit. Absorptus idcirco apud Lebadiam, vbi Iouis postea Trophonii oraculum ortū est, in specu quodam vbi Trophonius absorptus fuerat. Cuius præter Græcos, Liuius etiam mentionem facit lib. v. dec. v. de P. Æmylio Persei regis victore locutus.

Oraculum Trophonii. Lebadia quoque templum Iouis Trophonii adiit. vbi cum vidisset os specus per quod oraculo vtentes suscitatum Deos descendunt sacrificio Ioui Hercynnaq; facto, quorum ibi templum est, Chalcidem ad spectaculum Euripi descendit.

Adde quæ de hoc oraculo Pausanias refert. Posteaquam in animum quis induxit, descenderet in Trophonii antrum, primo certos aliquot dies commoratur in ædificio, Sacrum est ædificium id bono genio, bonaq; fortunæ. Ibi dum vitam agit, tum aliis rebus caste se & moderate gerit, tum lauacris calidis arcetur, Lauacrum est Hercynna flu. è victimis tamen magnam carniū copiam habent. Rem enim sacram facit, qui descensurus est, & ipsi Trophonio & Trophonii liberis. adhæc Apollini, Saturno, Ioui cognomento regi & Cereri quam Europen vocant, & Trophonii nutricem fuisse aiunt. ad singulas itaque victimas præsto est vates & sacrificii viscera intuetur, inspectis his ei qui descensurus est vaticinatur, an beneuole eum Trophonius & placido animo sit expecturus.

Postremi reges Orchomeniorum. Et de oraculo, quo Prouincia Orchomenii quondam clarebat hastenus. Ad reges postremos reuertor, de quibus Pausanias lib. 9. hæc adnotauit, Trophonium autem terra, eo loco dehiscens absorpsit quo in nemore, apud Lebadientes & fouea visitur Agamedis dicta, & ad eam columna. Orchomeniorum autem imperium susceperunt Ascalaphus ac Ialmenus qui Martis filii sunt dicti, ex matre Astioche filia Aetoris Axei filii Climeni F. His ducibus in expeditionem Troianam Minyæ sunt profecti. Interfuerunt Orchomenii & classi qua Codri liberi in Ioniam transfretarunt. a Thebanis autem eos expulsos, Orchomenum statim reduxit Philippus Amyntæ filius. Et sic futurū erat, vt semper in deterius fortuna eorum laberetur.

Orchomenus Romanarum ditioni subiectus. Sicutaq; lapsa fortuna Orchomenii in seruitutem redacti a regibus Phocidis, cum & eorum imperium deficeret, Thebanis, inde Atheniensibus & ad postremum Macedonum imperio subiecti fuere. vtpote quos vt supra paulò dictum, a Thebanis expulsos Philippus Amyntæ restituerat, a Macedonum imperio Romani Orchomenos vna cum proximis Prouinciis Græciæ vendicarunt. Quippe Manlius Acilius deuicto Antiocho, & post eum Paulus Æmylius Perseo rege Macedoniæ capto, Orchomenum in Romanæ Prouinciæ formam redegere. Quapropter & Trophonii Iouis oraculum prope Orchomenum Paulus adiit, cum in Romani Iuris formulam totam Helleda cum Macedonia redegisset. Postremus denique C. Iulius Cæsar deuicto ad Pharsalum Pompeio, quod residuum erat Orchomenici nominis, vna cum proximis prouinciis subiugauit.

Vnde est quod idem scribit tertio comm. civilis belli. Aetolia Acarnania Amphilochois per Cassium Longinum & Caluissium Sabinum, vt demonstrauius, receptis, tentandam sibi Achaiam ac paulo longius progrediendum existimabat Cæsar. Itaq; eò Fusium

Fusium Calenum misit, & Q. Sabinum & Cassium cum cohortibus adiungit. Quorum cognito aduentu Rutilius Lupus qui Achaiam missus a Pompeio obtinebat, Isthmum præmunire instituit. vt Achaiam Fusium prohiberet, Calenos, Delphos, Thebas & Orchomenum de voluntate ipsarum ciuitatum recepit. His auspiciis Orchomeni regnum in angustias redactum ac proximis subiectum, passimq; ab autoribus in Phocide comprehensum, in Romanam potestatem concessit, Thessaliæ proculdubio adiectum, cum nulla mentio in libro præfecturarum eius occurrat. Quo loco, vt tandem capiti finem imponamus admonendus est mihi lector Orchomenon alteram Arcadiæ extitisse ciuitatem. Quin Plinius libro secundo, capite secundo, fluminis Bæotia, & capite octauo libri quarti alterius in Thessalia fluminis hoc nomine meminisse videtur. Hæc omnia fœdissima Turcarum tyrannide premuntur, & vbi fuerat Orchomenus vel Heraclæa plane ignoratur, vt quam inconstans sit rerum humanarum casus, appareat.

DE LOCRI ET PHOCIDÆ.

NAM ET SI Locros a plerisque Phocidi attribui sciã, secutus tamen Strabonis auctoritatem & antiquorum tam Poetarum quam Geographorum descr. eos a Phocide, non minus quam Orchomenios ac Trachinios separauit, & quod Phocus siue Ornytionis siue Æaci alter, a quo terræ nomen est inditum, non totum eum tractum possederit, qui a sinu Maliaco & Oetæ montis iugo, secus Parnasum montem, ad mare Ionicum excurrit ex transuersu, ac Aetoliam attingit. Hinc est quod in Phocæis refert Pausanias. De Phocide, quantum circa Tythoræam situm est ac Delphos, constat, antiquissimis temporibus nomen accepisse, a Corinthiaco Phoco Ornytionis filio; annis autem non ita multis post, factum est, vt tota ea terra nomen id sortiretur, quæ nostris temporibus Phocis est appellata, postquam Æginetæ nauib. in regionem vna cum Phoco Æaci filio transierunt. Et iterum. Peleus & Telamon ob Phoci cædem fugerunt. Phoci filii ad Parnasum habitauerunt, in ea quæ nunc Phocis dicitur. Sed hoc regioni nomen ante fuit, cum Phocus Ornytionis filius seculo in eam prius peruenisset, sub quo Phoco & ea circa Tythoræ & Parnasum Phocis est appellata. sub Æaco autem vsus obrinuit, vt omnibus id nomen daretur, sicut & Minyæ Orchomeniis sunt finitimi, & ad Scarphiam vsq; quæ sub Locrensi Imperio est pertinent. Huc nimirum alludens cecinit Naso vii. Metam.

*Exceptit Æacides illos in limine Phocis.
Nam Telamon fraterq; viros ad bella parabant.
Phocus in interius spacium pulchrosq; recessus,
Cecropidas duxit, cum quis simul ipse resedit.*

Recte igitur in nono Strabo distinguens, de quibus præfati sumus prouincias, scribit: Post Bæotiam autem & Orchomenum, Phocis adest, Bæotia apposita, in aquilonem similiter a mari ad mare, tēpore vtique pristino. Daphnūtem enim aliquando terræ Locrensis fuisse constat. Locrensem tractum in duo scindētem. Is sinus ipsius Opuntii & littoris Epicnemidiorū medius cōstitutus est, nunc ipsa Locrorum ora est. Caterū vrbs tenuis sane solo æquata, dirutaq; iacet. Itaque Phocis non amplius vsque ad Euboeicum Pelagus pertinere videtur. Crisseo autem contigua est sinui. Crissa enim ipsa Phocidis est, ad ipsum sita Pelagus & Cyrha & Anticyrha, & aliæ super eas in Mediterranea frequentes oræ ad Parnasum spectantes. Delphi quidem & Cyrphes & Daulis & Parnasus ipse, qui & Phocidis est & occiduum latus terminant. Quo autem modo Bæotia Phoci accumbit, eo & Locris vtrique Phocidi. Quæ satis ostendunt, cum Phocis a mari Egæo ad mare vsque Ionium, & vltro Isthmum per transuersum excurreret. vtrinque in limitibus Locros habuisse coniunctos in ora maritima, hinc quidem Epicnemidios Trachiniis & Phthyotis contiguos secus Oetæ montis iuga, illinc vero Locros Ozolas Aetolis proximis, citra Parnasum, Marlaum & Aracinthum montes. Quocirca Pompeius Mela. Secundo Geographiæ in Doride inquit, Pyndus est & iuxta situm Eryneon in Loeryde Cynos & Callyaros, in Phocide Delphi & mons Parnasus & Apollinis fanum atque oraculum. Sic Plinius libro quarto, capite septimo, Bæotas Hiantas antiquitas dixere. Locri deinde Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos annis Cephissus defertur in mare, Oppida Opus vnde Opuntinus sinus, Cynos. Phocidis in littore vnum Daphnus, introitus autem Latissa Elatea & in ripa Cephissi vt

Phocidis in Locris ditione.

Quomodo Strabonem locri Phocidis coherent.

diximus Lixæ, Delphos versus, Cnemis & Hiampolis. rursus Locrorum ora, in qua Larynna Thronium, iuxta quod Boagrius amnis defertur in mare. Oppida Naricion, Alope, Scarphia, postea Maliacus sinus ab incolis dictus. Hæc itaque iam ita sint, & inter Trachinios ac Phocenses Locri medient, qua Boagrius fluvius ex Tichiuuta Oeæ montis iugo, quod Thermopylis adhæret, secus Scarphiam & infra Thronium ac sinum Maliacum in mare exoneratur, de Locris ante Phocidem dicendum nobis videtur.

Locri duplices.

Quos Strabo exactè, & describit & diuidit in nono cum ait, Daphnus quoque cum olim Phocensis esset vrbs, diruta iacet hoc tempore, Euboicum attingens mare, diuidens Epicnemides Locros, hos quidem in Bœotiam, illos verò in Phocidem à mari pertingentes. Quippe signum est, quod in ea facellum est, quod Schædii sepulchrum esse memorat. Satis de Phocide à nobis dictum est. deinde Locridis ora subest ordine, ideo de ipsa dicere adgrediamur. Ea duas in plagas diuiditur, vna quidem Locrorum est in Eubæam vergentium, qui ad vtrumque Daphnuntis vrbis latus discinduntur. Vocabantur autem vni quidem Opuntii à ciuitate Metropoli, alteri verò Epicnemidii à Cnemide monte. reliqua in occasum spectans occiduarum Locrorum appellatur, qui iidem & Ozolæ nominantur. eos distinguit ab Opuntii & Epicnemidiis & Parnasus intermedius & Dorensium Tetrapolis. Ex quibus verbis colligimus, non solum in Hellade duplices, verum adeo etiam triplices extitisse Locros. Duos quidem Phocidi ab arcto & oriente adiacentes. Opuntios quidem versus mare & Epicnemidios in mediterraneis. Tertios auro & ipsos Phocidi contiguos, inter Parnasum & Heliconem montes, ac priorum quidem duorum, qui orientales erant, inter Trachinies & Phocidem vrbes celebrabantur Thronium in Malico sinu, Scarphia Cænus & Metropolis Opuntia, aliorum verò qui in littore Ionici maris colebant, Naupactus & Amphissa celebriores erant.

Vrbes Locrorum.

Placet verba Strabonis de primorum, hoc est orientalium Locrorum tractu referre, cum duos sinus Maliacum ac Opuntium, quibus videlicet hi Locri mare Ægeum attingunt, describit. Post sinum sane deinceps Alopes sita est, & Daphnus quem dirutum ante diximus. Ibidem portus est à Cyno nonaginta distans stadiis, ab Elatæa vero si terrestre iter subeas in mediterraneam, centum & viginti. Iam vero ista sunt, sinus Maliaci. ac secundum Daphnuntem Cnemides sunt, locus munitus ad stadia viginti si quis nauiget. In quem ex Eubæa Cænum è regione consistit Promontorium in occidentem spectans, sinumque Maliacum freto disiunctum stadia ferme viginti: Hæc autem Locrorum sunt Epicnemidiorum, cæterum post stadia viginti portus occurrit, supra illum vero totidem stadiis Thronium iacet in Mediterranea. dehinc Boagrius, amnis effunditur Thronium præterlabens. Manem autem cum nuncupant. Est autem torrens vt interdum ne tinctis quidem ingrediare pedibus, quandoque vero ad bina late fundatur iugera. Secundum hæc quidem Scarphæa iacet superius, à mari stadiis distans decem, à Thronio vero triginta. Et continuans sermonem, duplices inibi campos Bessam locum arbutis refertum & Metymene vbi & Pharigas præpe Scarphiam, commemorat, & Dianæ Pharigæ templum.

Locrorum orientalium descriptio.

Hæc ex Strabone. Audiamus & Liuium qui Thronium (id quod oppidum, Locridis, Trachiniæ proximum erat) delineans quinto Decadis quartæ: Euthymidas ab Athenis Thebas primum, hinc Salgonea processit Herodotus ad Thronium. Inde haud procul in Maliaco sinu duo millia peditum, & Thoas ducentes equites, Onerarias leues ad triginta habebat. *Et libro sexto:* Inter ipsum pugnae tempus decem naues regiae cum præfecto Isidoros ad Thronium in sinu Maliaco stabant. eò grauius vulneribus Alexander Acarnan nuncijs aduersæ pugnae cum profugisset, trepidæ inde recenti terrore naues Cænum Eubææ petierunt. Idem de Cyno proximo vbi Deucalionem habitasse, & Pyrihæ extare tumulum Strabo refert, Herculisq; balnea esse à Cnemide monte stadiis sexaginta, à Penei fluuio ostio stadiis sexaginta, ab Adepso denique Eubeæ freto stadiorum centum & sexaginta dissito, octauo tertiæ Decadis scribit, cum Euripum Eubææ delineasset. Id prudenter vt in temere suscepta re Romanus fecit, quod circumspicis difficultatibus ne frustra tempus tereret, celeriter abstulit incepto, classemque inde Cynum Locridis Emporium, id est Opuntiorum vrbis mille passuum à mari sitæ traiecit.

Thronium orientalis Locridis vrbs.

Cynus Orientalis Locridis vrbs.

Opuntia Metropolis Locrorum.

Sequitur in eodem Liuii textu & de Opuntia Locrorum illorum orientalium Metropoli & cuitis in numismatibus quibusdam, quæ pugilis iconem habent, inscriptio visitur. Igitur Philippus Neieæ præsidio, fufis Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, cum à Demetriade Scotusam, inde tertia vigilia profectus, trepidos hostes Heraclæam compulisset, ipse vno die Phocidis Elatiam, millia amplius quinquaginta quinque contendit. Eodem ferme die ab Attalo rege Opuntiorum vrbs capta diripiebatur

batur. Concesserat eam prædam regi Sulpitius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite expertib. regiis direptum fuerat. *Et subdit.* Atralus inermis atq; in compositus cursu effuso, mare ac naues petit, & molientibus ab terra naues Philippus aduenit, metumq; etiam ex terra nauticis præbuit. Inde Opuntiam rediit, Deos hominesque accusans, quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset Opuntii quoq; ab eodem ira increpiti, quod cum trahere obsidionem in aduentum suum potuissent, viso statim hoste propè in voluntariam deditonem concessissent. compositis circa Opuntem rebus, Toronem est profectus. De Scarpea lege Liuium Sexto, Decade quarta cum Marci Acilii victoriam de Antiocho rege describit, Et Appianum in Syriaco de eadem historia.

Quibus ex locis aduertitur Locros vna cum proximis Thessalis Phthyotis ac Magnetibus Macedoniae regibus paruiffe, vt in Romanam potestatem venisse eos vna cum Macedonibus, auspicio Quinctii Marci Acilii & Publii Æmylii apparet. Quos vero reges habuerint Locri non traditur, nisi quod Strabo in Nono Patrocli ac Aiakis meminisse videtur. Verba subiiciam. Cæterum ex Opuntia terra natum esse Patroclum testatur Homerus. Qui cum cædem patrasset inuitus, fuga se subtraxit ad Peleum. Menæcius vero eius pater mansit in patria. At enim Achilles Menæcio pollicitus fuerat, vt cum ex ea expeditione reuertisset se illum in patriam redacturum, verum non ille sed Ajax Locrus Opuntiorum regnum obtinebat, quem à patria Aryco genitum ferunt. Eanem vero vocatum fuisse eum dicunt, quem patroclus interemit, à quo & facellum Eanium & Eanidem fontem ostendunt nominatum. Quintus autem Ajax Locrensi rex ille Oilei extiterit (qui capta Troia Cassandram virginem & vatem in templo Palladis violauerat in cuius vindictam Dea Græcis regredientibus tempestatem immiserat canente Poeta:

Reges Locrorum.

Ajax Oilei rex Locrorum.

Vnius obnoxam & furias Aiæci Oilei.)

Testantur verba Pausaniæ tertio Laconicorum, quæ subscribere non grauabor; Orto enim bello inter Crotoniatas & Locrenses Italicos, cum Locrenses ob cognationem quam habebant cum Opuntii, Aiæcem Oilei filium ad pugnam inuocassent, Leonymus Crotonatarum dux, hostes est adgressus, quemadmodum ab Aiæce iniunctum eis audierat. Vulneratus autem in pectore cum ex vulnere laboraret Delphos se contulit, eo profectum Leonymum Pythias in Insulam Leucam ablegauit, ibique apparatus ei esse Aiæcem dixit, vulnusque curaturum. Aliquanto autem post recuperata iam valetudine, ex Leuca cum discessisset, vidisse se dixit Achillem, vidisse item Oilei, Telamonisque Aiæces, Patroclum & Antiochum, hæc ille. Patroclus sane Menæcii & Stenelos filius, occiso per ludum Astragolorum Clefonymo seu Acæne Amphidamantis solum vertens, apud Peleum in Trachinia exulabat, & propter generis propinquitatem Locrorum finibus donatus, vna cum Achille à Chyrone educatus fabulis fertur, cumq; eo ad Troiam profectus, armis Achillis indutus, cum Hectore pugnans occisus est. Hæc de Locris orientalibus tantum. transeo ad occidentalis Phocidis agrum, Cephiso flum. adiacentem & Ætolis conclusum, & ad oram maris Ionici exporrectum, quem Pausanias Decimo Phocaicæ historiæ his verbis delineat; Terra præterea Locrorum qui Ozolæ sunt dicti Phocidi iuxta Cyrrham est finitima. De cognomento horum Locrorum diuersa audiui, quæ omnia simul exponam, Oresthi Deucalionis filio, cum iis in locis regnaret, lignum pro catulo canicula peperit. Quo ab Oresthe defosso primo Vere aiunt, vitem excreuisse & à lignis Ozis, id est ramis, nomen hominibus esse inditum. Alii Nessum putant, qui portitorem egit ad Euenum, vulneratum quidem esse ab Hercule, non autem statim obiisse, sed in terram hanc profugisse, mortuum autem inde, & in sepultum computruisse, & graui odore iis in regionibus aerem infecisse. Tertio fluuii cuiusdam aiunt, & vaporem absurdum esse, & ipsam aquam sordidam. Quarto, multum ibi prouenire Asphodeli & florere eam herbam ab odore. Dicitur item primi eius loci homines fuisse indigenas. vestes autem contexere cum nesciunt, tegumentis contra frigus vtentur pellibus ferarum crudis, partibus pellium hirsutis foras ornatus causa conuersis. Futurum itaque erat, vt eadem ratione, & ipsa tergora & hominum corpora fœterent.

Patroclus.

Locri Occidentales Ozolæ.

Ethymon Ozolæ.

His quinque rationibus, quibus Ethymon Ozolæ nominis explicatur, Strabo in ix. sextam addit. Paulo super Calydonem (ait) est etiam collis Taphosus, in quo Nessi & aliorum centaurorum tumulus locatus cernitur, è quorum tabo teterrimus odor sub montis radice profunditur, & humor crassioribus guttis manat, quæ quidem ob causam gentem illam Ozolas, id est odoris mali vocari. Hæc ille.

Ciuitates
Locrorum
occiden-
tales.

Pausanias ciuitates in his Locris occiduis enumerat Myoniam, cuius Incolæ in A-
siam Ionicam transfretarunt, & ibi coloniam eodem nomine deduxerunt, Oeanthæam,
Amphissam ac Naupaetum Metropoles, quarum Amphissam Amphictionum iudici-
um destruxit, quod grauiora vestigalia exigeret ab aduentibus oraculum Apoll. quam
Ætoli pulsi à Rom. iterum renouarunt, Naupaetium vero Messenii ex Peloponneso à
Spartanis pulsi occupauere, licet inde Messenios Locri denuo expulerint.

Amphissa
vrbs Ozol-
arum.

De Amphissa Pausanias in x. hæc nominatim adnotauit. Delphis distat cen-
tum viginti stadiis, Amphissa vrbs Locrorum maxima & celeberrima. Incolæ moti pu-
dore Ozolarum nominis Ætolos esse se asserunt. habent tamen rationem verisimilem.
Quo enim tempore Romanorum Imperator ad Nicopolim incolendam. patriis sedi-
bus Ætolis eiecit, magnam populi partem contulisse se Amphissam perhibent. Prima
tamen generis origine Locri sunt. Inditum vrbi nomen aiunt ab Amphissa Macarei fi-
lia, Æoli nepote, eiusq; amore correptum fuisse Apollinem, exornata est vrbs apparatu
& alio, & quæ maxime memorabilia censent, ex his monumentum Amphissæ est, & An-
dremonis. cum hoc sepultam aiunt Georgen Oenei filiã, Andremonis vxorem. In arce
templum Mineræ habent, & simulachrum erectum ex ære compositum. à Thoante
id Illo asportatum esse aiunt, & de Troianorum manu bis dedicatum.

Naupaetia
Metropolis.

De Naupaeto Metropoli Ozolarum, cuius hodie ruinas Itali Lepanto appellant,
scribit Strabo in ix. Hi sane ciuitates habuerunt Amphissam & Naupaetum. Quarum
quidem Naupaetum prope Antirrhium permanet, nomenque inde accepit à pangêdis, 20
id est construendis nauibus, siue illic Heraclidæ classem compegerint, siue loca prius
compararint, vt scribit Ephorus, ea vero nunc Ætolis subiungitur, sic adiudicante Phi-
lippo. Adde quæ Pausanias in x. refert. Quoniam de Naupaeto dici memini
Dorienses qui vna cum Aristomuchi liberis in Peloponnesum transfretarunt, nauigia
ibi composuisse, atque ideo nomèn loco esse inditum. Porro Naupaetum Athenienses
primû, inde Spartani, postremo Messenii occuparunt Peloponneso Spartanis pulsi. Quos
tamen Locri non ita multo post rursus elecerunt, patria recuperata, quam historiam a-
pud Pausaniam in Messenicis lege, qui prope Naupaetum Neptuni Dianæ & Aescula-
pii delubra commemorat. Qui denique in x. Ozolas Patrèntibus Achæorum ab
Augusto fuisse Imper. subiectos commemorat. 30

Locrorum
veteres.

Cæterum quam vetusta hæc gens Locrorum extiterit & quam late in urbem co-
lonias deduxerit, multa sunt argumenta quemadmodum Strabo refert, quod Deuca-
lion Promethei filius, qui genus humanum ad Cephisum reparasse à poetis refertur,
apud Opuntiam gubernauerit, Pyrrhaque vxor filia Epimethei & Pandore ibidem
sepulta fuerit. Quorum filii Oresthes apud Ozolas Locros occidentales autore Pau-
saniam regnavit, Amphiction Cranao in Attica successit, Hellen vnde Græci cognomen
adepti sunt, eisdem finibus rerum potitus, filios, Dorum quidem in alpes vnde Doriën-
sis prodierunt, & Xuthum in fines Atticæ dimisit, vbi Erechthei filiam Cecropis sororem
in matrimonium accepit, qui pulsus à fratribus Cecropis, colonias in Ægialo deduxit,
vbi Achæi postea populi à filio suo Achæo nominati fuere, cum late in Thessaliam post- 40
ea ditionem extendisset, relicto Archandro filio qui Argos profectus Danaï filiam nu-
ptum accepit. Ab eodem Xuthi filio Ione & Iones populi emersere Atticam tenentes,
cuius nati Pytirus Epidaurum, Procles in Samum Insulam, abiere, licet Leogarus filius
ab Ephesiis eiectus in Insulam Thracem Thraciæ obtensam commigrarit. composito
ex inde nomine Samothracæ nominatâ. Prothogenia præterea Deucalionis filia ex Io-
ue Æthlium pepererat Endymionis patrem, Æoli auum, vnde Calydoniæ regum stem-
ma processit, de quo in Ætolia dicemus, Chyones denique alia Deucalionis filia ex
Mercurio Autolicum peperit auum Synonis illius qui dolo Troiam equi figmento
prodidit. Adhæc Pausanias refert Æthneum Deucalionis fratrem in finibus Phoc-
idis tenuisse apud quem Ceres Dea contracta familiaritate deposuerat aliquid. Stra- 50
bo ex autoritate Hesiodi Locrum quendam celebrat primum regem Lelegum, qui
post Deucalionis ætatem, eiusque Progeniem, hisce finibus imperarit.

Deucalionis
stemma.

Primi reges
Locrorum.

Verba ex vii. Geographicorum subiicere placet. In Ætolorum Politia, is nunc
Locros Lelegas vocat, à quibus & Bœoticam occupatam fuisse dicit. Similiter & in O-
puntiorum & Megarensium politia testatur. Atenim in Leucadiorum Politia quæpiã
indigenã & aboriginem Lelegem nominat, cuius ex filia nepotem nuncupat Teleboã. ex
quo duos & viginti liberos procreatos inquit, & ex his nonnullos Leucadem habitasse.
Hesiodi maxime fidem adhidendam esse contenderim, qui Lelegum populorum du-
cem

cem fuisse Locrorum adferit. Quos Saturnius Iupiter Immortalia sapiens consilia; è
Deucalionis tellure delectos vagos exhibuit, hæc ille.

Qui vero posterioribus sæculis rerum apud Locros potiti fuerint, paucos inue-
nio. Euanthem vero quendam celebrant historiæ, qui Locrorum non paruam ma-
num, in Italiam deduxit. Seruos præcipuè, qui dominis in bello absentibus se vxor-
ibus eorum commiscuerant. Et hæc est prima Locrorum in Italiam deducta colonia,
de qua Titus Liuius III. Decadis III. in vicinia Crotonis ac Rhegi mentionem facit,
cum Hannibalis res in Brutiis gestas recenset. Itaque Rhegi ex templo abscissum est.
Locrensis iussu Hannibalis data pax, vt liberi suis legibus viuerent, vrbs pariter &
10 portus in potestate Locrensi esset. Societas eo iure staret, vt Pænus Locrensem
Locrensisque Pænum pace ac bello iuuaret. De his Locrensis Italici refert ele-
gantem historiam Strabo in vii. Cum flumen Alex. Rheginum à Locrensis dister-
minet, qui per vallem profundam cursum habet.

Colonia Lo-
rorum in
Italia.

Peculiare quiddam hic de Cicadis obuenit. Quæ enim in Locrorum ripa ver-
santur sonantius strident, illis aliis vox nulla contigit, eius rei causam suspicantur. Nam
cum his omnino vmbrosa regio sit, vnde roscidas alarum pelliculas minime pandant,
illis, sole feruida est, vt aridas a veluti corneas habeant, vnde apte stridor emitti-
tur.

Cicada in-
signe Italia
Locrorum.

Huc referenda est siue fabula siue historia, quam de Eunomo Citharædo Lo-
20 crensi idem autor refert. Qui cum in certamen esset vocatus ab Arithone Rheginen-
si, fusis ad Apollinem precibus auxilium inuocarat, atque cum cytharæ is ope eius Dei
apte tetigisset, Eunomum Locrentem coactum dare suæ quoque artis specimen, cor-
dam fregisse, quo facto adfuisse mox cicadam, quæ supplementa vocis faceret.

Et hanc rationem arbitror, quare in numismate iidem illi Locri Cicadæ symbo-
lo vsi fuerint. Siquidem & Diodorus v. Bibliothecæ scriptum reliquit. At vero Her-
culi secus ob pietatem contigit. Nam cum ad fines Rheginorum & Locrensiū perue-
nisset, deq; via infestus quiesceret, creadarum strepitu pertæsus Deos orasse fertur vt eas
inde amouerent, exaudita prece non solum tunc sed postmodum cicadæ nunquam
sunt in his locis repertæ. Et hæc de prima Locrorum deducta in Italiam colonia.

30 Secunda postea in Asiam deduxere Myoniæ præcipuè ciuitatis Ozolorum co-
loni, vt Myones Ionibus in Asia vicini, ex Locris Græciæ processisse appareat. Hoc
Pausanias vi. Eliacorum testatur. Thucydidem in historia Locrorum qui in Phocide
sunt, oppida comprehendisse & alia, in quibus esse scribit & Myones. Myones itaque
quorum mentio fit in Clypei inscriptione, mea sententia iidem Myones sunt qui in
Locridis continente incolunt. Porro de Myonia Locridis Græciæ sub finem decimi li-
bri Pausanias sic meminit. Supra Amphissam in continente Myonia quæ triginti stadi-
is Amphissa distat. Myonenses hi & Ioui Olympio scutum dedicarunt, situm est oppi-
dum in loco excelso, lucum præterea & aram habet Deorum qui Milichii, id est blan-
di vocantur.

Secunda
Locrorum
in Asiam.

40




De Myonia vero illa in Asia Ioni-
ca colonia, quæ & Myus historicis pas-
sim vocatur, & in moneta Deæ Cybeles
ac nauis simbolo vsa fuit (vt in Cho-
rographia nostra lector videbis) scri-
bit Strabo in xiiii. à Pyrrha vsque
ad Mæandri ostia, quinquaginta qui lo-
cus stagnis & paludibus plenus est, sub-
ministratoriis vero scaphis adnauigan-
ti, stadia triginta est Myus, vna ex duo-

Moneta A-
saticæ in-
signe.

50 decim Ionæ urbibus, quæ nunc propter hominum paucitatem à Milesiis habitatur.
Hæc Themistocli dicitur à Xerxe in opsonium data, Magnesia in panem, Lampfacum
in vinum. Huius Myonorum in Asia colonia meminit etiam Titus Liuius vii. Deca-
dis quartæ. Polixonidas Samum petiuros hostes ratus, vt se Rhodiæ classi coniungerent,
ab Epheso profectus primo ad Myonesum stetit Appianus in Syriaco Antiochum re-
gem à Romanis ad Myuntem siue Myonesum victum scribit. De quo plura lege apud
Plinium libro trigesimo quarto, capite duodecimo. Venio ad tertiam coloniam in Cre-
tam deductam, cuius meminit sexto Eliacorum Pausanias positum est inquit & buxe-
um simulachrum Apollinis capite deaurato, dedicatum aiunt à Locris qui ad Zephy-
rium Promontorium Bretæ habitant.

Insignis
Locrorum.

Hactenus de Locrorum coloniis, iam de insignibus dicemus, quæ passim in illorum moneta antiqua occurrunt, quorum reperio tria: Stellam Hesperum videlicet, Pugilem & Cererem. Stella Locrorum Occidentalium erat, cuius 1 x. Geog. Strabo meminit. Vocantur autem hi quidem, occidui Locri & Ozolæ. Habent autem in signatorio ciuitatis annulo stellam insculptâ Hesperum. Crediderim verò in signis originem repeti posse à Ceyce Trachinorum & Locrorum rege qui Peleû Achillis patrem suscepit, Hespero genitus vt Nalo xi. Metam.



*Expulsumq; domo patria Trachinia Telus
Accipit, hic regnum sine vi, sine cade regebat:
Lucifero genitore satius, patriumq; nitorem
Ore ferè Ceyx.*

Pugilis Icon tam Locrorum Epicnemidiorum in Græcia quàm Locrorum Italiz fuerat insigne, non solum quod pugna semper præstiterint Locri, verumetiam quod ex Olympico certamine, subinde victores abierint. Vnde est illud Plinii in vii. ca. XLVII. consecratus est viuus, sentiensque oraculi eiusdem iussu, & Iouis Deorum summi astipulatu, Euthymus semper Olympia victor & semel victus. patria ei Locri in Italia, ibi imaginem eius esse & Olympiz alteram eadem die fulmine tactam. Sic Pausanias v. Eliacorum Rexibium quendam Opuncium celebrat qui LXI. Olympiade, Pancratiasta vicerat, cui statuam Elæi iuxta Oenomai posuerant. Potest etiam insignis illius origo repeti à Philoctete Peantis filio, cui Hercules moriturus in Oeta sagittas ad Clypeum tradiderat, quibus cum ad bellum Troianum opus esset, Philoctetem coactum sequi Græcos, cum vulneratus esset, in Lemno relictum, curatumq; à Machaone; Inde in Italiam nauiga. eac Petilium condidisse, ad quod alludens cecinit Virgil. Æneid III.

Paua Philoctetis subnixâ Petilia muro.

Et Propertius:

Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon.

De Cereris simbolo adducam coniecturam meam, fortè ob famigeratissimum illud in Thermopylis Cereris fanum, & aliud apud Drymæam Strabo. libro IX. cum Oetam montem ac Thermopylas delineasset. Adest & ibi portus ingens & Cereris templum, in quo in omni ibidem conuentu Amphictiones sacrificium conficiebant, à portu autem in Heracleam Trachiniam terrestri itinere XL. stadia intersunt. Est in Phocide & Cabyrium nomine ingens Cereris nemus. Reuertor ad Phocidem quæ Locris vtrisque ab utroque mari coniuncta est, hoc est Ægeo & Ionio. In quarum parte illa quidem Oetæ montis iugis vsq; ad Thermopylas excurrit Dores ac Trachinios contingens, vbi Acrephium & Sphyngium montes, ac Cabyriû Cereris, Vrbes in ea Panopea totius prouinciæ regia, Lilea, Elatia, Ambrosus, Amphiclæa, Abæ, vbi oraculum, Hiampolis & ad lacum Copaydem Copæ, Hietto ac alia plura cum oppida tum Diuorum templa. In altera vero, quæ Ozolis iungitur ad mare Ionium Delphi, vbi clarissimum ac toto orbe famigeratissimum extiterat, Apollinis oraculû, Lycorea, Daulis, Drymea, Thisbæ, Thespiæ, Heliconis Musæ, Antizyrha & in maris littore Cyrha & Creusa Bulis, Ea portio secus Parnasi iuga ex transuerso protenditur in arctum, Alpestris in medio, vbi Helicon versus Megarensium agrum protenditur. Nemorosa verò ad maris oram, vbi Apollinis & Dianæ luci ac montes Ellebori delineantur, prope Anticyrham, itaque & Alces ac Bisontes, in Phocide Paus. commemorat.

De Panopæa vbi propugnaculum totius erat regionis & Principis sedes, & Titii sepulchrum, hæc Pausanias in IX. scripta reliquit. Nomen ciuitati inditum aiunt ab Epæi patre. Ipsi autem Phocenses Phlegyas initio fuisse aiunt, & ex Orchomenio in Phocidem transfugisse. Panopææ veterem ambitum septimum potissimum esse stadiorum, ex aspectu iudicauimus. Subiit item nos in memoria versuum Homeri quos de Titio scripsit, vbi Panopensium ciuitatem, à soli aut choreæ pulchritudine Callichrorum nominauit. Et in certamine propter Patrocli cadauer suscepto, Schedium etiam Iphiti filium Phocensium regem, & ab Hectore interfectum. Panopæam incoluisse scripsit. hoc vt apparet, factum est metu Bœotorum, eo enim loco irruptio in Phocidem patet facilima. Proinde ibi regem habitare oportuit, quî Panopæa tanquam propugnaculo vteretur. Hæc ille. Tradit etiam superesse terram, ex qua Prometheus genus humanû effinxit colore ac substantia harenæ & sudoris humani odore.

Alterum

Alterum quod in Phocide celebratur, sunt Thermopylæ, non solum salubribus aquis & Amphictionum concilio, verumetiam victoria illa insigni de Persis duce Leonide Spartano famigeratissimæ, quarum situm & iuga Oetæ montis, quibus illæ clauduntur angustiaz, nemo melius descripsit quam T. Liuius lib. vi. Decad. IIII. Extremos ad orientem montes Oetam vocant. quorum quod altissimum est Callidromon appellatur, in cuius valle ad Maliacum sinum vergente, iter est non latius quam LX. passus. Hæc vna militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possunt. Ideo Pylæ & ab aliis quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt Thermopylæ locus appellatur, locus Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabilis quàm pugna.

Et subdit. Duo millia Heracleæ subititerunt, duo trifariam diuisa Callidromum & Rhodunciam & Tichiunta (hæc nomina cacuminibus sunt) occupauere. Et iterum Multi temere subeuntes vallum transfixi sunt, & aut ab incepto irritò recessissent, aut plures cecidissent, ni M. Porcius ab iugo Callidromi deiectis inde Ætolis & magna ex parte cæsis (incautos enim & plerosque sopitos oppresserat) super eminentem castris collem apparuisset. Flacco nō eadem fortuna, ad Tichiunta & Rhoduntiam, nec quidquam subire ad ea castella conatus fuerat.

Porro illa ipsa Castella Thermopylarum Strabo recenset in nono. Istius pars vna vergens in Thermopylas Oeta vocatur longitudinis ad stadia triginta asperitatis & celsitudinis non mediocris, longe autem excellissimus ad Thermopylarum tractum. Ibi enim caecumen attollitur, & in rupes acutas præruptas, præcipientesq; finitur, paruûq; & angustû viatoribus à littore Locros petentibus, & ex Thessalia derelinquit transitum. Ipsum quidem transitû Pylas, id est portus & angustias vocitât atq; Thermopylas. Sunt enim ibi prope thermæ, magno in honore Herculi consecrate, supra sinus est mons quem Callidromum appellant. Attamen aliqui etiam reliquum per Ætoliâ Acarnaniâq; vsq; sinum Ambraciû progredientem, Callidromum nominant. Ad Thermopylas sanè intra angustias castella sunt, Nicæa quidem ad Locrorum mare, at Tichius & Heraclea supra illam, quæ prius Trachin vocabatur à Lacedæmoniis cōdita. Venio nunc ad Delphicum oraculum locum in Phocide celeberrimum, cuius situm Liuius Decad. v. lib. I. egregiè delineat, cum Eumenem Asiæ regem isthic per insidias adortû, ad his quos in

eius necem Perseus rex sollicitauerat, commemorat. Locum subiicere placuit. Euandrum Crentsem ducem auxiliorum, & Macedonas tres assuetos ministeriis talium facinorum ad eadem regis subornat, literasq; eis dat ad Praxo hospitem principem autoritate & opibus Delphorum. Satis constabat, Eumenem, vt sacrificaret Apollini ascensurum Delphos. Progressi cum Euandro insidiatores, nihil aliud ad peragendû inceptum quàm loci oportunitatem omnia circumeuntes quærebant. Ascendentibus ad tēplum à Cyrha, priusquam peruenitur ad frequentia ædificiis loca, maceria erat ab leua semitæ paululû extans à fundamento, qua singuli transirent, dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat, post maceriam se abdiderunt, gradibus astructis, vt ex ea velut è muro tela in prætereuntem conicerent. Primo à mari circumfusa turba amicorum & satellitum procedebat. His adde quæ de origine eius oraculi Strabo in nono refert. Antiquis temporibus quosdam extitisse Parnasios Antochtonas vocatos, id est, indigenas & Aborigenes Parnasum colentes. Quo quidem in tempore Apollinem in terras aduentantem mansuefecisse homines è syluestribus fructibus & minuti viuendi ritu. Athenas egressum adisse Delphos eam per viam qua nunc Atheniensis populus Pythiadem supplicationem cum pompa præmittit, ad Panopæam deinde consistentem urbem, Tityum clade affecisse eius loci Tyrannum virum profecto violentum ac flagitiosum. Postea coniunctos illi Parnasios alio nunciasse hominem esse nomine Pythonem ac cognomine Draconem. quo sane sagittis debellato, inter adhortandum. Io Pæan clamitasse, vnde consuetudinem traditam, vt qui consecuturi sunt, aciem, sic Pæanis celebrationem clamitent. Pythionis verò tabernaculum sic incendio tunc à Delphis absumptum. De Trepode post dicitur, & Spectu in quo ille fuerat. Quin vero illud famigeratum ac toti orbi suspiciendum extiterit docent, tot donaria regum etiam alienigenarum vt Gigis & Cresi, spolia etiam ac trophæa variarum gentium ac principum, opera etiam artificum admiranda Ludi inibi decerati, non solum equestris certaminis, verum adeo etiam Poetarû ac Musicorum, deniq; Amphictionum conuentus qui inibi erat præcipue constitutus, ad quem omnes pene ciuitates Græciæ suos mittebant, qua de re in Atticis fusius loquemur.

Templum veto marmorum fuisse Pausanias scribit, & à Polignoto Thasio summo artificè ita fuisse pictum affabre, vt Amphictionum decreto gratuita hospitia illi

*Phocidæ
plex & de
scriptio.*

*Panopææ
quæ Phocidæ.*

*Delphic
templi situm.*

*Templum
Delphicum
& opes illius.*

*Ludi Del-
phici.*

per totam Græciam concederentur. Hoc templum & has opes accumulatifimas quas Paus. in x. prolixè describit primi spoliarunt ipsi Phocenses Onomarcho & Phaillo ducibus, ob quod bellum quod sacrum dicunt exortum est, Phocenses ad vindictam, Atheniensibus, Thebanis & Philippo Amyntæ non solum postulantibus sed bello etiam infestantibus. Secunda spoliatio facta est à Brenno & Galatis, tertia à Sylla, cuius Plutarchus in Sylla his verbis meminit. Cum ad vsus belli pecuniæ vrgeret inopia, ad mouenda Græciæ se conuertit asyla, quæ in donariis ornatissima atque preciosissima fuerant, tum ab Epidaurum Olympia ad se deferri iussit. Delphos etiam Amphictiones literas dedit, præstare ipsas Dei pecunias ad se transportari; aut enim tutius seruatorum, aut si necessarios ad vsus consumpsisset, non pauciores sane restitutorum, & Caphim Phocensem ex familiaribus vnum misit, cui vt singula pondere susciperet, mandata dedit. Tum Caphis Delphos profectus, aliquid sacrorum tangere veritus coram Amphictionibus necessitatem multis testatus est lacrimis, asserentibusque nonnullis Cytharæ sonitum intra sacrum ædem audisse. Caphis seu dictis fidem adhiberet, seu Syllæ regionem veller incutere, ad eum nunciauit audita. Cui per facetias Sylla rescribens, Miror inquit Caphi ignorare te non quidem indignantis, sed exultantis Dei indicium esse. Quocirca perinde ac Deo summa cum hilaritate pecunias tribuente, tu quoque confidenter accipe. Cætera quidem clam Græcis missa sunt. Dolium vero quod vnum egregiis muneribus reliquum erat, cum & pondere & magnitudine tollere iumenta requirant, Amphictiones coacti consciderunt.

Spoliatum
templum
Delphicum.

Speciem tem-
pli Delphici.

Adde & quæ de Specu, vbi Tripas fuerat Strabo refert. Hac itaque tempestate neglectui datur, non nihil oraculum superioribus annis excellentissimo in honore habitum documento sunt thesauri, quos populi potentesque principes ibidem construxerunt. ad quod consecratas offerebant pecunias, nec minus artificium præstantissima opera & ludi Pythici illic decertati, & innumerabilia tot & commendata scriptis oracula. autores certi memorant: diuinum ipsum domicilium profundam & curuam esse speluncam, non admodum lato ore patentem. vnde auram quidem referri sacro efflante numine, excelsum autem ostio imminere tripodem, quem cum Pythia Vates inscenderit, hausto diuinationis spiritu Dei responsa referre, & metro & oratione soluta. Hæc vero poetas quosdam templi ministros in versus intendere. Ad quod Oraculum Phocense alludunt Poetæ.

Lucanus in v.
*Vt vidit Paan vastos telluris hiatus.
Diuinam spirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare, solum sacris se condidit antris,
Incubuitque adito, vates ibi factus Apollo*
Et iterum:

*Aere libratum vacuo quæ sustinet orbem.
Totius pars magna Iouis Cyrbæa per antra.
Exit, & athereo trahitur connexa tonanti.
Hoc ubi virgineo conceptum est pectore numen.
Humanam feriens animam sonat, oraque vatis.
Soluit.*

Claudianus de raptu Proserpinæ:
*Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri
Sedibus, & claram dispergere lumina lucem.
Adeuntem testata Dei. Iam magnus ab imis.
Auditur fremitus terris, templumque remugit.*
Et de virginis vaticinantis amictu Lucanus:
*Stringit vitæ comas, crinesque in terga solutos.
Candida Phocaica complectitur insula lauro.*

Et de Oraculo temploque Delphico hæc tenus, vbi & Neptol. filii Achillis tumultus cernebatur, quem vltione Deum Machareus Sacerdos ob Priami eiusque filiorum cædem ad aram immolauerat. Hic notandum est & alia per orbem Apollini sacra extitisse oracula in Lebadia, in Delo insula, & in Colophone Asiæ cuius Liuius decade IIII. & Tacitus in secundo meminere.

Et hæc quidem quæ in Phocide præclara & memoria digna quondam commemorabantur, ad Principes illius descendo: Quos in historiis & fabulis reperio Deionem Æoli filium fratrem Athamantis Bœotii Sisyphi Corinthii & Salmonci Thessali. Qui ex Diomedea Xuti filia genuit Cephalum Philacum Astropeum. Quorum Cephalus

Pages Phoci-
an.

Cephalus Procrin Erechrei Athen: filiam in matrimonio habuerat, quæ insidias struens marito quem Aurora adamabat in sylvas venantem secuta traditur, & cum auroram blanda voce vocasset, se non continens Procris mouebat inter virgulta, ad quem sonitum Cephalus feram suspicatus vxorem inscius interfecit, à Ioue in lapidem versus. Vnde Ouidius cecinit:

*Clarus erat Cephalus syluis multaque per herbam
Conciderant illo percutiente fera.*

Et rursus:

*Latinius Endimion non est tibi Luna pudori,
Nec Cephalus Rosæ præda pudenda Deæ.*

16

Hunc an præcesserit vel secutus sit dubium est, vnde terræ nomen est inditum Phocis, filius Ornitionis, cuius frater Thoas in Corintho regnabat pater Demophontis, & vnde Doridas ac Hyantus processere. Quibus Dorientes bellum intulerant; a Phoco ferant processisse Cephalum (vnde flu. nom. qui per hanc prouinciã labitur & vbi Prometheus genus humanum fertur effinxisse.) Is Melenam genuit, & ille rursus Delphum quem Apollinis filium vetustas credidit, ab Apolline sagittis occisum, & cum cadaueriacens diutius computruisset græce Pythium appellatum. Huic Paus. x. Charontem filium tribuit. Qui eodem libro Schedium quendam regem Phocidis celebrat. Et in certamine inquit propter Patrocli cadauer suscepto Schedium etiam Iphiti filium Phocensium regem, & ab Hectore interfectum Strabo in ix. Æpali regis mentionem facit, cum scribit. Imminet autem Pyndus Erinæo, iuxta quem cognominis illi flu. decurrit in Cephalum exonerans, non magno à Lilæa interuallo. Pyndum autem vocant Aciphantem reliqui. Eorum rex Æpalius, cum è regno fuisset expulsus, Herculis ope atque opera restitutus est, vt scriptores prodiderunt, in cuius beneficii memoriam etiam rebus humanis circa Oetam defuncto gratiam reddidit. Quippe Hilum inter eius filios natu maiorem adoptauit. Isque regni successionem suscepit & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuere. Hinc in Peloponnesum redeuntibus Heraclidis primus imperus. Hæc Strabo.

Herculis
stemma in
Phocide.

Porro Hylus qui ex Deianira genitus erat, frater Chesippi & Glycisonides primus Heraclidas conatus erat in Peloponnesum reducere, quo in labore ab Euthemio Arcadum rege captus est; genuit autem Aristomachum & Euechniam Policaoni Butæ filio nuptam. Quorum Aristomachus cum in Phocide regnaret, ac Doriensibus in finibus imperaret, eorum auxilio fratres reducere ac nepotes in Peloponnesum conatus est. Supererant autem liberi quoniam ex Megara Creontis nata quos susceperat Therimachum, Deiontem & Creusam interfecerat; ex filiabus quidem Thesei Creon, Epilaus, Tripisippus & Eumenides (vt de sororibus illorum fileamus: Proctide, Antileonta, Hippea & Panope.) Ex Omphale vero Agelaus, ex Chalciopè Thessalus, ex Parthonopeia Erieries. nam Telpus qui ex Auge erat procreatus, in Asia manserat, & Tlepolemus qui Licymnium inuitus interfecerat, exulatum in Rhodum abierat. Nepotes autem & pronepotes, qui proprie Heraclidæ dicti fuerant, adduxit Aristomachi filius Cleolaus, pater Temeni, qui Argos occupauit; Cresphontis qui Messeniam, & Aristodemi qui Laconicam. Erieries filii fuere Ctesippus & Palemon, & quorum meminere reliqui autores Ænius ac Phthys Thessali, ac Chromus, ad quem alludit Statius cum bellum describit inter Polliniceum & Etheoclem vt Theb.

*Ut Chromis, Hippodamusque alter satius Hercule magno,
Alier ab Oenomaio.*

Hi omnes Herculis puta liberi, ac eius nepotes & pronepotes, post mortem Herculis fugientes Euristheum, pars venerunt in Phocidem, qui Hylum secuti fuerant, pars ad Ceycem se contulerunt, per Græciam videlicet dispersi metuentes ne traderentur Euristheo. Quos cum Athenienses denique tuerentur, bello petuntur ab Euristheo, qui postremo à Spironida occiditur, cuius capitis mortui Alcmenæ oculos eruit, à quo tempore in Peloponnesum Heraclidæ reuersi sunt, à Doriensibus reducti, cum id ante hæc ne quidquam tentassent. Et de regibus Phocidis hæc tenus quibus & Phocum Æaci ad numeres eiusque stemma, in quo qui fuerint & quibus nominibus non satis constat. Est autem verisimile regno Phocensium pessumeunte libertatem aliquandiu retinuisse. Id quod ex Amphictionum cõuentu apparet, qui in Phocide celebris habebatur, veluti apud Achæos alter in quos erant plerique Græciæ populi transcripti. Vnde Pausanias in decimo Phocidis scribit. Androtion in Attica historia finitimos inquit, Delphos initio fuisse in concilium profectos, atque illò qui conuenissent, Amphictiones esse appellatos. Vsum autem temporis progressu obtinuisse, vt quod nunc habent,

Phocidis re-
gum deso-
latum.

20

20

40

50

nomen eis inderetur ab ipso Amphictione. Has Græcorum gentes fuisse aiunt in commune concilium coactos Ionas, Dolopes, Theſſalos, Magnetas, Maleenſes, Phrhyotas, Dorienſes, Phocenſes, Locros, modo vero in Romanorum poteſtatem peruenerunt Phocenſes, Scribit in ix. Strabo cum de Hyli Herculis filii poſteritate in Phocide tractat. Interea vrbes ipſæ ſuam non mediocrẽ obtinuere dignitatem, licet & exiles & agro fertiles forent, poſterius neglectui datæ ſunt. cæterum in Phocenſi bello, regnoq; Macedonico & Ætolorum Athamanumq; potentatu, ſic actum eſt, vt eorum veſtigium ad Roman. imperium perueniſſe, dictu ſit admirabile.

Phocis Rom. fabricatur.

Huius porro belli cauſa fuit Philippi regis Macedoniæ Perſei patris tyrãnis de qua lege Liuium lib. II. & III. Dec. IIII. Qui nominatim ſcribens, quomodo ſingulæ Phocidis ciuitates in poteſtatem Romanorũ uenerint Anticyra in Phocide, in Corinthium verſa ſinum ad id oportuniſſima viſa eſt, quia nec procul Theſſalia hoſtiumq; locis abibant, & ex aduerſo Peloponneſum, exiguo maris ſpacio diuſam, ab tergo Ætoliã Arcarnaniãq; ab lateribus Locridem ac Bœotiam habebant. Phocidis primo impetu Panopæam ſine certamine cœpit. Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ, Ambriffus inde Hyampolisque receptæ. Daulis, quia in tumulo excelſo ſita eſt, nec falis nec operibus capi poterat, laceſſendo miſilibus eos qui in præſidio erant cum ad excuſiones eliciſſent, refugiendo inuicem, inſequendoque & leuib; ſine effectu certaminibus, eo negligentia & contemptus adduxere, vt cum refugientibus in portam permiſſi impetum Romani facerent, & alia ignobilia caſtella Phocidis terrore magis quam armis in poteſtatem uenerunt. Elatia clauſit portas, nec niſi vi cogerentur, recepturi manibus uidebantur aut Decem aut exercitum Romanum. Quomodo uero hanc poſtea Quinctius Rom. Cos. expugnauit, prolixum eſſet referre.

Inſignia Phocidis.

Tranſeo iam ad inſignia prouinciæ, quæ duplicia inuenio, Tripodem Delphicum & Aquilam. Quorum Tripodis cauſa eſt Delphicum oraculum, quod in Phocide celeberrimum fuerat. Scitum eſt quod Pauſanias in decimo de contentione Herculis cum Apolline de tripode refert. Fama præterea eſt ad Delphos eſſe profectum Herculem



Amphitionis filium, & ob cœdem Ipitum cum reſponſa ei dare noluiſſet vates Xenoclæa, ſublato tripodem templo extuliſſe, & ſic foris dixiſſe vatem, Hercules ex Tyrintha alius, non ille Canobæus. Prius enim Delphos erat profectus Hercules Ægyptius. Tunc itaque Amphitriõnis Herculis tripodem Apollini reddidit, & ex Xenoclæa que

petebat, cognouit. Poetæ autem arrepta inde fabulæ occasione, pugnam Herculis & Apollinis de tripode deſcripſerunt. Quomodo uero tripodi incumbere ſolita fuerit vates verſus Lucani in v. oſtendunt.

*Confugit ad tripodas veſtig; adducta cauernis
Haſit, & inſueto concepit peſtore numen.*

Aquilæ inſigne.

Quare uero Aquilæ ſymbolo Phocenſes uſi fuerint, cauſam adducit Strabo in nono cum Delphos deſcribit. Huic igitur templo honor euenit amplior, propter oraculum quando minus reliquis omnibus fallax extitiſſe uideatur, etiam quidpiam ipſe loci ſitus addidit. in medio namque vniuerſe quodammodo Græciæ & intra & extra Iſthmum, imo & totius orbis conſiſtere uidebatur. vnde & telluris umbilicum appellabant, fabulam addentes quam refert Pyndarus conſingens, ab Ioue duas demiffas aquilas, in hoc coiſſe loco, vnam ab ortu, reliquam ab occaſu.

Colonia Phocenſis Maſſilia colonia Phocenſium.

Huc fortasſe alludens libro v. Decad. Liuius, iam primum Ætolos qui umbilicum Græciæ incolerent in armis cum venturum anteſignanos. Et de inſignibus hæc tenus.

Ad Colonias Phocenſium uenio, quarum deduxere vnam quidem in Aſiam Ionicam prope Smyrnam. Secundam in Galliam hoc eſt Maſſiliã & tertiam in Italiam Lyguſticã Turinũ videlicet. De Gallica eiusq; inſigni, Scitum eſt quod ſcribit in 4. Strabo, Phocenſium uero ædificium eſt Maſſilia, petroſo in loco ſita, cui quidem portus ſubiacet, Saxum videlicet in theatri formã ad auſtrum ſpectans. vrbs vniuerſa pulcherrimis circumiecta mænibus, magnitudine eximia, in cuius arce Ephesum, & Apollinis Delphici templum conditum eſt. Hoc quidem nomini Ionico commune eſt. Ephesum autem Ephesie Dianæ ſacra ædes eſt. Nam cum Phocenſes à natali ſolo diſcederent, ſortem extitiſſe traditur nauigationis principi atque duci, vt ab Ephesia Diana

curſus initium auſpicarentur. Igitur Ephesum populos percunctari, quo nam modo ex Dea imperatum adſequerentur. Porro Ariſtarchæ matronæ dudum honoratæ, Deam in ſomnis adſtititſſe imperantem vt accepto quodam è ſacris ſimulachro, vna cum Phocenſibus nauigationem Ariſtarcha ſubiret. eo autem confecto, vt primum colonia expleuit curſum & fanum ædificatum eſſe, & Ariſtarcham eximia ueneratione habitam, templiq; ſacerdotem deſignatam. Huc alludens de Maſſilia Phocaica colonia cecinit Silius in xv.

*Aeras alpes, occurrunt mœnia Graio
Condita Maſſilia, populis accincta ſuperbis.
Barbarus immani qua territat accolarum.
Antiquæ morem patria cultusq; habitumq;
Phocæis armiferas inter tenet hoſpita gentes.*

10



20

Deniq; Stephanus de urbibus tertie Phocenſium coloniæ meminit in ſinibus Gallie & Italiæ tradens, Phocenſes fabros in illa, de qua diximus in Galliam emigratione digreſſos à claſſe conſtruxiſſe urbem, quam ab inſigni nauis taurini capitis taurinum denominarunt. Hæc uero eſt quæ modo in pede montis Turinũ dicitur.

Taurinum Italiæ a Phocenſibus.

Liuius Decad. iv. lib. IIII. ad Rhodanum Emporiam à Phocen: quoq; cultam tradit, his qui Maſſilia condiderunt.

DE BOEOTIA ET THEBANIS.

30



BOEOTIA Aonibus & Hyantibus cultoribus antiquiſſimis, ciuitate denique illa Thebarum famigeratiſſ. ac vetuſtiſſ. celebris quondam, delineatur à Ptolemæo, qui eam Achaie adſcribit, Euripo & Antheſonis portu ab oriente, Copaide lacu ac Cephifo fluuio ab occaſu, ab arcto præterea Oetæ montis iugis, quæ Pauſanias & Strabo Prota ac Phœnicium montem appellitant, à meridie denique Aſopo flumine & Brilleſſo monte: enumerans in hac ciuitates littorales Anthedona, Salgoneum portum, Aulida Græcorum coniuratione aduerſus Troianos celebratiſſ. Oropum ubi anguſtiſſ. eſt Euripus olim ponte iunctus, Aliæ in mediterraneis & in ſinibus Phocidis recententur, Coronea ubi ſacra Bœotie fuerant, Cheronæa Plutarchi patria gratiarum ſano cognita, Copæ ad lacum, & non procul Haliartum, & verſus meridiem Eleuthera, ac Platea victoria de Perſis ac Mardonio decantata, Gliſtanta ubi Thebani ab Argiuis victi ſunt, Tanagra, quo loco Thebani Athen. vicerunt, & ipſæ adeo Thebæ, quæ non ſolũ Metropolis totius prouinciæ antiquiſſ. à Cadmo Agenoris Phœnicis condita ante Troianum bellum, ſed propriam ſeorsim Rempublicam ac reges potentiſſimos habuiſſe legitur. In Doride (inquit Mela) Pyndus & iuxta ſitum Erinæum in Locride Dynos & Calliaros, in Phocide Delphi & mons Parnafus, & Apollinis fanum atque oraculum, in Bœotia Thebæ & Cytheron fabulis carminibusq; celeberrimus.

40

In hanc terram Aon Neptuni filius ſiue ſecundum alios Oncheſti, factione ſuorum ex Apulia pulſus, nauigio ueniſſe traditur, & ex Eubæa eò appuliſſe atque cum nouos ibi colonos conſtituiſſet, ex Parichia coniuge Dymantem reliquiſſe, Aoniamq; de ſuo nomine, Prouinciã illam (quæ poſtea Bœotia dicta fuerat à Cadmo) denominariſſe. Vnde Muſæ Aonides uocantur, vel quia Helicon Bœotie proximus fuit, vel quia in fonte Aone verſari iſthic creditæ ſint. Confluxiſſe uero plures tum ex diuerſis locis populos Strabonis uerba teſtantur quæ in ix. leguntur. Cum uero Bœotiam prius barbaræ nationes incolerent, Aones Femmicesq; è Samo profugi uagiq; Leleges & Hyanres, deniq; Phenices Cadmi comites regionem tenuerunt.

Reges Bœotie.

50

Adde quæ in ix. Pauſanias ſcribit, Terram Thebanam primum incoluiſſe Hectenas aiunt, horumq; regem fuiſſe Ogygam indigenam. ab hoc muki Poetæ Thebas Ogygias cognominarunt, vt quarto Theb. Papiã.

Aonia præuincia.

*Vertice ab Ogygio, triſidamq; huc triſtis & illuc
Lumine ſanguineo pinum detrectat.*

Hos pestilentia periisse perhibent. Post Hecenas in regionem commigrasse Hyantas & Aonas, quorum nomina, vt mihi videtur Bæotica sunt, non hominum peregrinorum. Aduentante post hæc Cadmo, & Phænicum exercitu, prælio deuicti Hyantes, noctu aufugerunt. factos autem supplices Aonas, Cadmus permanere ibi, & Phænicibus immisceri est passus. Aonibus itaque obuenit, in pagos habitatum vt exirent, Cadmus autem urbem condidit, quam nostro etiam tempore Cadmæam appellant. Et sic intelliguntur versus Poetarum ac præcipue Statii.

1. Thebaid.



— Perseus alter in agros,
Scinditur Aonias fluit hic ab origine Thebas.
Mens cunctis imposta manet quis funera Cadmi
Nesciat. Et lib. III. Theb.
Miseri quid pulchrum sanguine victo
Aoniam & diri saturare noualia Cadmi.
III. Theb.
Fatorum gens nostra ruit, Sydonius ex quo
Hospes in Aonias recit, sata ferrea sulcos.

Et lib. VII. historia Poliniciis.

Aoniae populi ne sum tibi sauerelictus
Quid velis ista cohors.

Quamquam vero & Therum ante hæc tempora Aulidem construxisse Strabonem refert, fatistamen constat, Cadmum Agenoris regis Phænicum filium, cum ad querendam sororem Europæam esset missus, huc nauibus appulisse, ac boue duce ad eum locum peruenisse, vbi arcem Cadmæam construxit, occiloque serpente dentes fuisse, e quibus Terrigenæ illi prodire, qui se mutuis cedibus confecerunt, quatuor superstitibus Peloro Vdeo Histerenore & Echione, quorum ultimo filiam Agabem Cadmus uxorem dederat, & in condendis Thebis adiutorem habebat. Huc pertinet quod Diodorus in quinto scribit: Cadmum Agenoris tradunt ex Phænicia ad peruestigandam Europam à rege, ea lege missum, vt aut virginem secum reduceret, aut in Phæniciam non rediret, cum diutius quaesitam ab se virginem non inueniret posthabita patria in Bæotiam peruenisse. Hinc est illud Q. Curtii in quarto cum de Tyro loquitur Phænicum in Asia Metropoli. Condita est ab Agenore diu mari non vicino modo, sed quocunque classes eius adierunt, ditionis suæ fecit, & si fama libet credere, hæc gens literas prima aut docuit aut didicit. Coloniae certe eius penè orbe toto diffusæ sunt, Carthago in Africâ, in Bæotia Thebe. Gades ad Oceanum. Scribit præterea Plutarchus in vita Syllæ. Adferunt, Bouem quem Pythius Cadmo ducem exhibuit, & in loco primum comparuisse, & ab eo loco appellatum. Thur quidem Phænicis vaccam nuncupant. Huc alludens ac Bæotiae etymon explicans canit in secundo Metamorphoseôn Naso.

Cum pater ignarus raptam perquirere Cadmo
Imperat, & panam si non inuenerit, addis
Exalium, facti pius & sceleratus eodem.
Orbem pererrato (quis enim deprendere possit
Furta Iouis) profugus patriamq; iramq; parentum
Vitat, Agenorides, Phæbiq; oracula supplicis
Consulis, & qua sit tellus habitanda requirit.
Bos tibi Phæbus ait solis occurret in aruis.
Nullum passa iugum curriq; immunis aratri.
Hæc duce carpe vias, & qua requieverit herba.
Mena fac condas, Bæoticæq; illa vocata.
Bos stetit, & tollens speciosam cornibus altis.
Ad caelam frontem, mugitibus impulit auræ.
Atq; ita respiciens comites sua terga sequentes,
Procubuit, teneraq; latus submisit in herba.
Cadmus agit grates, peregrinaq; oscula terra
Figit & ignotos montes agrosq; salutat.

Statius primo Theb.

Extra immane patens sellus Mauortia camp.
Fætus ager Cadmo, durus, qui vomere primo.

Cadmus rex conditor gentis.

Bæotia vnde dicitur.

20

30

40

50

Post

Post consanguineas acies fulcosq; nocentes.
Ausus humum versare & putrida sanguine prasa.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro,
Incustoditam lente videt ire Iuueniam.
Nullum seruitii signum ceruice gerentem
Subsequitur, pressosq; legit vestigia gressu,
Auctoremq; via Phæbum taciturnus adorat.
Iam vada Cephisi, Panopesq; euaserat arua
Sedit, an inde vetus Thebis extenditur omen.
Ex quo Sydonii nequidquam blanda iuueni.
Pondera Carpathio iussus sale querere Cadmus
Exul, Hyanteos inuenit regna per agros,
Fraternasq; acies fætae telluris hiatu,
Augurium seros dimisit adusq; nepotes.

10

20

30

40

50

Et de nomine Bæotiae hætenus & quib. in eam Cadmus venerit auspitiis, cuius Agenoris pater Agenor Neptuni & Thelephasiae filius, præter Europam, quam in forma tauri, fingitur Iupiter abduxisse & genuisse ex ea Minoem Sarpedonem & Rhadamantum, liberos suscepisse traditur Etheclum in excidio Troiano ab Achille occisum, Thasum, qui in Insulam cognominem Thraciae oppositam Phænicis & Tyrios colonos duxerat vt in capite de Thracia dictum est, Thestium Lædæ patrem & Helenæ Clytemnestræ Castorisq; ac Pollucis auum, Phænicem & de quo loquimur Cadmum. Qui cum duce Boue Bæoticam tellurē & accepisset ex oraculo & denominasset, dum conderet Thebas ac arcem Cadmeam, occurrentem insolitæ magnitudinis serpentem qui socios confecerat, interfecit, eiusq; dentes euulsos sæuit, ex quibus nati sunt homines armati qui mutuis se vulneribus prostrauere præter quinque, qui Cadmo se iungere quorum etiam vni Echioni filiam Agauem matrimonio coniunxit. Hinc Ouid. I. I. Metam. canit.

Iamq; breuis vitæ spacium sortita iuuentus;
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem,
Quinq; superstitibus quorum fuit vnus Echion.
Is sua iecit barni monitu Tritonidis arma,
Fraternaq; fidem pacis petiitq; deditq;
Hos operis comites habuit Sydonius hospes.
Cum posuit iussam Phæbus sortibus urbem.

Serpens à Cadmo occiditur.

Terrigenæ nati ex dentibus serpentis.

Cadmus conditor Thebarum.

Sic Cadmus Bæoticæ telluris dominus effectus urbem, Hyantibus pulsus & Aonibus veteribus cultoribus in pagos distributis, ad similitudinem Ægyptiacarum Thebarum centum portis patentium condidit, vel quia Phænicis vinculo Ægyptios contingebant (vnde in moneta eodem Phænicis auis simbolo vsi fuerant) vel quia Bacchus ex Semele Cadmi nepos. Iouis proles, cum abortu editus fuisset imperfectus, infans à Mercurio delatus ad antrum Nisæ, quod inter Phænicia & Nylum est, vbi à Nymphis educatus & ab Osyride Isideq; Ægypti regibus adoptatus cum choreis ac voluptatibus. deditus esset, assumpto magno agmine mulierum Thyrsos ac tympana ferentium orbem propagauerit, eoq; itinere in Græciam venerit, ibiq; Trieterica sacra instituerit, factumq; esse, vt edoctus auus de Thebis Ægyptiacis, similem & amplitudine & nomine in sua Bæotia condiderit, siquidem post arcem Cadmeam Thebas constructas constat. Hinc est quod Bacchus Isidis reginæ quæ & Ceres puta (quæ ipsum in antro Nysæ inuentum educauerat pro suo) cum filius tum cõiux antiquis fingitur, Quocirca scribit Diodorus in III. cum plures Dionysios distinguit. Secundum ferunt ex Ioue gentium & Proserpinam vt alii sentiunt ex Cerere, quem tradunt tum primum boues ad aratum iunxisse, cum terra prius manibus hominum coletetur.

Et rursus in I. cum de Saturno tractat. Hos quinque genuisset Deos, prout apud Ægyptios dies habentur quinque intercalares, Osyridem, Isidem, Typhona, Apollinem & Venerem, & Osyridem interpretatum Dionysium, Isidem vero Cererem. Hæc Osyris in uxorem sumpta, regnoque suscepto, multa contulit ad vsum vitæ. Communis enim eius virtute mutua cibi gratia cædes hominum cessarunt. inuento enim ab Iside primum tritico & hordeo, quæ prius incognita erant hominibus.

Et rursus, Osyridem Bacchum fuisse aiunt, Osyridem studiosum agriculturæ tradunt. nutritum autem in Nysa faelicis Arabiæ propinqua Ægypto, cum esset Iouis filius. vnde & Græci à loco & patre Dionysium appellant. His accedit tertia ratio quam Diodorus in I. refert, quod Orpheus cum ex Græcia Philosophiæ causa in Ægyptum de-

scendisset (quod de Pythagora ac Platone etiam historiae memorant) illinc in patriam reuersus, scilicet & sacra Aegyptiaca & vniuersam Osyridis genus hoc est etiam Thebarum ab hoc conditae urbis nomen simul tulisset, suosq; Graecos docuisset.

Vnde est: quod idem scribit: Orpheum enim cum ad Aegyptios transisset, percepissetq; apud eos sacra & mytheria Dionysia (esset autem amicus Thebanis, a quibus plurimo in honore habebatur) retulisset ad eos, tradunt in ipsorum gratiam huius Dei originem, plebem postea tum ignorantia tum vt Deus in Graecia ortus videretur, libenter ea sacra ac mytheria suscepisse. Orpheum vero hanc generis & sacrorum originem, ea coniectura volunt ad Graecos transulisse, quod Cadmus ex Thebis Aegypti ortus praeter ceteros filios & Semelen suscepit. Hae ille. Constat vero eundem Cadmum, quemadmodum

Cadmus
autor Graecae
linguae

ex Aegypto siue per se siue per Bacchum nepotem aut deniq; Orpheum rationem condendarum Thebarum, nominisq; imponendi tulerit, ita ex Phoenicia patria, xv i. literas tulisse, ac Graecam primam omnium non solum linguam fuisse auspicatum & vt scribi posset docuisse, verum etiam vt Suidas scribit, & historiam inuenisse, & profaicam orationem instituisse. Hinc est quod Diodorus in IIII. scriptum reliquit. Hic ait primum Lynum in Graecia numeros ac melodiam reperisse, Cadmum ex Phoenicia aduexisse literas, primumq; Graecam linguam inuenisse ac rebus dedisse nomina. Adhaec characteribus formam indidisse, communiq; verbo literas, quoniam ex Phoenicia traductae essent, appellatas Phoenicias. Sed a Pelasgis qui primi eis literas vsi sunt Pelasgas dixere. Lyni tu

Vxor & li-
beri Cadmi.

poesi, tum melodia excellentis plures extitere discipuli, horum tres praecipui habitus, Hercules. Thamyris. Orpheus. Et de Cadmo loquor, qui ex Hermonia Veneris & Martis filia, progenuit Polydorum successorem in regno Baeotiae, Agauen Echioni terrigenae nuptam Penrhei matrem, Inonem Athamantis vxorem, matrem Melicertae & Learchi, quae furorem mariti fugiens ad mare, se cum filio in id praecipitem dedit, Deorum miseratione versa in Leucotheam Nymphae Melicerta in Palemonem Deum marinum qui & Portunus transmutatus fuisset Autonoe quae ex Aristeo Argiuorum rege Actonem tulit, a propriis canibus deuoratum, & Semelen quae ex Ioue Bacchum tulit, de cuius partu cum insignia Baeotica explicaturus sum plura dicemus. Cadmus vero cum multo tempore in Baeotia rerum potitus fuisset, tandem ab Amphione & Zetho, filiis Lyci regis Thebarum Aegyptiacarum & Antiopae Nyctei filia, pulsus regno exulatum;

Cadmus
regno pellitur

cum vxore in Illyrios abiit, ibique in serpentes ambo versi a Poetis traduntur. Lycus quippe vt diximus rex Thebarum Aegyptiacarum cum Antipam Nyctei (qui Neptuno fuerat & Celene Atlantis filia natus) Nyctimenis sororem (quam ob illicitum concubium cum patre in auem sui nominis versam Ouidius II. Metamorph. describit) duxisset vxorem & hanc a Ioue in Satyrum verso grauidam conciperet, illa in vincula coniecta, Dyrce super induxerat. Quamobrem tandem a Ioue liberata carcere, in Cytheronem montem aufugisset, ibi Amphictionem Zethum ac Calathum peperit, qui a pastore educati, cum adoleuissent, & contractis pastoribus, Dyrce interfecere, ac Thebas Baeoticas nondum ad extremam manum perductas, quod ante dictum est ex Aegyptiacis transumptae essent, & a paterno Lyci regno quasi suffuratae, occuparunt Cadmo inde eiccto.

Quorum Amphion Thebas ad summam manum perduxit, vnde a Poetis Thebarum autor traditur, & lyra tam dulciter cecinisse, vt ad struendos muros Thebanos saxa traxisse credatur, forte quod eloquii suauitate homines tum incultos & in agris passim habitantes ad ciuilem obsequii disciplinam assuefecerit & intra moenia compulerit. Vnde Statius de ipso canit.

Amphion
rex Thebarum.



Thebaidos primo.

Iusserit Amphion Tyrios accedere montes
Vnde graues ira cognata in mania Baccho.

Theb. quarto

Mania lassa situ, magna q; Amphionis arces
Iam fessum senio nudant latus.

Horat. III. Carm.

Mercuri nam te docilis magistro
Mouit Amphion lapides canendo.

Porro extincto Amphione, Polydorus Cadmo iam in Illyrico in anguem conuerso filius paternum Baeotiae regnum recuperat, & ex Nicheide coniuge Labdacum Lycum & Nyctoum genuit, quorum Labdacus patri succedit, de quo Statius cecinit.

Polydorus
rex Thebarum.

Tertio

Tertio Theb.

Rex ferus & tristes ignescunt sanguine vultus
Inde vltro Phlegias, & non cunctator iniqui.
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire manuq;

Labdacus
rex Thebarum.

VII. Thebaidos.

Tot mutare animas, tot reddere corpora vita.

Labdacos vera Pelopisq; a stirpe nepotes.

Labdacum secuti sunt, vt tutores Lai, ex fratre nepotes Lycus & Nycteus, quem aliqui eundem tradunt, qui Antiopam Nyctei filiam sibi coniunxerat matrem Zethi & Amphionis, licet tempora reclamant. Meminit tamen tutorum illorum in VI. Statius:

Placidusq; vaga Nycteidis ardor.

Hic Tyrium genus & nostro felicitior igne.

Taurus Agenorios saltem tutare nepotes.

Postea igitur Laius, Lyco tutore victo, cum diu ante ab Amphione & Zetho occultatus fuisset, posteaquam hi ipsi Amphion quidem a Latrone, Zetus vero a vipera occisi fuissent, regnum auitum adeptus, Locastam Creontis Thebani filiam vxorem duxit, & ex eadem Oedipum progenuit, quem (quia a filio occisum iri oraculo didicisset,) exponi iusserat, excacatus propterea & regno pulsus a focero Creonte fuit. ad quem subinde alludens cecinit Papinius, cum ab inferis reuocatum illum in bello nepotum Pol-

Laius rex
Thebarum.

linicis & Etheoclis fingit.

Thebaidos primo.

Dic patruo superas senior se tollat ad auras

Laius, extinctum nati quem vulnere nondum

Vltior Lethes accepit ripa profundi. Et II.

Ventum erat ad Thebas, gemuit pro lumine nati

Laius, & notos cunctatur inire penates.

Thebaid. VII.

Veste genas, iuxtaq; comes quo Laius ibat.

Armigero.

30

Et iterum eodem.

Naubolus Hippalides tuus o mitissime Lai

Hospes, ad huc currus securaq; lora tenebat.

Ceterum hunc ipsum Laium, Oedipus filius expositus, Phorbæ pastoris ope conseruatus & Polybo Corinthiorum regi donatus, cum contra Phocenses soceri sui copias ducere, in acie incognitum occidit, occupatisque Thebis, Locastam matrem inscius duxit vxorem. Quare cognita, pra dolore sibi oculos eruit, quem postea cacum & regno a Creonte pulsum Antigone filia duxerat, & ne sibi mortem conscisceret, custodiuit. de quo referunt quod cum aliquando in Sphingem incidisset (quia montes Sphingum proximi sunt) & aenigma propositum soluisset, Sphingem interfecisse, vnde proverbium ortum est, Oedipo indiget. De quo intelligendum est carmen Papinii.

Oedipus
rex Thebarum.

40

Thebaidos primo.

Interfusa iugo possem cum degere falso

Contentus Polybo, trifidaq; in Phocidis arce,

Longaenum implicui regem, secuiq; trementis

Ora senis, dum quaro patrem, si Sphingis iniqua

Callidus ambages te permonstrante resolui.

Et de Etheocle ac Pollinice Lai filii locutus:

Merserat aeterno damnus nocte pudorem.

Oedipodes, longaq; animam sub morte trahebat.

Thebaid. lib. secundo.

Incestiq; patrum thalami sed fallit origo.

Oedipodes tu solus eris haec premia morum.

50

Et libro quarto allusione facta.

Nunclauit excubiis vigiles arfisse platas.

Iam Tyrios sudasse lares, & sanguine Dyrce

Irriguam fetusq; novos, iterumq; locutam

Sphingam petris, cui non est scire licentia passim.

Ob hoc igitur Lai incestum Pollinices filius viuente patre Argos abierat, ibiq; A-

Etheocles
rex.

Reuocatus tamen à fratre Etheocle, cum non conueniret in diuisione intestinum exortum est bellum, in quo fratres mutuo ceciderunt, à fronte auo, Argia Pollinici uxore cum Antigone Lai filia interfectis. ad cuius tumulū se Hemon Amasius ense tranſuerberauerit. Id quod bellum prolixè Papinius XI. libris Theb. est complexus, vbi nominatim leguntur versus.

Thebaidos primo.

*Suffocere odio, furisq; immanibus emptum est
Oedipodæ sedisse loco. nam sorte canebat.*

D. Iulius Pollinici honos.

Lib. tertio Theb.

Hæc senior multumq; nefas Etheoclis aceruat.

Crudelem infandumq; vocans panasq; daturum.

Isse super regnis profugi Pollinici at inde

Vim, noctem, scelus arma dolos ea fadere passum.

Et rursus:

Ita occisis fratribus Thebanorum regnum ad Laomedontem Etheoclis filium

*Laomedon
rex Theb.*

peruenit puerum, cuius tutelam gessit. Creon Monæci filius. Qui cum adoleuisset bello petitus ab Adraſto Argiuorum rege, victusq; ad Illyrios fugit, interfecto prius Ægialæo Adraſti filio. Sic restitutus in regnum paternum Therſander Pollinici filius, dum Aga-

*Therſander
rex Theba.*

memnonem ad bellum Troianum sequitur, & à via aberrasset, inter nauigandum in Myſiam defertur, ac à Thelepho Herculis filio ibi regnante interficitur sepultus apud Elæos in foro. Et licet Therſander ex Demanassa filia Amphiarai Vatis, qui bello Theba-

*Tifamenu
rex.
Antefor rex*

no est absorptus ad Oropum, tulisset Haliartum Coronum & Tifamenum, primi tamen duo priores ab Athamante Æoli filio in regnum Orchomeniorum adoptati fuere, ibiq; gubernantes ciuitates à suis nominibus appellatas condiderunt. Tifamenus vero

*Postremi
reges Theb.*

ab Eurypylo Thelephi fratre occisus fuerat. Supererat igitur vnus Antefio Tifameni filius qui propter execrationes Lai & Oedipi maiorum suorum, oraculo admonitus ad Do-

*Duces bellici
Theba.*

rienses abiit, regni gubernaculis traditis Damasichtoni Penelei nepoti ex Ophelta filio. Qui Ptolemæum filium reliquit, & is Xanthum, cuius natus Andropompus fraude in certamine singulari victus, Rempublicam Thebanorum pluribus lacerandam reli-

quit. Quorum Theras profectus Spartam Cresphonti & Areſtodemō Heraclidis Meſ-

ſeniam ac Laconicam obtinentibus, aduersatus est. Secuti sunt Ocolicus Ægeus, & postremo Euribæon qui legitur Spartæ regibus Polidoro Alcomonis & Theopompo Ni-

candri contra Meſſenios auxilium tulisse. Qui vero deinde vel Bœotii vel Thebanis præfuerint, non habeo compertum, nisi quod in catalogo Homerus quinque Bœotia duc-

ces celebrat, qui Bœotos ad Troiam duxerunt Peneleonem, Prothoenorā, Arceſilaum, Clonium & Laitum, quorum solum postremum domum reuerſum & apud Plataeam

sepultum, Pausanias author est. posterioribus vero temporibus cum amplius Reges non crearent Thebani; Imperatores tamen qui bellum administrarent, tres præcipue claruerunt; Niocles, cuius auspiciis Plataeam cæperant. Pelopidas, qui eiecto Spartano præ-

sidio & ducibus illius, patriæ libertatem recuperauit. Collectis enim exulibus Athen. commorantibus sub habitu venatorum cum canibus ingressus & à quodam Catione

susceptus hospitio, cum prius cum paucis consilia communicasset, subito in arce duces præsidii oppressit. Tertius fuit Epaminondas qui reliquos omnes longe virtute rerumq;

gestarum gloria superauit. Is qui famigeratissima illa ad Leuctram Spartanos victoria debellauit, vna cum Arcadibus quos illi in belli societatem ascuerant, postquam vltro ingressus Peloponnesum, vt Meſſenios Spartanorum tyrannide liberaret, Spartam ob-

ſidione cinxit, & cum hanc soluiſſet, ad Mantinæam Arcadiae exploratus in prælio, à Grillo Xenophontis Athen. filio interficitur, cum antea ingratam patriam expertus ac immerito mulctatus fuisset, quod vltra consuetos limites in vsum Republicæ imperium militare retinuiſſet. Et hæc de regib. ac Ducib. cum Bœotiorum tum Thebanorum.

*Thebarum
deſolatio.*

Recipio me ad Bœotia præstantiores vrbes, quarum historiis celebratiſſ. sunt

Thebæ Metropolis, Plataea & Aulis Thebarū. Ante & post bellum Troianum maxima fama fuit, non solum ob Cadmi celeberrimam familiam, & tot ab illa vrbe ingentia gesta bella, & summæ reportatas victorias, verum ædificiorum magnificentia ac vrbis ipsius amplitudine, adeo vt centum portis ab antiquis sit Poetis insignita. Quarum tamen Pausanias qui paulo ante Hadriani Imperatoris tempora Græciam perlustrauit, se-

tem dūtaxat inuenit, inferiori vrbis parte post Philippi Amyntæ eiusq; filii Alex. ac Syllæ magni deuastatione deserta, quas & suis nominib. nominat Electrā versus Plataeam vbi Capaneus Adraſti regis Argiuorum dux fulmine ictus interierat, Præti vel Cordam, Nactem, Craneam, Hipſitam, Ogygiam ac Homoloym.

Qui

Qui præterea autor præter templa quæ in hac vrbe magnificentiss. cōmemorat, Cereris Theſmophoræ & legiferæ, Bacchi tum Ægoboli, tum Liffi, Iouis Hipſiti & Ammonis Dianæ Euclia, Apollinis Spodii, vbi oraculū erat. Semeles, Herculis & fortunæ, itemq; sacra Trieterica Bacchi, & Dapnophora puerorum laureas virgas ad templum Apollinis cum tripode æneo portantium, deniq; tumulos siue sepulchra Cuanthi filii Oceani, Cadmi Amphionis ac liberorum Amphitrionis ac Alcmenes, victorias 8. recēset & ad-

*Victoria
Thebanorum.*

uersas fortunas quinque. Prima celebratur victoria Thebanorum de Minis ac Orchomenis, eorumq; rege Ergino, quam Hercule duce reportarunt. Secunda de Argiuis & Adraſto eorum rege qui Polynicem generū Oedipi filium restituere voluerat & ad I-

menum flu. victor prius, castris exutus fuit. Tertiam de Athen. reportarunt ad Delium Tanagraorum, cum prius ab illis ipsis ad Plateas victi fuissent. Quarta Spartanos ad Leuctra Epammonda duce fuderunt. Quinta de Phocensibus retulerunt in sacro bello quod ob ipoliatum Apol. Delphici templum x. annos durauerat. Sexta Theſſalos & Alex. illorum ducem, qui captum per insidias Pelopidam reddere noluerat, auspiciis Cleomenis & Epammondæ vicerunt. In septima Lacedæmonios & Achæos ad Lecha-

um portum castris exuerunt. Reperiuntur & ipsi victi aliquoties non satis propitia Rhamnusia, ab Argiuis item & Therſandro Pollinici filio cum in patriam regnum restitueretur. Ab Athen. quod Platæenses eiecissent ac Xerxi fauere viderentur, tertio à Spartanis ad Mantinæam in qua ipse oppetierat. Quarto à Phiippo Amyntæ ad Chero-

næam. Quinto ab Alex. magno qui ciues omnes expulit quos rursus Cassander Antipatri restituit manibus renouatis. Sexto à L. Sylla, quo & primum omnium in Romanorum potestatem reciderant. Qua de re in nono Pausanias hæc adnotauit. Sed vt Bæotiam postea Sylla inuasit, metu perculſos Thebanos initæ societatis confestim præni-

tuit, & ad Romanorum se amicitiam rursus conuerterunt. Nihil ominis tamen inclementer eos Sylla tractauit. Et tum aliis in rebus ægre eis fecit, tum dimidiam agri partem tali quondam prætextu ademit. Ab eo quo in bellum contra Mithridatem cepit proficisci, pecunia indiguit. Collegit itaque donaria ex Olympia, Epidauro & Delphis, quotquot à Phocensibus erant relicta, hæc in stipendia militibus distribuit. Diis itaque pro pecunia hac dimidiam terræ Thebanae partem reddidit, aliis autem in rebus

ad summam ab eo tempore imbecillitatem sunt redacti. inferior vrbs nostra ætate tota præter templa est deserta. partem superiorem incolunt, quam non Cadmeam sed Thebas appellant. Huius Thebarum expugnationis factæ a Lucretio Præto, Perſeo rege capto, meminit etiam Liu. lib. 11. Dec. v. Inde Thebas ductus exercitus, quibus sine certamine receptis urbem tradidit exulibus, & qui Romanorum partis erant, aduersæ factionis hominum fautorumq; regis ac Macedonum, familias sub corona vendidit. His gestis in Bœotia ad mare ac naues rediit.

*Thebania
Bæotia Romanis subiecta.*

Fuit autem desolationis illius causa, quod aduersus Romanos primo quidem Antiochum Asiae regem, vt Liuius est autor vi. Dec. 11. r. deinde Perſeum quoq; Macedonem iuuissent. Hic non est ignorandum præter Thebas cum Ægyptias tunc Bœoticas fuisse etiam terram in Phthyotide, cuius præter Geographos meminit T. Liuius lib. 9.

Decad. 11. r. Thebas Phthias vnum maritimum emporium esse, quondam Theſſalis quæ stuosum & frugiferum, ibi nauibus onerariis comparatis regem quæ præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent, negociatione maritimam omnem auertisse. Fuit autem hæc constructa ab Echione terrigena genero Cadmi ob filii Penthei mortem, vt

Poetæ testantur: Lucanus lib. v. 1.

*Atq; olim Larissa potens vbi nobile quondam
Nunc super Argos arant: veteres vbi fabula Thebas
Monstrat Echionias, vbi quondam Pentheus exul,
Colla caputq; ferens supremo tradidit igni,
Quæſta quod hæc solum nato rapuiſſet Agæe.*

Staius 1111. Theb.

*Penthea iam fractus genetrix Cadmeia thyrſis,
Iam dimissa Deopectusq; adopena cruentum
Insequitur planctu, fugit illa perania Lethes.
Et Stygii superosq; lacus, vbi mitior illum
Flet pater & lacerum componit corpus Echyon.*

Sequitur Platea olim libera, & late patentis Reipub. postea à Thebanis subiecta. Traduntur vero reges Platae extitisse antiquissimi qui ante Troianum bellum claruerunt Cytheron, vnde monti nomen accessit, Aſopus filius Cytheronis qui fluuio quo

E 4

Bœotia irrigatur, & qui Plateas præterfluit, appellationem reliquit, cuius præterea filia Platea urbem denominasse fertur Laitus quoque, cuius in catalogo Homerus mentionem facit, & inter duces Bœotix enumerat, Plateæ sepultus fuerat. vt verisimile sit & hunc principem eius extitisse. Postremus legitur Arimnestus particeps illius insignis quæ de Mardonio Xerxis regis Imp. relata victoria fuerat. Platea vera (vbi Iunonis Dædalix, Mineræ Aræ & Cereris Eleusinæ celebra templa fuerant, & spectacula Dædalorum edebantur paruorum septimo quoque anno & magnorum LX.) bis expugnata fuit. primo à Lacedæmoniis bello Pelopõnetiaco, deinde a Thebanis per insidias occupata & destructa ciuibus Athenas fugientibus, id quod anno ante Leuctricam pugnam accidit. Postremo à Philippo Amintæ restituta pristinum nitorem recuperavit. 10 Aulis porro, etsi in angustias redacta fuerit, & vt Pausanias scribit, a figulis dumtaxat inhabitata, vetustate tamen certare vel cum ipsis Thebis potest. Hic enim ille memorabilis Græcorum conuentus habitus est, & coniuratio aduersus Troianos duce Agamemnone facta fuit. Isthic præterea cum ex vaticinatione Calchantis in Dianæ templo Græci Iphigeniam Agamemnonis filiam essent immolaturi, Deum ceruum substituisse fabulis fertur. Superesse in Aulide Pausan. refert, & Platanum cuius Homerus mentionem facit, & Agamemnonis tabernaculum pauimentum æneum. Quod autem Euripo propinqua fuerit, qua breuissimus est in Eubæam traiectus, vel ex his Liuii verbis animaduertitur lib. v. Decade 1111. Eas cum sexcentis peditibus Herodotus traicere in Insulam Atalantâ iussus, vt inde cum pedestres copias appropinquare iam Aulidi at- 20 que Euripo sensisset, Chalcedem traiceret. Et rursus nunc ad portas Chalcidis stantem & mox inde exclusum nihil aliud quam Aulide atque Euripo spectares. *Et subdit.* Cum iam Menippus castra ante Salganea ad Hermeum qua transitus ex Bœotia in Eubæam insulam est, haberet, venerunt. Mictio erat, cum iis legatis à Chalcide ad Quinctium ad ipsum præsidium petendum missus, qui posteaquam obsessas ab hostibus fauces vidit, omisso ad Aulidem itinere Delium conuertit, vt inde, in Eubæam transmissurus. Et lib. v. decadis v. Chalcidem ad spectaculum Euripi, æuoque antè Insulæ ponte continenti iunctam descendit, à Chalcide Aulidem traiecit, trium millium spacio distantem, portum inclytum statione quondam mille nauium Agamemnoniæ classis, Dianæque templum, vbi nauibus cursum ad Troiam, filia victima aris admota, rex ille regum petiit. In- 30 de Oropum Atticæ ventum est, Et sic intelliguntur versus Nafonis.

XII. Metamorph.

*Post modo qui raptâ longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam, coniurataq; sequuntur
Mille rates, gentisq; simul commune Pelasgæ.
Nec dilata foret vindicta, nisi æquora seui
Inuia fecissent venti, Bœotæq; tellus
Aulide piscosa, puppes tenuisset ituras*

XIII. Metamorph.

*Vt dolor vnus Danaos peruenit ad omnes,
Aulidæq; Euboicam compleverunt mille carinæ.
Expectata diu nulla aut contraria classi
Flamina sunt, duræq; iubent Agamemnona sortes.
Immeritam seuæ natam mactare Diane.*

His adnumeranda est Corona quod sacra Bœotix isthic recondita fuerint, & quod non hinc procul ab inferis eruperit educto Cæro. Hercules præterea Athamas ibi, cum Phryxum esset & Hellen liberos immolaturus, à Ioue his aureus aries submissus tradatur, quo conscenso aufugerunt in Asiam per mare. Nomen vbi à Coronis inditum est hoc euentu, Acheloi filiabus persuasum à Iunone erat, vt cantu cum Musis certarent. Sed vt vicerunt Musæ, Syrenibus eripuisse alas dicuntur, & coronas inde 50 composuisse. Ad quam urbem quod Bœotix fuerint in limitibus Phocidis sita, inter montes Lebethrium & Laphistium, & quod illa expugnata Bœotiam, Thebasq; Manius Aclius Romanus Cos. in bello Antiochi subiecisset, alludere videtur Liuius vi. Dec. 111. In Bœotiam ipse profectus est, causas in speciem iræ aduersus Rom. eas quas antea dixi habentem, Barcillæ necem & bellum, à Quinctio Coronæ propter Rom. militum cedes illatum: reuera per multa iam secula, publicæ priuatimq; labete egregia quondam disciplina gentis & multorum eò status qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset, obuia, effusis vndiq; Bœotix principib. Thebas venit. Ibi concilio gæntis quanquã & ad Delium impetu in præsidium Rom. factu, & ad Chalcidē commiserat, nec à paruis nec dubiis principiis bellum.

Porro

Porro non tum solum Coronæ expugnata Bœoticam in prouincia formam rede- ^{Boetia quando primum a Romanis subiecta.} gere Romani, sed denuo cum ad Macedones defecisset Paulus Æmilius Perseo rege capto, per Coronæ potestatem Bœotiam totam Romam iuris fecit, vbi est apud Liuium libro 11. Decade v. Eodem tempore in Bœotia summa vi Haliam Lucretius Prætor oppugnat, & quanquam nec habebant externa auxilia obfessi præter Coronæ iuniores, qui prima obsidione mania intrarant (*Æjthân*) In primo tumultu captæ urbis seniores impubesque quæ casu obuios obfessi, passim casu armati in arcem confugerunt, & postremo die cum spei nihil superesset, deditio facta sub corona venerunt. Et hætenus de Bœotix cum principibus antiquioribus, tum rebus præclare gestis ac potioribus ciuitatibus, silentio transmissis portibus Anthidone Salganeo, montibusque Cytherone Mycaleffio, & aliis, ad insignia eius prouinciæ venio explicanda, quæ in antiqua moneta quadrupliciter reperio, Primum Cerui imagine, puta Æripedis illius, quem Hercules occidit, puta Thebanus & Bœotius. Secundum Musæ iconem, ob Iouem credo Muscarium quem Hercules Thebanus & Bœotius dedicauit.



Scribit enim Pausanias lib. v. Aium enim Herculem Alcmenæ filium cum in Olympia sacrificaret muscarum potissimum fuisse multitudinem insectatum. Postea cum, siue id suo fecerit ingenio, siue alterius monitu, Ioui Muscario sacrificasse, atq; ita muscas ultra Alpheum profugatas.

Tertium insigne Neptunii tridentiferi est. Is enim Cadmi gentis autoris, auus refertur, puta Agenoris pater, qui ex coniuge Thelephassa genuerat Cadmum Bœotum, Thasum, qui Phœnices in Thasum Insulam duxit, Thestium Ledæ parum & Helene, & Dioscororum auum, & Erichonem qui in excidio Troiano vna cum patre interfectus est.



Porro Neptunus auus omnium horum apud Bœotios Dispenam genuit, quemadmodum apud Arcades ex Cerere Arionem equum. Est & tertia ratio, quod Bœotia triplici pelago ambitur. Quartum habet Cereris faciem. Quod quamobrem vsurparint Bœotia, quatuor causæ fuerunt. prima, Quia Ceres quæ & Isis, Thebas Ægyptiacas cõdidisse fertur, vnde profectus Cadmus Thebas Bœotix construxit: Præterea quia Osyridem & Bacchum eundem Diodorus scribit, cum Bacchus ex Ægypto Thebas profectus, Bœotios suos primum omnium colere vineas docuerit. Huic vero Ceres coniunx non solum à Poëtis, verum adeo etiã à Diodoro tribuitur, cum de Saturno loquitur. Hos quinque genuisse Deos ait, prout apud Ægyptios dies habentur quæq; intercalares: Osyridem, Isis, Typhona, Apollinem & Ventrem: Et Osyridem interpretatum Dionysium, Isidem vero Cererem. Et lib. v. Bibliothecæ scribens de Dionysio. In Bœotia iussit in gratiã patriæ omnes vrbes liberatas esse, ciuitate sui nominis condita. Secunda ratio est, quod Ceres a Poëtis fingatur apud Eleusium Atticæ regem, qui eodem Bœotix proximis iure imperabat, Triptolemum filium pro nutrice educasse, vnde canit Claudianus de raptu Proserpinæ:

Sancitæq; faces extollit Eleusis.

Atque Triptolemi student, & squamea curuis

Colla leuant stricta iugis, lapsaq; sereno

Errant, rosas tendunt ad carmina cristas.

Huc alludens nimirum scribit i. Bibliothecæ Diodorus: Erechteum tradunt Ægyptium genere Atheniensem imperasse cuius rei hæc asserunt argumenta, cum magna siccitas omnem ferè orbem præter Ægyptum peruasisset, ex qua ingens frugum hominum perniciës secuta est attulisse ex Ægypto dicunt Erechthæum propter cognationem Atheniensem frumentum, obque id beneficium eis regem constitutum, qui sumpto regno docuit eos ceremonias ac mysteria Cereris Eleusinæ ab Ægyptiis translata. Eum quoq; Deum his temporibus coeuum Athenas frumenta compertasse dicunt, & serere denuo triticum docuisse, apud Athenas regnante Erechthæo. Hinc est quod Bœotii proximi Athen. ex domo Cadmi Thebistemplum Cereris legisetæ condiderint. Adde his terriam causam, Campum Thebanum qui maximum sementem quondam habebat, vt vel ex hoc carmine Nafonis vi. Metam. liquet.

Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.


Planus erat lateq; patens prope mania campi.

Statius IIII. Theb.

Extra immane patens tellus Mauortia campus.

Fatus ager Cadmo durus qui vomere primo.

Insignia
Thebarum.



Ac tamen si Thebæ Bœotia Metropo-
lis extiterit, tamen peculiare illæ in moneta
insigne vsurparunt, Herculis videlicet bi-
pennem & Bacchi cantarum, Herculis bi-
pennis quidem arbitror causam esse Alc-
meam matrem Thebanam, vel quod Am-
phitrio vitricus ob eadem Aletrionis Ty-
rinthe abiecit Thebas, vel deniq; quod ve-

rissimilius est, quod Thebas Hercules seruitute liberarit, raptis passim è templis armis in-
ter quæ dubio procul & bipennes fuerant, primis seculis maximè vsurpatæ bellis. Histo-
riam refert Diodorus v. Bibliotheca quam subiicere placet. Interim Amphitrio ex Ty-
rinthe pulsus Thebas concessit. Hercules ante educatus optime, certaminum quoque
exercitio deditus, & corporis robore excelluit, & animi virtute, adhuc Ephebus ad libe-
randas primum seruitute Thebas, operam impendit, tanquam patriæ gratias redditu-
rus. Erant subditi Thebani Ergino Minyarum regi, superbe ab eis annis singulis certum 20
tributum exigenti. Sed minimè veritus imperantium vires, rem adgressus est memoria
dignam. Omnes qui ad exigenda tributa missi erant, male mulctatos è ciuitate expulit
Ergino eius rei auctorem dari sibi postulante, Creon Thebanorum rex illius potentia
territus, autorem redditurus erat. At Hercules comparatam adolescentum manum, ad
libertatem patriæ cohortatus, arma ex Deorum templis, progenitorum spolia Diis affi-
xa, ad belli vsum deprompsit, nulla enim priuatim in vrbe erant arma, Sed singulis regis
edicto, ne desciscerent adempta, audiens postmodum Hercules Erginum cum exercitu
appropinquare vrbi, obuiam cum militibus egressus, in quodam angusto aditu, vbi pau-
cis pugnandi locus erat, regem adortus, prælio victum occidit, omni illius exercitu de-
leto, extemploque ciuitatem Orchomeniorum captam Minyarum prius incensa regia, 30
euertit. ad quarum rerum famam per vniuersam Græciam dispersam stupentibus om-
nibus, Creon rex admiratus adolescentis virtutem, filiam illi Megaram nuptui despon-
dit, vrbisque veluti filio curâ promisit. Quod vero Bacchi cantaro vsi Thebani fuerint
arbitror, Trieterica sacra causam esse, quæ Bacchus Cadmi primi conditoris ex Semele
filia nepos primus instituit, ac quod vites plantare Bœotios docuerit. Scribit enim Dio-
dorus v. Bibliothecæ. In Bœotia iussit in gratiam patriæ, omnes vrbes liberatas esse, ciui-
tate nominis sui condita, quam & liberam pronúciauit, in Indiam cum exercitu trans-
cendens, triennio post, multis cum spoliis in Bœotiam rediit, primus omnium trium-
phauit, Elephanto Indico vectus. Bœotii ceteriq; Græci Thracæ quoque in memoriam
Indicæ expeditionis sacra Trieterica sibi instituerunt, vnde & in multis Græcis vrribus 40
triennio Bacchides mulieres conueniunt, apud quas de more virgines thyrsum ferunt
in honorem Dei bacchantes. Huc alludens cecinit Naso

III. Metamorphos.

*At nunc à puero Theba capientur inermi,
Quem nec bella iuuant nec tela nec vsus equorum.
Sed madidus myrrha crinis mollesq; corona,
Purpuræq; & pictis intextum vestibus aurum,
Si fata vetabunt.*

*Stare diu Thebas, utinam tormenta viroq;
Mania diruerint ignis ferrumq; sonaret,
Essemus miseri sine crimine sorq; querenda,
Non celanda foret, lachrymæq; pudore carerent.*

III. Fastorum:

*Tertia post Idus, lux est celeberrima baccho.
Bacche faue vati dum tua festa cano.
Nec referam Semelen ad quam nisi fulmina secum,
Iuppiter adferret, partus inermis eras.
Nec puer ut posses maturo corpore matris,
Et domitas gentes thurifer inde tuas.*

Tu quoq; Thebana mala prada tacebere matris.

Inq; tuum furis esse Lycurge genu.

Quibus versibus non solum quo honore Bacchus eiusque festa apud Thebanos
extiterint, clarescit, verum etiam natiuitatis eiusdem ratio. Scribit enim Diodorus in v.
de Cadmo, vbi cum responso oraculi Thebas condidisset, Hermionem postmodum Ve-
neris filiam in vxorem sumpsisse, ex qua Semelen Inonem, Autonoen Agaen ac Poly-
dorum genuerit. Semelen Iupiter ob pulchritudinē in forma hominis cognouit. Quod
illa existimans ab Ioue in sui contemptum agi, rogauit vt secum pro vt cum Iunone af-
sueuerat, coiret. Iupiter Dei maiestate assumpta, cum tonitribus ac fulgure ad eam de-
scendit. At illa prægnans cum neq; fulguris neq; tonitrus vim ferre posset, filium aborfa
igne, exspirauit. Infantem Iupiter Mercurio dedit ad antrum Nisæ, quod inter Phæni-
ciam Nylumq; est deferendum, à Nymphisq; omni studio curaq; educandū, vnde à lo-
ue Nysaq; Dionysium dixere. Aliam Bacchi natiuitatem Thebis, & quidem magis hi-
storiæ conformem in primo recenset his verbis; Sacrorum originem ea coniectura vo-
lunt ad Græciam transfuisse, quod Cadmus ex Thebis Ægypti ortus, præter cæteros fi-
lios & Semelem suscepit eam à quopiam corruptam, post septimum mensem peperisse
infantem Osyridi similem, neq; illum vixisse diutius, siue Diis improbantibus, siue re-
pugnante natura. Quod ægre ferens Cadmus, responso accepto, vt parentum iusta ser-
uaret, infantem deaurauit, illiq; sacra instituit, vt esset argumentum illud ab Osyride na-
tum. ad Iouem in super genus retulit vt & Osyridis factum cohonestaret & corruptionis
infamiam demeret. Id causam præbuit Græcis vt crederent Cadmi Semelen ex Ioue Os-
syridem peperisse, Tertium euentum natiuitatis Bacchi in stirpe Cadmi describit Naso
III. Metamorphos.

*Tela secunda vocant superi, capit ille domumq;
Intrat Agenoream corpus mortale tumultus.
Non tulit athereos, donis ingalibus arsit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, Patriq; tener (si credere dignum est)
Insuitur femori, maternaq; tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat, Inde datum Nympha Nysides antris.
Occulere suis lactisq; alimenta dedere
Dumq; ea per terras fatali lege gerantur
Tutaq; bis geniti sunt incursabula Bacchi.*

DE CALIDONIA, ÆTOLIA,

IVNCTISQVE ATAMANIBVS ET
THESPROTIIS.



PROVINCIAM Locris Ozolis Doriensibus ac Epiro comprehensam,
montibusq; clausam Marlaio Aracyntho Coruæ ac Strimone Am-
bracioq; sinu, & cui Ætolus Endymonis filius abnepos Deucalionis
Ætolia nomen, cuiq; rursus Calydon Aetoli filius suam quoq; no-
menclaturam adiecit, non eisdem finibus delineatam à Geographis
reperio, Ptolemæo sanè & Pomponio Melæ augustissima describitur,
quantum agri inter duo flumina Acheloum & Euenum interia-
cet, ita vt secundum illos Acarnania Athamaniaq; adempta, Epiro tribuantur. Ac Pto-
lemæus quidem qui lib. III. tab. x. Europæ hanc sub Achaia prouinciam, vt omnes pene
Helladis comprehendit, post Acheloum (inquit) amnem qui terminus est Epyri in Ha-
driatico pelago, Aetoliæ Chersonesi promontorium Eueni ostia fluuii, vbi Locrorum
Ozolorum termini. Pomponius vero in secundo, Aetoliam cum Locride ac Phocide
confundere videtur, cum ait: At in aduersis pagæ Creufas Anticyra, Oeanthea Cyrrha
& notior aliquando nomine Calydon & Euenus extra Rhyon in Acarnania maxime
clara sunt oppida Leucas, & flumen Achelous.

Plinius vero e contra lib. III. cap. 2. Ætolia multa adiecit quæ Thessalorum sunt
Ozolorum ac Epyri. Siquidem Petrhæbos, Dolopes, Attraces, Tymphæos ac Ephyros
Thessaliae ademptas Ætolia subiicit, quemadmodum & de Epiro Athamanes & Am-
braciam, de Locris denique Naupactum Pylenenque detrahit, & Aetoliæ tribuit.

contra reliquorum Geographorum descriptionem. Verba eius subiicere placet Aetolorum populi Athamanes Tymphæi, Ephyri, Aemienfes, Perrhæbi, Dolopes, Magares, Attraces, à quibus Attrax amnis Ionico mari infunditur Ætolia oppidum Calydon. Septem millium quingentorū passuum à mari, iuxta Euenum amnem, deinde Macinia Molycria, cuius à tergo Calcis & mons est Taphiaffus At in ora promon. Antirhyum, vbi ostium Corinthiaci sinus, minus mille passuum latitudine influentis Aerolosque dirimentis à Peloponneso, Promontorium, quod contra procedit appellatur Rhyon, sed in Corinthiaco sinu Oppida Ætolia Naupaetum Pylene, & in Mediterraneo Pleuron Halicarna. Montes clari in Dodone Tomarus, in Ambracia Crania, in Acarnania Atacynthus, in Aetolia Acanthon, Peretholium Merleon. Sic quoque legimus apud Liuium lib. vi. decad. iiii. Anticyrham Locridis urbem in leua parte sinus Corinthiaci (vt verbis eius vtar) qua breuis nauigatio à Naupaetio est à Val. Leuino expugnatam, & Aetolis quibus à Macedonibus erat adempta, tradita: Præterea dec. iiii. lib. v. concilium Aetolos Naupaetum indixisse Thoante prætoris refert.

Non multum discrepat à Plinio Strabo, qui libro x. latissime Aetolorum fines extendit. Populos illi subiiciens Athamanes, Perrhebos, Aenienes, Dolopes, Amphilochos & Agreos. Placet seriem verborum referre: quandoquidē Ætoli & Acarnanes & Athamanes loca Thessalorum & Oetæorum in occasum vergentia tenent, Si & hi ipsi appellandi sunt Græci, de iis explicare nobis restat, vt vniuersum Græciæ circuitum habeamus. Aetoli & Acarnanes igitur inuicem contermini sunt, inter quos medius est Achelous à septentrione & Pyndo in Austrium fluens, & per Agræos gentem Aetolicā & Amphilochos: Acarnanes sane & occidentem partem flumen vsque ad Amphilochium sinum Ambracium, & Actii Apollinis templum. Ætoli autem ad orientem tenent Locris Ozilis & Pernafo & Oetæis. In mediterranea vero partibusque in Septentri. vergentibus, supereminet ex Acarnanibus quidem Amphilochi, ex his ipsis Dolopes & Pyndi accolæ, ex Aetolis autem Perrhæbi & Athamanes, & Aenianum portio quædam Oetam habitantium. Australe sane latus & Acarnanicum similiter & Ætolicum ipso mari perfunditur, quod Corinthiacum efficit sinum quem Achelous amnis influit, qui & Aetolorum & Acarnanum littoris terminus est. Hæc Strabo.

Cui videtur T. Liuius contrariari, Decade quarta, vbi Athamaniam ab Aetolia separat regem illi tribuens proprium Amyndrum qui Romanis aduersus Aetolos eorumque socios Philippum Macedoniæ Antiochum Syriæ & Nabyu Spartanum tyrannum bellum gerentibus, vt fidus socius astiterat. Placet verba Liuii referre. Hæc renunciata regi ad naues, vbi restiterat, cum essent in præsentia (neque enim iis venerat copiis vt vi agere quidquam posset) reuerti Demetriadem placuit. vbi quoniã primum inane inceptum inuasisset, consultare cum Aetolis rex quid inde fieret. Placuit Achæos & Aminandrum regem Athamanum tentare, Bætorum gentem auersam à Romanis. Hæc cum ita sint, nos autorum discrepantiam soluentes, dicimus primis temporibus, Troiano bello æstuanæ, & paulo post Aetolorum gentem quam latissime patuisse, Sed postquam Macedonum potentia creuit Acarnanes & alii populi ciuitatesq; Aetolis adempti fuere.

Hinc lib. 6. Dec. 3. in oratione Valen. Leuini Liuius nominatim scribit Aetolos eo in maiore futuro honore, quod gentium transmarinarum in amicitiam primi venissent. Philippum eis & Macedonas graues accolas esse, quorum se vim ac spiritus etiam fregisse, & eo redactos esse, vt non his modo vrbibus quas per vim ademissent Aetolis, excedant, sed ipsam Macedoniam infestam habebant. Et Acarnanas, quos ægre ferrent Aetoli à corpore suo diremptos, restitutum se in antiquam formulam iuris ac ditionis eorum.

Itaq; & postremo cum in Romanam ditionem redacti fuissent, multis prouinciis ac populis ex Romanor. formula demptis, in eas angustias redactam versimile est, quam autores Roman. Ptolemæus Velleius. Mela & alii delineant. De cuius prouinciæ cultorum origine hæc Strabo animaduertit in ix. Idem etiam his similia de Ætolis protulit. Nam cum præfatus sit, eos omni tēpore inuictos nunquã depopulatos, quandoq; Ætoliã Æoles coluisse, eiectionis regionis occupatorib. barbaris, quandoq; Ætolū cum Æpæis ex Elide profectum, hos autem mutuis vicibus ab hostibus, istos ab Alcæone ac Diomede.

Sed libet rem de Ætoliæ antiquitate ac eius principibus paulo altius repetere: Tytana siue cœlum ex terra ferunt genuisse lapethum, qui in Thessaliæ finib. & vbi Lapithæ gubernarunt ex Asia nympa procreauit Atlantem (Pleiadis maritum patrem Taygetæ,

getæ, Maia, Electre, Celanonis, Meropes & Alcyones) Hesperam, Epimetheum, Prometheum & Buphagū, qui in Pholoe mente Arcadiæ fabulis fertur à Diana sagittis occisus. Et vt reliquos prætereamus, Prometheus reliquit Æthnæum & Deucalionem. Quorū postremus ex Pyrrha filia Epimethei & Pandoræ, genuit Oresthem, Locrorum Ozolorum authorem, Hellenem Xuthi & Dori patrem, Ionis & Achæiauum, Amphitionem, qui post Cranaū in Attica regnavit, Chyonem quæ ex Mercurio Aurolicum tulerat, Synonis illius auum, qui equi fraude Troiam cæpit, & Prothogeniam. Quæ rursus ex Ioue Æthlium genuit, qui tibi desponsata Calyce, Æoli filia Endimionem reliquit, propter excellentem formam à Luna adamatum. Vnde Ætolus nascitur pater Pleuronis & Calydonis, qui constructas in Ætolia ciuitates denominarunt. Quorum Pleuron ex Xantippe Dori filia nihil tulit, Calydon vero Eperasten filiam reliquit Agenori cuidam nuptam non illi Thebanæ. Qui filium procreauit Parthaonem & Demonice filiam, quæ ex Marte peperit Euenum, Molum, Pylum & Thestium patrem Althææ, Hipermetræ & quos Melager occidit Iphioli, Eucippi, Plyxippi & Eurypili. Parthaon autem ex Euryte Hippodemantis nata præter Steropen, quæ ex Achæio Syrenes genuit, quinque liberos reliquit, Alcathaum ab Oenomaio interfectum ob Hippodamiæ petitum matrimonium, Leucopæum, Agrium patrem Therisippi, Onchesti, Pyrothoi, Lycopi, Melanippi & Celenthoris, qui Oeneum patruū Calydoniæ regno priuarunt, Melam patrem Phinei Euriali Sternopis, Eumedis, Hiperlai, Xantippi & Stheneli, quos omnes Tydeus Diomedis pater interfecerat, & qui nau maior fuerat inter fratres Oeneum. Hunc qui à Baccho plantam vitis acceperat & ex Althæa Thesthi filia, genuerat Permedem Phænici nuptam (matrem Astipalæ quæ ex Neptuno Ancæam Lelegum regem tulit) Thoxæam à patre occisum Thyream, Clymenum & Meleagrum, qui cum Atalanta Theseo ac multis aliis quos viii. Metamorphoseos Ouidius enumerat venationi apri Calydonii interfuit. Ex altera vero Eurigea Tydeum ac Olenium & Deianiram Herculis coniugem tulit. Quorum Tydeus ex Deiphile Adraisti Argiuorum regis nata Dyomedem reliquit, qui spoliatus regno ab Agrii filiis Troiano interfuerat bello, vbi cum Vlisse Palladium rapuit, Rhæsi que equos abstulit, & Martem vulnerauit Hectorem in pugna protegentem. Qui in reditu, cum Aegides vxor libidinofissima cum Cylabaro Stheneli Argiui principis filio concubisset, relicta Græcia in Italiam abiuit, a Dauno Oenotriæ rege admissus, vbi & Argos condidit, cuius socios in aues Diomedes mutatos fabulæ referunt. Quare Homerus in catalogo Oenei stirpe deficiente in Aetolia Thoantis cuiusdam meminisse videtur: Versus ex versione Hæssi habent.

*Ætoles in bella Thoas Andromone natus
Duxit agens, qui Pleuronem, quiq; Olcon altam,
Chalcida qui prope litoream, celsamq; Pylenam,
Qui tenere viri saxi Calydonæ frequentem.
Hic tum Ætolos tota ditione regebat,
Quod stirps Oenea defecerit omnis & ipse.
Iamdudum occiderat, nec fluuus erat Meleager
Amplius, Hic igitur denas quater agmine naues
Abducens hominum classem tot milibus auxit.*

Idque verum esse, Thoantemque Aetolorum extitisse regem bello Troiano, vel ex eo apparet, quod multi hoc nomine posterius vt duces militares præfuerint. quemadmodum Titus Liuius Decade quarto, lib. v. ait in hanc sententiam, Rex cum magno omnium assensu locutus discessit, post discessum regis inter duos principes Aetolorum Phæneam & Thoantem contentio fuit. Phæneas reconciliatore pacis & disceptatore de iis, quæ in controuersia cum populo Romano essent, vtendum potius Antiocho censebat Et principibus regibusq; Aetolorum tantum.

Quibus & illud addendum est, Oeneum Calydoniæ regem Herculis socerum & Tydei patrem auumq; Diomedis ab aliis non Parthaonis filium dici sed Agrii. Id quod esse non potest, cum constet illum ab Agri regno pulsum apud Argiuos exulasse, ibiq; Oenæam condidisse, cuius generū ac pincernā Cyathum Hercules in cōuiuio q; poculū nō bene administrasset, talitro occidit. Fuit vero Hercules Oenei huius gener ob Deianiram filiam, quæ antea Acheloo desponsata fuerat, ad quod alludēs cecinerit Poetæ.

Lucanus lib. vi.

*Labitur aucta pater Isidis & tuus Oeneus
Pene gener classem oblinat Echinas undis*

*Ætolorum
princeps in
bello Troia-
no.*

*Historia de
Oeneo rege.*

*Initia cultu-
rum Æto-
lia.*

*Reges Æto-
lia.*

Stattus lib. i. Theb.

*Vos quoque progenies quauquam Calydonius Oeneus.**Et Parthaonta.*

De huius Oenei filio Meleagro referunt fabulæ. Matrem illius Althæam in natiuitate filii tres vidisse Parcas circa ignem, cui stipitem quendam iniecerant dicentes, o nunc nate erit æquatibi cum stipite vita, hisque auditis, discedentibus illis stipitem igni matrem subtraxisse, eumque ne combureretur, diligentissime seruasse. contigisse vero postærius, ut in venatione Calydonii apri quem Diana patri, (quod esset in primitiis contempta immiserat) cõspecta Atalanta Sehenei filia Acrilii sorore eius captus amore, Meleager caput illi feræ donauerit. quod cum fratres matris Plexippus & Toxæus auferre conarentur, illos occidisse. Qua cæde indignatam matrem memorem natiuitatis torrem seruatum igni denuo subiecisse atque ut filius ante tempus moreretur, effecisse, cum tamen prius ex Atalanta Parthenopæam genuisset. Historiam lege apud Ouidium in viii. Metam. quam hisce versibus concludit cum matrem ob cædem fratrum furentem introducit.

*Et go impune feret, viuusq; & victor & ipse
Successu tumidus, regnum Calydonis habebit.
Vos cinis exiguus, gelidaq; iacebitis umbra
Haud equidem patiar, pereat sceleratus & ille
Spemq; patris regnumq; trahat, patriaq; ruinam
Mens ubi materna est, ubi sunt pia vota parentum.
Et quos sustinui bis mensium quinq; labores.
O utinam primis arsissem ignibus infans
Idq; ego passa forem, vixisti munere nostro
Nunc merito moriere tuo, cape premia facti,
Bisq; datum primum partu mox stipite rapto
Redde animam*

Et subdit:

*Dextraq; auersa trementi
Funerem torrem medios contecit in ignes
Inscius atq; absens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis terrorsua viscera sentit
Ignibus.*

Historia
Tydei regis.

Porro alter filius Oenei Tydeus pulso patre à filiis Agrii, exul Argos venerat Calydonii apri exuuiis tectus, quo tempore & Pollinices Lay regis Thebarum filius pulsus à fratre Etheocle Argos profectus erat in exilium Leonis, hoc est Herculis vestitu ornatus. Isthic sub arce cum in specu ambo conuenissent pernoctaturi, mutuis cædibus tumultum excitauere, ad quem rex Argiuorum Adrastus expergefactus cum descendisset, illosque his de quibus diximus exuuiis vestitos conspexisset, memor oraculi, cum prius illos reconciliaffet, vtrique filiam copulauit, Ceiphilen quidem Tydeo. Argiam vero Polynici, ac vtrumque in regnum reduxit. Erat autem oraculum ob quod matrimonia illa contigerant vt i. Theb. Papinius refert.

*In Senium vergens populos Adrastus habebat
Diues auis, & utroq; Iouem de semine ducens.
Hic sexus melioris inops, sed prole virebat
Fæminea, gemino natarum pignore fultus,
Cui Phæbus generos (monstrum exitiabile dictu.)
Mox ad aperta fides auo ducente canebat
Setigerumq; suem, & fuluum aduentare leonem
Hæc voluens, non tum ipse pater, non doctæ futuri
Amphiaræ vides, etenim vetat autor Apollo
Tantum in corde sedens, egrescit cura parentis
Ecce autem antiquam fato Calydonia relinquens
Olenius Tydeus (fraterni sanguinis illum,
Conscius horror agit) eadem sub nocte sopora
Lustrarit similesq; notos daquastus & imbres
Infusam tergo glaciem, & liquentia nymbis
Ora, comasq; gerens, subit vno tegmine, cuius
Fusus humo gelida, partem prior hospes habebat*

Hic

*Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam**Attulit.*

Et quæ sequuntur.

Quæ denique ad Troiam gesserit Diomedes Thydei filius ex Deiphile Argiua quem Poetæ Tytidem perpetuo vocant apud Homerum lector reperies. Strabo in decimo refert ab Alcmeone Amphiarai filio vatis Thebani absorpti fuisse in Ætoliæ paternum regium regium restitutum cum de Oenæ hostibus vltionem sumpisset. Quod verò in Italiam venerit ob vxoris adulterium a Dauno rege agri parte & filia donatus, & quod Turno aduersus Æneam auxilium ferre noluerit, meminere poetæ.

Historia de
Diomede re-
ge.Colonia Æ-
toliæ in
Italia.

Virgilius ii. Aeneid. in relatione legationis Venuli

*Atq; hic legatos Ætola ex urbe remissos**Quæ referant fari iubet.*

Et sub persona Diomedis bellum dissuadens:

*Coniugium optatum & pulchram Calydonia viderem**Numquid etiam horribili visu portenta sequuntur**Et socii amissis petierunt æthera penis*

Ouid. xiiii. Metam.

*Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,**Auxilium petiit, vires Ætoliæ heros.**Excusat, nec se aut soceri committere pugna**Velle sui populos, aut quos è gente suorum**Armet, habere vllos.*

Aliam causam illius mutationis sedium in Italia Strabo in x. reddit, Agamemnonem videlicet veritum, ne Diomedes domum reperens maius vendicaret imperium quod non solum patri apud Ætolos, verumetiam Adrasto focero apud Argiuos succederet, & idcirco Græciæ in illū principes ac populos concitasse, Cyllabarumque Stheneli filium in Ætoliæ, Amphilocho præterea Acarnaniam occupasse, Argium vtrumque. Idem in Italia ora vbi Iapiges tenuere finibus magnæ Græciæ, vrbes condidit & nouam ibi Ætoliæ, Calydoniamque auspiciatus fuit (vt Ætolos colonias similiter in Italiam deduxisse appareat) vt de ipso testantur supradicti poetæ:

Virgil xi. Aeneid in oratione Venuli Legati Latinorum.

*Vidimus o ciues Diomedem Argiuq; castra**Atq; iter emens, casus superauimus omnes,**Contigimusque manum, qua concidit Iliæ bellus.**Ille urbem Agrippam patriæ cognomine gentis,**Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

Ouid. xiv. Metam. in responsione Diomedis ad Venuli postulata.

*Hactenus Oenides Venulus Calydonia regna.**Peucetiosque sinus, Melapiaque arua reliquit.**In quibus antra videt qua multa nubila sylua,**Et lenibus guttis manentia semper Pan:**Nunc, tenes, at quodam tenuerunt tempore Nympha.**Appulus has illa pastor regione fugatas**Terruit.*

Prolixior, fateor fui in explicandis Ætolorum principum memoratu dignis, sed quod ad historiarum ac fabularum illa lectionem faciant, adducta sunt Poetarum testimonia. Regressus igitur ad Ætoliæ, eam secundum Strabonem diuidimus in Calydoniam & Pleuroniam. Quarum Calydonia Agræos & Amphilochos habebat, Pleuroniam vero Curetes & Acarnantes. vt ita subdiuisa olim extiterit, cuius rei testimonium ex x. Strabonis adducemus. regionem hoc tempore Ætoliæ nuncupatam habitauerunt Curetes, aduentantes autem Ætolos cum Ætolo, ipsos in Acarnaniam expulisse. Talia etiam feruntur quod Pleuronium agrum ab Curetibus habitatum, & proinde Cureticum vocitatum, Aeoles inuadentes interceperunt, possessoribus eius eiectis. Archemachus autem Eubæus Curetas inquit Chalcidem incoluisse. atque de Lilanto campo bellum gerentes, cum hostes anteriorem captarent Casariem, eosque distraherent ab occipite capillatos extitisse, à fronte detonsos. vnde & nomen illis inditum, & in Ætoliæ habitatum migrasse. Cumque Pleuronis loca postmodum occupassent trans Acheloum oram incoluisse, vbi cum intonsa seruarent capita, Acarnantes vocari cepisse. Pleriq; vero ab heroe quodam, vtramque nationem nomen tenuisse aiunt, alii à monte quodam Curio Pleuroni imminenti Curetes nominatos. Hanc vero Ætoliæ natio-

Ætoliæ Ge-
triores co-
loni.

nis tribum quondam esse liquet, sicut Sophienses, Agræosque, & Eurytanes, aliasque complures. Ætolia autem bifariam, ut dictum est diuisa Calydoniam plagam ab Oenæo regnatam fuisse memorant. Pleuroniam vero aliqua ex parte Phartaonidas habuisse Agri complices qui secundum Poetam:

Diuisio Aetolice.

Pleuroniamque colunt muro & Calydonapræ altam.

Thestium autem Pleuroniam tenuisse, qui Curetum ductor, focer quidem fuerat Oenci, Althææ vero pater, bello autem aduersus Oenæum ac Meleagrum ab Thestiadis ingruente ob suis caput & spoliū, secundum apri fabulam si Poetæ credimus (versio carminis sic habet)

Curetes & pugnaces Ætoli belligerabant.

Montes flumini & civi. Aetolie.

Ex his liquet vetustissimos incolas agri Aetolici extitisse Curetes, huc vel ex Creta vel Eubæa profectos, quibus Aeoli ex Thessalia vna cum Bœotiis ac Hyantibus vagabundi accesserunt, & his postremo Aetoli Aetolo Eudymonis filio autore. Vnde denique non minimam manum Oxylo duce in Elydem transmigrasse capite de Elide confirmabimus. Recipio me ad montes, flumina ac ciuitates, quæ omnia suprascripto libro Strabo comprehendit his verbis: Ingentem vero montem Corui nomine Oetæ proximum habet Aetolia, & cæteris in medio iacentibus Marlaum Aracynum, ad quem nouam Pleuroniam habitandam constituere, omiſſa veteri penes Caiydonem posita, cum illa incomposita sit atque frugifera. Quatempestate Demetrius cognomento Aetolicus agrum diripuit.

Supra Molycræam Taphiasus & Chalcis montes admodum excelsi surgunt, in quibus posita sunt oppidula Macyma & Chalcis ipsius montis nomine, quam & Hippochalcidem vocant. Curium vero penes antiquam Pleuronem est, à quo Pleuronii Curetes nominati fuere. Sed Euenus fluuius è Boiensibus inter Ophyentes gentem Aetolicam oritur, qualiter & Eurytanes & Agræi & Curetes & alii, ab initio quidem minime per Cureticam oram labitur, quæ eadem est & Pleuroniam.

At enim versus orientem potius præter Chalcidem & Callydonem currit. Inde ad campeſtria Pleuronis antiquæ deflectens, & in occasum per Mutas, eruptione in meridiem vertit, olim autem Lycormas vocabatur. Nescimus hac in parte designatum portitorem, fuisse occisum ab Hercule vulgatur, cum inter traiciendum Deianoram violare conaretur.

Poeta etiam Olenum Pylenamque vrbes Aetolicas commemorat, è quibus Olenus eodem quo Achaia nomine dicta, ab Aetolicis est diruta, nouæ Pleuroniam finitima. De cuius agro autem certamen suscepit Arcananes translata inde Pylena in superiora loca, nomen quoque illi permutauit & Proschium vocauit.

Aetolorum denique ditionis erant ac rebus gestis clara, Actium ad mare in tumulo sita ciuitas, & Apollinis fano famigerata, & Leucas Insula ponte cum Actio iuncta, à quo haud procul Nicopolis in littore maris, hodie Priuize, vbi Augustus Cæsar Marcum Antonium & Cleopatram nauali prælio fudit, & classem hostilem incensam Apolloni Actiaco consecrauit

Actium & Apoll. Actium.

Scribit enim Strabo in vii. Ingredientibus occurrunt à dextra ex Græcis Acarnanes & Apollinis Actii templum, quodam in tumulo ad ostium eminens, cui campus subiacet lucum habens. Sunt & naualia, in quibus Cæsar vnde viginti naues decimarum nomine reposuit, ab vno remorum ordine vsque deciremes adiungens, memoria quoque proditum est & nauale & naues incendio prorsus extinctas esse. Sinistra vero Neapolis est. Et in x. addit: ab ostio namque & sinu inchoantibus Ambracia primus Acarnanum locus est Actium, eodemque vocabulo & Apollinis Actii templum promontorium nuncupatur, quod sinus ipsius ostium efficit & exterius portum habet. à templo autem stadia quadraginta distat Anactorium, ipso in sinu conditum. Leucas autem ducentis & quadraginta.

Leucas insula.

Leucas insula consuetudo.

De origine & nomine Leucadis (Quam Insulam nauis symbolum vsurpasse in mœneta vidi) idem refert. At scriptor Alcmeonidis è Penelopes genitore Icario duos natos esse filios scriptis suis prodidit, Alyzeum atque Leucadium, eosque cum patre Acarnaniam regnum tenuisse. Scitum est quod idem de consuetudine quadam crudeli eius Insula scribit. Leucadiis vero mos erat patrius in Apollinis sacrificio fontem quotannis aliquem auertendæ Deorum iræ gratia, de montis specula deiicere, ei autem applicitis penis & autibus multimodis, quibus leuari posset, saltus ipse perinde ac volatus efficeretur, multoque circumstantes cadentem prius excipere nauiculis, & pro viribus conseruatum, extra patrios fines emittere superstitem. Situm Leucadis Insulae ad littus maris Ionici affabre

bre depingit Liuius tertio Decade 4. in his angustiis Leucas posita est, colli applicata, verso in Orientem & Acarnaniam. Ima vrbs plana sunt iacentia ad mare, quo Leucadia ab Arcanania diuiditur, inde terra marique expugnabilis est, nam & vada sunt stagno similia, quam mari, & campus terrenus omnis operiq; facilis. Deniq; quod Aetolorum ditioni, Leucas extiterit, ostendunt verba Liuii suprascripto loco, Aetolos de Pharsalo & Leucade postulant, ut ex fœdere sibi restituerentur, ad senatum reiecerunt. Ad hanc Maro sub finem libro viii. Aeneid. alludit, cum Apollinis Actii templum ab Augusto Cæfare & ædificiis & ludis locupletatum commemorat post victoriam Actiacam.

Leucadis insula.

In medio classes aratas Actia bella

Cernere erat, totumq; instructo Marte videres

Ferere Leucatem, auroq; effulgere fluctus.

10

Sita sunt in finibus Aetolorum, & alia quamplures Insulae antiquæ & Homero, cæterisque vetustioribus subinde celebratæ Zacynthus Dulichium, Ithaca & Echinades. De quibus Strabo in decimo scribit, De ipsius Vlyssis ditioni subiectis insulis Zacynthus explicanda est, paulo plus quam Cephallenia, & Peloponnesus in occasum vergens, eamque magis attingens. Zacynthi vero ambitus, ultra centum & sexaginta stadia est, abest autem à Cephallenia ad stadia sexaginta. Nemorosa quidem vrbs, verum fructifera. Eiusdem nominis ciuitas est celebris, ab ea distans ad Hesperidas Aphricæ stadia tria millia, inter hanc & Cephalleniam ad Orientem Solem Echinades insulae iacent, ex quibus Dulichium est, iacet autem ad Oeniadas & ad Acheloi ostium, distatque ab Araxo Elidis promontorium stadia centum. Reliquæ Echinades pluræ extant, cunctæ steriles & asperæ, è quibus quæ longissime abest, ante Acheloi eruptionem stadiis x v. distat. Homerus has Insulas Vlyssi, Icaro, ac Laerti attribuit, & Ithacam quidem apricam, Neryton frondosam & Zacynthum nemorosam cognominat.

Insulae alia proxima. Zacynthus insula.

Echinades insula.

20

Has insulas Aetoli post Vlyssis domum inde Macedones & postremo Rom. subiectas habuere. Vnde scribit lib. vi. Decad. tertia Liuius. Et Aetoli ex templo mouerunt bellum, Et Leuinus Zacynthum (parua Insula est propinqua Aetolice) vrbs vnam eodem quo ipsa nomine habet, eam præter arcem vi capit, & Oleniada Naxumque Acarnanum captas Aetolis contribuit. Et libro vi. Decade ii i. Dum hæc à Philippo geruntur. Quintus recepta Zacyntho ab Achaico consilio Naupactum traiecit.

Hæc de antiquitate gentis, nobilitate, terræq; & situ prouinciæ, eiusq; cum vrbus, tum montibus ac fluminibus, iam de dignitate populi dicemus, quod inter Græcos principes extiterint, ac libertate perpetuo præditi, antequam in Romanam ditionem venissent, & quod concilio quemadmodum & Achæi celebres fuerint, in quod maximi ac præcipui Græciæ populi transcripti fuere.

Dignitas Aetolicæ gentis.

Aetoli principes populi inter Græcos virtute & liberalitate præstantes.

Aetolorum nudacia.

Hinc est illud Liuii quinto ii i. Dec. Cum se vidissent Aetoli omnia vel in se vno posita præsidia existimatos esse. cæterum eorum quoq; quorum expectatio destituta in præsentia videatur, spem abunde expleturum, nam simul ac primum anni tempus nauigabile præbisset mare, omnem se Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum, nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum, donec depulso ceruicibus eorum imperio Romano, liberam vere Græciam, atque in ea principes Aetolos fecisset. Hæc in persona Antiochi Syriæ regis

Subdit postea. Idem ferme, & Aetolorum legatus Archidamus petiit, ut quæ facilima & tutissima essent, quietem prestarent, profectus est intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanos, nunc propriæ ipsius Quinctii ingratos appellans & exprobens, non victoriam modo de Philippo virtute Aetolorum partam, sed etiam salutem, ipsumq; & exercitum sua opera seruatos. Vnde liquet, & quanta virtute, audacia potentiaq; præditi Aetoli fuerint, quod se Romanis opponere, & ab illorum iugo se & maximos orbis reges Philippum Macedoniæ, ac Antiochum Asiæ reges seruare conati fuerint, ut i i i. Dec. lector proluxe leges.

De libertate eorum & mendaciis scribit Strabo in x. Hasce rationes sic cuto, ut pat Acarnanes Romanos callide induxisse, ut expedita ab eis libertate, & sui viuendi morè assequerentur. Et rursum. Hac aut tempore fatiscens continuis bellis, & Acarnania & Aetolia contabescit. Plurimos autem annos Acarnanes Aetolis adiuncti aduersus Macedonas, aliosq; Græcos perdurauerunt, postremis temporibus contra Romanos pro libertate decertantes. Quare & Liuius cum de Aetolis scribit, ob libertatem tuendam, Philippum Macedoniæ, Antiochum Asiæ, & Nabin Spartanorum potentis. Reges in arma aduersus Rom. cõcitatis in oratione Quinctii illa addit, Acrocorinthum ipsis extemplo videntib. va-

Libertates Aetolorum.

cum Achæis traditurum, ut omnes scirent, utrum Rom. an Ætolis mentiri mos esset, qui male commissam libertatem populi Rom. sermonibus distulerint, & mutatos pro Macedonibus Rom. Dominos. Et lib. 3. Identidem Quinctius liberandam omnem Græciam si Ætolorum linguas retundere, si veram charitatem, Maiestatem apud omnes nominis Rom. vellent esse. Et rursus libro v. Sed neq; Boi, neq; Hispani, cum quibus eo anno bellum erat, tam inimici infestiq; erant Rom. quam Ætolorum gens. Ii post deportatos ex Græcia exercitus, primo in spe fuerant & Antiochum in vacuam Europæ possessionem venturum, nec Philippum aut Nabin quieturos, ubi nihil usque moueri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia, concilium Neupactum indixerunt. Vnde patet ex eiusdem illius libertatis adseueratione Ætolorum gentem non minus quam Achæos concilio siue proprio seorsim conuentu, in quem Vicinæ Resp. transcriptæ fuerant, famigeratos quondam exitisse. Cuius subinde conuentus Titus Liuius mentionem facit vt v. l. Decade III. Per id tempus Marcus Valerius Leuinus tentatis prius per secreta colloquia Principum animis, ad indictum ante ad id ipsum concilium Ætolorum classe expedita venit. Idem libro v. Decade III. Achæos enim prope scire Ætolorum omnem ferociam in verbis non in factis esse, & in conciliis magis, concionibusque, quam in acie apparere. *Et subdit.* Et vnam subiicete oculis vestris Achæi possem, concursationem regis magni ab Demetriade nunc Lamiam in concilium Ætolorum. Et sexto, eiusdem paucis priusquam Heraclea caperetur diebus, Ætoli concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miserunt. Ex his perspicue liquet non solum, quam libertatis tuendæ Ætoli studiosi fuerint, verum etiam quam potentes & late distitas ditiones habuerint, adeo vt in Thessaliæ finibus Lamiam ac Hypatam, subiectas habuerint. Ad quod pertinet, quod scribit ab initio libri II. Decade III. Thaumacus eo tempore Philippus summa vi oppugnabat, aggeribus vineisq; & iam arietem muris admoturus erat, cæterum incepto abistere eum coegit subitus Ætolorum aduentus, qui Archidamo duce, inter custodias Macedonum ingressi mœnia, nec die nec nocte finem vllum erumpendi nunc in stationes, nunc opera Macedonum faciebant, & adiunabat eos natura ipsa loci, namq; Thaumaci à Pyliis, sinuq; Maliaco per Lamiam eunti loco alto siti sunt. Et lib. v. Decad. 4. Ibi vna ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset, media incedebat per forum manu, Eurilochum tenens multis occurrentibus gratulantibusque domum deduxit, mox equitum plena vrbs erat, & loca oportuna occupabantur, tum in domos missi, qui Principes aduersæ factionis interficerent, ita Demetriæ Ætolorum facta est. Et de Ætolorum cum potentia, tum libertate hæc tenus.

De Luxu porro eius populi hæc obiter adnotauit in ix. Dipnos. Atheneus: de Ætolis scribit Polybius lib. xiii. Historiarum, quod ad assidua bella, victusq; magnificentiam ære alieno oppressi sunt. Agatharchides libro Historiarum xii. Ætoli inquit tanto promptiores sunt ad mortem, quanto splendidius, magnificentiusq; viuere student.

De audacia deniq; & gentis temeritate, libet Liuium audire quinto III. Decad. scribentem. Ætoli consilium vno die, spei quoq; nõ audacis modo, sed etiam impudentis cœperunt, Demetriadem Chalcidem, & Lacedæmonem occupandi, Diocles Demetriadem. Similiter gentis fraudem ostendens, refert in quinto Dec. III. quod cum aduersus Rom. Antiochum Siria, Philippum Macedonia reges, ac Nabin Spartanorum tyrannum sollicitassent, ab his sensim quantumuis sociis descuerint, cum Nabin Spartanorum Alexamenum ducem, cum copiis misissent, vt illi aduersus contumaces auxilio esset, illo tamen occiso per insidias Spartam occuparint, ac in prædam vocarint. Ætoli (inquit.) velut capta vrbe quam liberasse videri volebant in prædam versi, Dux regia inclusus die ac nocte in scrutandis thesauris tyranni consumpsit, simul indignitas rei, simul contemptus animos Lacedæmoniis ad coeundum fecit. Huiusmodi igitur dolis hæc gens cum instructa fuisset, late tamen domo profecta, ac maximis orbis monarchis in castris meruere Ætoli quemadmodum sub finem Dec. III. Liuius refert, Aetolos à Valerio Leuino Rom. Col. aduersus Philippum Macedonia regem excitatos ad Lamiam usque Thessalin cum signis profectos, eaque occupata, Macedonem ad non satis æquas conditiones compulere fœdere postea icto cum Rom. ac Macedonibus Antiochum Asia regem contra utrosq; sollicitarunt. Quo in Græciam cum exercitu profecto, atque ab Acilio victo, Heraclæaque Trachiniorum expugnata, & ipsis in Callidromo cæsis, pacem tamen à Rom. & præteritorum obliuionem impetrauerat. Sed rursus Thumacis in Thessalia à Philippo rege obsessis auxilio profecti, in finibus Macedonia partim diripuerunt, partim vero expugnarunt multas vrbes, quarum celebriores nominant Theuniam

Theuniam, Calatanam, Cyphatam & Xineas. Sic nec quod cum Macedonibus, nec quod cum Romanis percussissent, firmum satis Ætolis fœdus fuit. Quare ex focis hostes facti, bello adoriuntur à Romanis, Naupactoque à Marco Acilio obfesso Zacyntho insuper Insula ipsorum à T. Quintio, expugnata, cum Romam pro pace legatos misissent excedere Italia xv. diebus iussi sunt. Ætoli inquit (Liuius v. l. Dec. III.) vt quibus plus in misericordia Senatui quam in causa spei esset, suppliciter egerunt veteribus benefactis noua pensantes, maleficia. Cæterum & præsentis interrogationibus, vndiq; Senatorum confessionem magis noxæ quam responsa exprimētium fugati sunt, & excedere curia iussi, magnum certamen præbuere. Interea cum Acilius Naupactum acriter oppugnaret ac Amphissiam in ditionem accepisset, atque xlii. Principes Ætolorum captos Romam misisset, Ætoli ad vltimum desperationis redacti, Coruum montem ac saltum occupauere, vt se inde tuerentur, ab eo tempore cum intercessione Athen. & Scipionum, qui aduersus Antiochum in Asiam copias ductabant, pax esset Ætolis data, pristina fraude belli consilia clam cum Antiocho miscere cœperunt, & cum Athamanes, ac Dolopes bello adgressi fuissent. M. Fuluius Cos. cum legionibus Rom. à Senatu. P. Q. R. in Ætoliā mittitur, cui gens subdola supplex facta, rursus pacem petere cœpit, & cum minus impetraret, Acarnaniam armis infestat Ambracia occupata, aduersus quam Romani auxilio Persei Macedonis, & Aminandri Athamanum Principis recepta Ambracia, & Cephallenia Insula occupata Argos Amphiloichicum obsidione cinxerunt. Qua necessitate imposita, cum viribus impares essent, pacem à Romanis haud æquis conditionibus impetrauere.

Quas T. Liuius VIII. Dec. III. his verbis complectitur. Imperium Maiestatemq; P. R. gens Ætolorum conseruato sine dolo malo, ne quem exercitum, qui aduersus socios, amicosq; eorum ducetur per fines suos transire finito, neue vlla ope iuuato, hostes eodem habeto, quos P. R. armaq; in eos fert, bellumq; pariter gerito, perfugas, fugitiuos reddito Romanis sociisq; Obsides xl. arbitratu Cos. Rom. dato, ne minores xii. annorum, ne maiores xl. Obies ne esto prætor, præfectus equitum, scriba publicus, neu quis qui ante Obses fuerit apud Rom. Cephallenia extra pacis leges esto. Et hic finis fuit Ætolorum potentia, quorum prætores & Duces Liuius celebrat in quarta Decade Phylisiam & contra Philippum Maced. Regem Archidamum, aduersus eundem qui Thaumacos obsiderat Thoantem in bello Antiochi, & Alexamenem qui Nabin occidit occupata Sparta.

Celebratur deniq; Aetolia Calydonia metropoli & Apro illo vastatore, quem Diana immiserat, quod primitiis frugum esset defraudata. Quem Meleager Oenæi regis Calidonia filius indicta venatione publica, adhibitis sociis Theseo, Perithoo, Castore & Polluce, Iasone, Telebone & Peleo, Aeci filii: Lincæo Apharæi filio, Leucippo Phœnice Amyntoris filio, Hippothoo, Ida, Iolao, Echyone, Eurytione, Phylea, Pheretia, Panopeo, Hyleo Hippaso, Hippocoote, Lelege Dryade, Oeclyde Penelopes sacero Nestore & aliis plenisq; quos in vi. l. Nafø eleganti carmine recēset, confecit magna totius Græciæ exultatione. Qua in venatione cum Atalantam Schoenii filiam quæ & ipsa venerat eo habitu, quo Ouidius supradicto loco describit, vidisset, captus amore illius Meleager, & illam sibi coniunxit. & apri caput veluti victoriæ premium inuitis patris Thesei filii Protho & Comete, quos & occiderat, donauit. Quare mater indignata, & ob fratres cæfos, vltionis auida fatalem torrem igni submisit, & filio stamina rapuit. Quam siue historiam siue fabulam lege apud Nafonem VIII. Metam.

*Sparserat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theseos & populi quos diues Achæia caput.
Huius opem magnis implorauere periculis,
Huius opem Calydon quamuis Meleagron haberet,
Sollicita supplex petiit prece causa petendi.
Sua erat infesta famulis, vindexq; Diane
Oenea namq; ferunt plenis succibus anni
Primitias frugum Cereri sua vina Lyao
Palladios flauæ latices libasse Minerva.
Captus ab agricolis superos peruenit ad omnes
Ambitiosus honor, solas sine thure relictas
Præteritas cessasse ferunt Latoidos oras
Tangit & ira Deos. At non impune feremus
Quæq; inhonorata, non & dicamur inulta*

Conuentus
Ætolorum.

Ætolorum
ditio late
patet.

Luxu Ætolorum.

Ætolorum
audacia &
temeritas.

Thechnæ
Ætolorum.

Ætolorum
militia.

Ætolorum
perfidia.

Ætoli de-
bellati &
Rō. subiecti.

Apud Caly-
doniam &
Venatio illi-
us.

Inquit & Oeneios ultorem spreta per agros
Misit aprum quanto maiores herbida tauros,
Non habet Epirus. Sed habent Sicula arua minores.
Sanguinei & igne micant oculi, riget horrida cernix
Et seta densis similes hastilibus horrent:
Stantq; velut vallum, velut alta hastilia sola.
Fervida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit. Dentes aquantur dentibus Indis
Fulmen ab ore venit frondes affiatibus ardent.

At eiusmodi aprum alludit & Statius i. Theb. cum Tydei Oenei filii vestitum deliniat. 10

Terribiles contra setis ac dente recurvo
Tydea per late humeros ambire laborant
Exuviae Calydonis honos.

Calydonis
urbis descri-
ptio.

Calydonem porro provinciae metropolim describit Strabo in decimo: Post Eneum mons Chalcis est, quem Artemidorus Chalciam appellat, deinde Pleuron, deinde Lycirna pagus, cui Calydon incumbit stadia xxx. in mediterranea, prope Calydonem vero Lathraei Apoll. templum est, post mons Taphiasus. Et subdit. Quidam etiam penes Calydonem Lacus est magnus sane atq; profundus admodum, quem Patrarum Incolae Romani possident. Et rursum. Cum vero sublimem inquit Calydonem & petrosam a loci natura capiendum est. fertur enim in bifariam ora diuisa, montanam quidem & Epictetum siue postea adeptam Calydoni attribuerunt. Tractum vero campestrē Pleuron. Meminit Calydonis & Caesar tertius civilis historiae: ex his Caluissius primo aduentu summa omnium Aetolorum receptus voluntate, praesidiis aduersariorum Calydone & Naupactō relictis, omni Aetolia potitus est. Pausanias in viii. refert Augustum Octa. Imperatorem deuictō ad Actium Marco Antonio & Cleopatra, dentes Calydonis apri Romanam transtulisse. Extrabat vero Calydon Homeri aetate, cuius quippe mentionem facit libro Iliados ix. & xiiii. & eam a situ, quod in petroso loco posita fuerit, altam cognominat. Reliquas Aetoliae vrbes Calydoni propinquas i. ii. Theban. Papinius paucis versibus comprehendit.

Huic quoq; praestantes Aetolis urbibus adfert
Bellifama viros sensit scopuloja Pylene,
Fletaq; cognatis ciuibus Meleagria Pleuron,
Et praeceps Calydon, & qua Ioue prouocat Idam
Olenos sociis & fluctibus hospita portu
Chalcis & Herculei turpatus Gymnade vultus,

30

Et de Aetoliae cum antiquitate tum principibus atque etiam ciuitatibus haecenus. quas vero hi populi colonias diduxerint in orbe, non satis compertum habeo, nisi quod Metapontum Italiae siue potius magnae Graeciae ab Aeolis, vnde Aetoli oriundi, dicuntur, detriare videtur Diodorus in quinto Priscis temporibus, cum ex filiis Aeoli qui fuit Hellenis ex Deucalionis, natus, caeteri quae dicta sunt loca habitarent, solus My- 40 nas in Aeolide regnauit. Eius filius Hippotes ex Menalippe Aeolum genuit. Huius Arnem filiam Neptunus cognouit. Qua de re indignatus pater Metapontio aduenae, qui tum casu aduenerat, eo pacto Arnen dedit, ut illam in Metapontum deduceret, ubi duos peperit filios Aeolum ac Bzotum. Quos Metapontius liberis carens quodam motu oraculo adoptauit in filios. Hi iam viri facti orta viuentē Metapontio seditione, Aegaeum obtinuerunt, postmodum in dissensione Arnem & Antolippem peremere. Eam rem grauius ferente Metapontio, illi praeparatis nauibus, cum matre multisque amicorum mare ingressi. Aeolus quidem ad insulas Tyrrheni maris appulit, quae ab eo Aeolides sunt appellatae, ciuitatemq; condidit quam Lyparam vocauit.

Aetolorum
colonia.

Metapontii
vnde.

Porro Titus Liuius libro quinto Decade 50 tertia: Metapontinos ex Achaia deriuat forte intelligens Achaia illam antiquam quae Aetoliam, Boeotiam, Phocidē, Locros, Trachiniosque complectebatur. Verba subiiciam, Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt, monuit eos non Tarantinorum magis defectio Metapontinorumque, quibus itidem ex Achaia oriundi etiam cognatione iuncti erant. Strabo libro quinto Geogr. agri fertilitate Metapontinos Italia celebrat & aurea aetate.

Ob

Ob quam causam crediderim illos & Cereris imagine, & arista siue spica moneta vfos. Verba Strabonis subiiciam: Inter Lunam & Pisas tractus est, quo Thufciae ac Liguriae termino plerique Scriptores vsi sunt. Pisae ab his conditae sunt. Pisanis qui e Peloponneso cum Nestore aduersus Ilium militarunt. Renauigantes autem errore disiecti, hi quidam Metapontum, alii vere pisanum tenuerunt agrum, cuncti Pelii vocati. Duos autem inter amnes siti sunt. in ipsorum congressione Arni scilicet & Aefacis. Et subiungit: Traditum est in fabulis cum primum hi amnes e montibus ferri coeperunt, atque ab indigenis vetitos, ne in vnum confluentes, agros demergerent, pollicitos esse, regionem minime demersuros, fidemque seruasse. Ciuitas autem ipsa foelix (loquitur de Metaponto) quondam fuisse creditur, neque sane hoc tempore ignobilis aut obscura est propter frugum copiam. Aliam Metapontinorum originem in vi. Geogr. Volaterranus recenset, Antiochus vero Metapontum post Locros a filio Siphphi eiusdem nominis, quem barbari Metabum cognominabant appellatam, quandoque Siritin, & a Piliis esse aedificatum, & in agricultura foelices Metapontinos, auream aetatem Apolloni dedicasse. Valentinus Maximilianus libro viii. capite vi. Pythagora Philosopho hanc celebrat. Lege Liuium libro vii. Decade i. App. ultimo libro: belli ciuili, Taranto proximum Metapontum describit. Porro veritati conformem esse illam quam prius ex Diodoro adduximus, Metaponti in magna Graeciae originem, & illam Aetolorum siue Aetolorum coloniam esse, confirmant quae supra ex Nasone recensuimus de Calydonio 20 regno in Peucetio sinu a Diomede excitato, & Agrippa vrbe condita. confirmant praeterea & Aelides Insulae proximae Italiae, & quae de Minois stemate in Sicilia Diod. eodē quinto tradit. Alterius ab Aetolis deductae in Cretam coloniae meminit Diodorus in v. Tectanus Dori (ait) filii Heleni ex Deucalione orti, cum Aeolis ac Pelasgis in Cretam nauigans insula imperauit, sumpta Creta in vxorem filium Asteriū creauit. Quo in Creta regnate, Iupiter ut aiunt Europam ex Phoenicia raptam super taurum detulit in Cretam, ex eo tres genuit liberos, Minoem, Rhodamantū & Sarpedonē. Patet igitur Aeolos praeter colonias in Italia Agrippam & Metapontum & in Cretam insulam deduxisse. Quorum originem Diodorus primam, antequam scilicet in Calydoniam venissent ex Thessalia repetit. Antea Boeotus (inquit) Arnes Neptuni filius migrans in Aeolidem, 30 quae nunc Thessalia dicitur. Huc nimirum alludēs cecinit Maro. i. ii. Aeneid. cum Helenum vatem de periculis maris Aeneam praemonentem inducit.

Effuge cuncta malis habitantur mœnia Grays
His & Naritii posuerunt mœnia Locri.
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomenaeus, Hic illa dulcis Melibaei
Parua Philoctete submixta Petilia muro.

Velleius in fragmento historiae suae refert Smyrnam Mytelenem ac Myri- 40 nam Lesbi Insulae, nec non Larissam ac Cymen Aeolorum colonias esse, vnde Aetoli exorti sunt. Verba subiiciam. Et mox Aeoli eadem profecti Graecia longissimisque acti erroribus, non minus illustres obtinuerunt locos, claraeque vrbes condiderunt Smyrnam, Cymen, Larissam, Myriam, Mytilenemq; & alias vrbes quae sunt in Lesbo insula. Meminit etiam Pausanias in vi. Smyrnam porro vnam ex duodecim Aeolensium vr- 40 bibus, & eam regionis ciuitatem quae mea etiam aetate Archæam, id est antiquam appellant, Iones facta ex Colophone irruptione Aeolensibus adimerunt.



50

Sed recipio me post longam digressionem ad insignia Aetoliae, quorum inuenio duplicia, vnum & peculiare regni, Herculem Acheloum prosternentem, & cornu alterum adimentē. Id illi ab Oenao rege propositum certamen fuerat, cum filiam coniugem peteret, cuius similiter Achelous ambiuerat, & se in varias animalium formas, tauri praecipue, Draconis ac bouis transformauerat. Strabo in x. allegoriam esse & ex historia fabulam hanc Graecis fictam fuisse, asseuerat, Quippe ob sonitus & alueorum circumflexiones quas cornua vocant, tauro comparatum, Draconi vero propter aliquantam ipsius longitudinem, cumq; Hercules mortales ac Reges praecipue orbis, qui se aliquo honore affecissent beneficio remunerare consueuisset, Oenao Aetoliae regi ob filiam affinitate insuper coniunctum aggeribus & aquarum ductibus fluium perperam & damnose labentem coercuisse.

Insignia Ae-
tolia.

Insignia
Metapont.



ramque, quibus itidem ex Achaia oriundi etiam cognatione iuncti erant. Strabo libro quinto Geogr. agri fertilitate Metapontinos Italia celebrat & aurea aetate.

Cumq; is abundantia ferretur ingenti cursu aquarum, propinquis Acheloo vastatis agris, in gratiam Oenæi siccasse amnem, & in agros proximos effudisse, atque sic fecundasse prouinciam. Natam inde fabulam de cornu è fronte Acheloi dempto, quod Nymphæ repertum variis fructib. ac floribus repleuerint. Suffragatur Straboni Diodorus v. Bibliothecæ: Hercules in Chalydoniorû græciam fluiuû Acheloum in aliû cursum diuertens, plurimos agros ex aque irrigatione fertiles præstitit. Cuius rei & Poetæ quidam meminere scribentes cum Acheloo Herculem sub tauri specie certasse, qui cum in congressu tauri alterum cornu fregisset, Ætolis illud quod Amaltheæ cornu vocant dono dedisse, fructuum omnium, uuarum, malorum, aliorumq; eiusmodi pomorû copia repletum. Fingunt poetæ Acheloi cornu fossam à fluuio ductam, pomis uero ac malis punicis ac racemis monstrari regionis fertilitatem quam fluuii humor præstet & agros reddat feraciores. Hanc uero historiam rei ab Hercule gestæ circa Acheloum confirmant Echinades ad ostium Acheloi sitæ, haud procul, Dulichia Insula Laertis ac Ulyssis regnum, & in uicinia Ambracii sinus. Quas tam poetæ quam historici referunt ex limo & arena impetu fluminis Acheloi deuictis in mare excitatas canentibus Poetis. Statio 11. Thebaidos.

Turbidus obiectat Achelous Echinadas exit.

Ouidio VIII. Metamor. Acheloum amnem loquentem inducens:

*Amnis ad hac non est inquit quod cernimus unum
Quinq; iacent terræ spacium discrimina fallit
Quoq; minus spretæ factum mirere Diana
Natales hæ fuerant, quæ cum bis quinq; Iuencos
Mati assent, rurisq; deos ad sacra uocassent
Immemores nostri festas duxere choræas
Intumui quantusq; feror cum plurimus unquam
Tantus eram, pariterq; animis immanis & undis
A syluis syluas & ab armis armare uulsi.
Cumq; loco Nymphas memores tum deniq; nostri
In freta prouolui fluctus nosterq; marisq;
Continuam diduxit humum, pariterq; refellit
In totidem mediis qui cernis Echinadas undis.*

20

30

Insignia 25.
OPU.

Eadem ratione arbitror eo quod Nilus ex annua inundatione, Limo eiecto agrum fecundet, Ægyptios reges cornu copiarum insigni in moneta ufos, & Romanos passim Imperatores cum Canone Ægyptio Italiam à penuria conseruassent, mulieris cornu copias manibus gestantis Symbolum ufurpasse, ut passim in antiquo numismate occurrit. Historiam uero illam seu fabulâ de lucta Herculis cum Acheloo, eleganter describit Naso IX. Metamorphoseon in persona Acheloi loquentis.

*Quæ gemitus truncag; Deo Neptunius heros
Causa rogat frontis cum sic Chalydonius amnis
Cæpit inornatos redimitus arundine crines.
Triste petit munus. Quis enim sua prælia uictus
Commemorare uelit, referam tamen ordine, nec tam
Magnaq; dat nobis tantus solatia uictor.
Nomine si qua suo tandem peruenit in aures
Dei anyra tuas, quondam pulcherrima uirgo
Multorumque fuit spes inuidiosa procorum,
Turpe fuit uinci quàm consensisse decorum,
Cum quibus ut socii domus est intrata petiti
Accipe me generum dixi Parthaone mate.
Dixit & Alcides, alii cessere duobus.
Ille Iouem focerum dare se famamque laborum
Et superata sua referebat iussa nouerca.
Contra ego turpe Deum mortali cedere dixi
(Nondum erat ille Deus) dominum me cernis aquarum
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem,
Nec genere externis hospes tibi missus ab oris,
Sed popularis ero.*

40

50

Et cum Luctas duas descripsisset, quarum una se Achelous in anguem transformauerat, subiungit in querelis Acheloi.

Iniicit,

*Iniicit, angebar ceu guttura forcipe pressus
Pollicibusq; meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoq; deuictis restabat tertia tauri
Forma truci tauro mutatus membra rebello
Induit ille loros à leua parte lacertas
Cornua figit humo, meq; alta sternit harena,
Admissumq; trahens sequitur, depressaq; duro
Nec satis hoc fuerat rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncag; à fronte reuellit
Naiades hoc pomis & odore flore repletum
Sacrarunt, diuesq; meo bona copia cornu est
Dixerat & Nymphæ ritu succincta Diana
Una ministrarum fufis utring; capillis
Incessit, totumq; tulit præ diuite cornu
Autumnus & mensas felicia poma secundas.*

10

Reperitur & alterum numisma triremis simbolo sculptum cum inscriptione ΛΕΥΚΑΔΟΣ, hoc est Insulæ Leucadiorum quam primis temporibus in continente Ætolia extitisse Ouidius xv. Metamor. & Maro difficilem ad hanc insulam navigationem esse autores sunt, ut ratio sit idcirco Triremis seu nauis simbolo in moneta Leucadios ufos, quos 20 ponte iunctos cum Actio & Apoll. phano, supra ostendimus, uersus Poetarum sic habent:



Virgili:

*Mox & Leucade nimbofa cacumina montis
Et formidatus nauis aperit Apollo.*

Ouid.

*Et Phenissa Tyros, quarum nunc insula nulla est,
Leucada continuam ueteres habuere Coloni
Nunc freta circumueunt.*

FINIS LIBRI PRIMÏ

LIBER SECVNDVS

DE ATTICA ET PE- LOPONNESO.

*AD INCLYTVM ET MAGNANI-
mum Dei gratia Bohemorum Regem D. MAXIMILIANVM, Archiducem
Austriae, Ducemq; Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniola ac Silesiae, &c.
Marchionem Lusatie, Sclavorum, Burgouiae & Istriae, Landgrauium
Alsatie, Comitum Habsburgi, Tyrolis & Gortiae, &c.
Dominum suum Clementissimum.*

P R A E F A T I O W O L F G A N G I L A Z I I
I N P E L O P O N N E S V M G R A E C I A E .



N parte operis libet praefari, mihi MAXIME REX
ÆMILIANE, non quod tanto opere fessus, quietem
mihi aliam quaeram, quam Musarum amoenissima
prata, in illa nobis literarum palestra praebent, sed
quod te Principem eum videant omnes non literis
magis, omnisque generis virtutibus, quam pietate
& in parentem, & DEVM OPT. MAX. reliquos sui lo-
ci excellere, & quod affectis. hoc seculo turbatis e-
tiam Prouinciarum tuarum rebus asylum apud
T. R. D. vnicum, miseris cum literis bonis, tum earum alumnis constitutum
esse constet, ipse emenso tanto itinere cum totam Helladis oram mariti-
mam & mediterraneum agrum peruagatus sim; & ad Atticam modo ter-
ram anchoram iecerim, Peloponnesum ingressurus. ad te Rex Max. oratio-
nem conuertere tandem, decreuerim, recordatus illius, quem Athen. in-
geniis impenderunt recti cultus, simul quod Philosophorum coetus hi alu-
erunt, quorum vestigiis tuam modo Maiestatem insistere cernimus, mag-
na cum laude & admiratione bonorum omnium, qui non solum de bonis
literis meritos optimos quosq; & iuuas & euehis, verum etiam instructis.
bibliothecam omnis generis linguarum lib: non sine sumptu appares, con-
tinere sane me non potui, sed nec debui, quin medio itinere, ceu meriando
ad tuam REX MAXIME Munificentiam, diuiterem, felicitique omine At-
ticam, tibi terram & illi coherentem Peloponnesum Peninsulam, quam Mo-
ream hodie vocant, vel Modonae ac Coronae urbium expugnatione patriui
Diui Caroli Quinti auspiciis vulgo notam, multis quondam ac praestanti-
bus regnis cultam, & in qua omnis Graeciae vis consiltebat, videndam pro-
ponerem: non quod ea satis digna tanto principi existant, sed quod Sereniss.
T. R. D. Fabii Maximi Æmiliani Romani Herois illius (cuius tibi fato no-
men est expressum) dicti recordari debeat, qui dicere solebat, absurdum vi-
deri, si cum equos & canes familiaritate ciboque cicuremus passim, potius
quam catenis & verberibus, homines feroces animo non similiter humani-
tate & beneficiis nobis conciliemus, sed asperiores in illos simus, quam agri-
colae in caprificos ac malos syluestres ac oleastros, qui has non protinus ex-
cidunt, sed insitione docent mitescere,

Tamet-

Tametsi autem adulationis sit turpiss. crimen ac Agesilaum illum heroa
Græcum secutus, statuas ac laudes non admodum moreris, tamen ex insita
pietate & in literas, religionemque amore facile videmus te, qui literas colimus
huiusmodi genere cum primis delectari, & beneficiis, quæ in harum a-
lumnos confers, vel cum Munificentis. nostræ tempestatis principibus cer-
tare. Ferunt Demetrium Macedoniae regem Antigoni filium cum Mega-
ram cepisset, Stylponis philosophi domum diligenter seruari iussisse. Id quod
de Marcellō Rom. cum Syracusas expugnasset, similiter proditum est, qui
Archimedem Mathematicum maxime seruatum cupiebat: Sed vt manea-
mus in primo exemplo, in prædam vocata domo admonitus Stylpo, vt li-
bellum daret omnium rerum quas amisisset: Ego inquit bonorum
meorum; nihil amisi, nam eruditio & eloquentia mihi sunt incolumes.
Hæc præclara, quæ cum principes illustriores reddunt, cum mecum ipse vo-
lutarem, fessus iam itinere tanto, in eo potissimum loco ad R. T. D. excen-
sionem facere volui, vbi omnis generis artes docebantur, ac amplissimi fu-
erant Philosophorum coetus, hoc est Attica, idq; feci, non quod plurimum
R. T. D. ex his meis lucrubrationib. accedere sperem, quod & re subito con-
fecta sunt, & Colophonem hic consequi non potuerunt, sed quod cum
Diogene illo Cynico in tanta doctorum contentione, meum etiam dolium
mouere voluerim. Quæ in re si scopum vbique non attigerim, eo magis ve-
niam R. T. D. concedet, quod popularis sim Viennæ in patria Maiestatis tuæ
natus, sacratissimi etiam Domini & parentis tui Diui Ferdinandi Cæsaris,
& seruitio & stipendio obnoxius, hæc omnino decere arbitrabar, ac eis præ-
cipue ex Principum ordine fructum laborum meorum consecrare visum e-
rat, quibus & seruiam, & de quibus spem amplissimam concepisse fore, vt ali-
quando splendidissimam Græciam e tyranni saeuissimi iugo vindicent, ac
Austriae gloriae adiiciant. Et cum duplex Græcia vetustis Geographis sit
constituta, eam partem S. T. R. D. Patrocínio subiecimus, quæ & nobiliss. fu-
it, & ingeniis armisque plurimum valuit; vt de Athen. sileam, qui reli-
quos facile omnes Græcos, de quibus diximus, vicerunt. Ea est autem Pello-
ponnesus famigeratis. peninsula illa Græcorum cum adiacentibus Insulis in
regna quondam XIII. subdiuisa Ægiali, siue Sicyonia, Corinthi, Nemeæ, Ar-
golidis, Tirynthi, Mycenarum, Troezenæ, Epidauri, Laconicæ, Messeniæ, Py-
li, Elidis & Arcadiæ. Quæ Pausanias præstatiss. ille Geographus his verbis de-
lineat. Incolunt autem Peloponnesum, Mediterranea cum hi, tum Arca-
des alii, primi enim ad Isthmum Corinthi habitant. Corinthiis vicini sunt
in locis maritimis Epidaurii. Ad Epidauron, Troezenen & Hermionem ex-
tenditur sinus Argolicus, & si quæ sunt alia terræ Argiæ loca mariti-
ma. Regno huic contigui sunt Lacedæmon. accolæ. His finitima Mes-
senia. Extenditur enim ad mare Mothonam vsque & Pylum & Cyparissias.
Qui autem Lecheum Sicyoni habitant iuxta Corinthios, in ea Argolidis
parte sunt postremi post Sicyonem Ægialum, siue littus Achæi incolunt. Al-
teram vero Peloponnesi extremitatem, ex aduerso Echiniadum Elei tenent.
Eleorum terra terminatur cum Messeniâ iuxta Olympiam & Alphæi ostia.
Ad Achaiam Dymæorum sunt limites, vt sunt modo enumerati ad mare
cum pertingant, in medio Arcades habitant, mari vndiq; conclusi, vnde eos
& Homerus non propriis, sed acceptis ab Agamemnone nauibus ad Tro-
iam esse profectos. Hæc ille de prouinciis Peloponnesi. Quarum hoc com-

mentario postremis tribus demptis, situm, ciuitates, pagos, promontoria, mōtes, fluuios, riuos, paludes, nemora, templaq; & Sarcophagos. Initia præterea ac migrationes pop. Heroū ac Regum stēmata, consuetudines, ritusq;, colonias deniq; alio deductas, ac insignia ex antiqua moneta desumpta, autorum classicorū testimoniis adductis ita, eoq; ordine explicauit, vt me operæ precium fecisse, & historiarum, Poetarum, Geographorumque studiosis sem & vtilem & gratam non dubitem, cum tot nodos, & multa obscura in Poetis interpretatus sim, in cuius rei scopum prolixè loca autorum inseruimus, neq; in hoc sumptui pepercimus, vt candidi lectoris animum demeremur. Adiecimus & Chorographiam propriam mea manu cælatam, & insigniorum symbola sculpi fecimus, vt nihil deesset ad eius Græciæ sectionis splendorem. Quæ tamen Basileæ omnia in secūda editione ornatiōra & auctiora propediem Deo auspice prodibunt. Nam quod ad Colophonem Peloponnesum non deduxerimus Chalchographorum, tarditas in causa fuit, & quod tempore exclusi recte cum Nafone conqueri possumus.

*Non tamen illa legi poterant patienter ab ullo
Nesciat hic summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Et veniam pro laude peto, laudatur abunde,
Non fastiditus si tibi lector ero*

Hoc truncatū igitur opus, quod paucis mēsis in mēbra sua omnia, & quidē nitidius cōpositū efformabitur, Serenifs. Rex. sub nomine D. parentis tui, tuisq; auspiciis in publicū prodire passus sum, qui reliqua genera disciplinarū ubiq; iuuare soletis, & liberalitate eā optimo cuiq; declaratis, de qua Dionysium ferunt, Regē Siciliae seniore, cum ad filium ingressus vasorum aureorum ac argentinorum ingētem vim cōspexisset, dixisse, non est, inquit, in te regius animus, quæ his poculis. quæ à me tu multa accepisti, neminem tibi amicum feceris. His me studiaq; commendo Serenifs. R. T. Dignitati.

CARMEN

Ad Maximilianum Regem inclytum,

Authoris.

*M*agnus ab Emathiis, qui regnum extendit ad Indos
A Macedum populo, & victor peruenit ad Istrum,
*X*erxis habens numerum, Aonidum non spreuit alumnos,
*I*n calumq; vehens doctos, hos inuit ubiq;
*M*agnus erat generis, qui vestri Carolus olim
*I*n multas victor Christi cum dogmate gentes
*L*ate abiit pugnans, templis reparauit honores
*I*n Fabiis Martis quoq; vidit Roma labores,
*A*n te alios meruit titulo hac gens maxima laudem.
*N*os tua dona simul te mirum cernimus vno,
*V*nus enim tribuis quis Emiliane fauorem
*S*ustolis diuas, ad sidera Maxime Musas
*R*arus & exerceas animum pietatis amantem,
*E*t Christi simul & Martis bona castra secutus
*X*istice cum superes nomen tibi Maxime iustum est.
*X*enion huic dedimus P elopis quam scripsimus oratio.

CATHA-

Cathalogus insignium Ciuitatum ac Rerum

publicarum ATTICÆ & PELOPONNESI, quæ in hoc Secundo libro continentur.

I.

Primum, noctua simbolo insignitum Athen. est, qui hanc auem utpote Palladi urbis patronæ dedicatam numismati imprimebant, & quia in laureo Atticæ loco hoc genus auium abundaris, Lege Ouid. 2. Metam. f. 94

Secundum, eiusdem Reip. Palladium ostendit, quæ pro Attica pugnans cum Neptuno victoriam reportauit, unde & celeberrimum eius Deæ in arce templum, & sacra Panathenea, Palladium quoq; ibi fuisse & lichnum olei inextinctum Strabo refert. Ibidem

Tertium, Marathonis urbis Atticæ est auis rostro ramulum & pedibus serpentem comprimens, forte diluuium Deucalionis representans, quem in agro Atticæ sepultum autores referunt. Clara fuit hæc urbs & tauro ab Hercule occiso, & victoria de Medis. f. 96

Quartum, eiusdem est litteram initialen. M. ostendens, cui spica Cereris est inserta, ob campum loci fertilissimum, & Cereris legisera remplum. Ibidem

Quintum & Sextum, Amphictionum sunt, quorum erant duo conuentus vnus Delphi, alter in Caluaria insula, qui de rebus grauiſſ. mis iudicabant, & ex prudentiss. mis viris, quos singula Reſp. mittebant conſtati, Symbola sunt Amphictionis primi autoris facies, qui Deucalionis erat filius, rex Atticæ, post Cranaum (Nisi Sibille esse quis velit, ob inscriptionē κρημαίων) cum quo cui urna supposita est in quarum vnâ calculi condemnatorii mittebantur, in alterâ absolutorii. f. 102

II.

Primum & Secundum, Lamie urbis Trachinæ, omiſſa sunt in superioribus & pertinent ad primum librum. f. 34. & 36

Tertium & Quartum, Chalcidis Eubææ insula metropolis sunt, faciem crederem Eubææ esse Asterionis filia, quæ insula nomen dedit, alterum est symbolum ferrei instrumenti, siue pedicæ id sit, siue frenorum ferrum. Celebres enim ferri Chalybis officinæ in finibus erant, Philippus rex Macedoniae Chalcida pedicam Græciæ cognominare solebat. f. 101

Quintum, est Eretria ciuitatis Eubææ, ubi clarum erat Iunonis templum, cuius etiam imago in insigni visitur. f. 101

Sextum, est Isthiaeorum populi Eubææ Neptunus Cæto insidens ob famigeratum possidium eius iracundus, & Euripæ reciprocationem. f. 102

III.

Primum, est Ætholia, quæ regio ad Helico-

nem Phocidi coheret, in quo Achelous maximum flumen, cum quo fabula ferunt in forma tauri & draconis Herculem ob Deianiram spontam pugnasse, & alterum cornu detraxisse, quod repertum Nymphæ variis generis floribus ac fructibus repleunt, unde Cornucopia. Ex his intelligitur symboli Icon. f. 71

Secundum, est Leucados insula proxima Ætolia ad Actium ad quam Augustus M. Antonium vicit, & hæc symboli interpretatio. f. 71

Tertium, est Corcyra insula versus orâ Epyri iacentis, quam hodie Corphum appellant. Nautis symbolo vsos crediderim, quod Neptunus Poetis fingitur Corcyram Asopi filiam sororem Æginæ ac Salamis raptam in hanc insulam transfuisse, vel quia rei nauticæ studiis insula illa claruerit, vt ex Decade IIII. Liuii apparet. f. 68.

Quartum, est Metapontinorum Italia, quæ Ætolorum colonia fuit, aurea æstate ac semence celebrata auctoribus, unde & spicæ in moneta faciem crediderim Arnes esse Ætoli filia, quam cōpressam à Neptuno Metapontio aduenia collocatæ abductam in oram Italia. f. 68

Quintum, est Chyos insula, est autem Harpyia imago & phiala vinaria, quod & generosum in ea insula vinum prouenerit, & priore tempore Harpyia ex Asia à Zete & Calai Boreæ filiis fuerint profligatæ, cum Phineam mensam reliquissent. f. 103

Sextum, est insulæ Naxi Satyrus bibens ob vini generositatem, quod ea in insula Vergilius tertio Æneidos & Naso. II. I. Metamorph. concelebrant, & quod Ariadnen à Theseo relictam hac in insula Bacchum sibi coniunxisse Diodorus in 5. scribit. Ibidem

IV.

Primum, cum imagine Bacchi barbati est eiusdem insulæ Naxi. Nam Diodorus scribit duos fuisse Bacchos, vnum Iuuenem speciosum imberbem, alterum senem barbaturum ob hoc, quod ebrietas & hilares faciat & iracundos. Ibidem

Secundum, est Ægina insule, vel buffæ, vel formica, ob Myrmidones, quos Iuppiter Æaco primo insulæ principi exhibuerat laboriosum genus hominum, quod subterranea suffodiendo ac scopulos deiciendo habitabilem rediderant. Ibidem.

Tertium Ægiali, hoc est, Peloponnesi littoralis Prouinciæ, Ætolicæ & Megaridi obiectæ, ab Ægialo rege Sicyoniæ quæ postea Achaia dici cepit, ab Acheis, qui Iones inde pepulerant, imaginem crederem Thetidis nauigio insistentis. f. 112

G 2

Quarta est Ægii Achaia civitatis, concilio eius gentis notiss. ad litus maris posita. Rom. quōdam Procons. sedes, cuius facies sit ignoro. f. 112

Quintum, Leonis iconem habet, & Asia inscriptionem. Ionum in Asia forte erit, qui tamen ut ex Chorographia apparet singule civitates sua peculiaris insignia habuerunt, ut Pergamus Æsculapium ob templum eius Dei, Smyrna scorpionem Glazomenus gruem, Maxonia nauim & Ephesus victoriam. f. 110

Sextum, Tenedos insule est, cum duarum facierum coniunctarum & securis iconē. Quippe Cygnus rex filium suum Tennam, ob suspicionē concubitus cum sorore arca inclusum in mare misit, qui ad insulam Leucophrim, quae postea Tenedos dicta est à regione Troie, appulerunt salui, & expositi ibi liberaliter educati sunt à loci domino, quos insequens naue pater cum rescuisset, dum funem trunco littoris alligat excensurus, Tennas recognita præ iracundia funē securi præcidit. Hinc prouerbum ortum est Tennedia securis. Ibid.

V.

Primum & Secundum, Achæorū est cum facie Iouis, vel quod ad Ægium Achæi capram nutrisse Iouem Græci crediderunt, ut postea dicitur, vel quod Iouem seruatore Achæi coluerint, qui eos à sterilitate liberasset. In altero sint duæ literæ initiales vocis Achæorum complicatæ, A & X. f. 111

Tertium, Dymarum urbis Achæi cum imagine viri, quem vel esse Dymantem Ægemiti filium, vel Demenem Tisamenis filium regis Argiuorum ac Achæorum ex Agamemnonis stirpe existimo. f. 129

Quartum, est Ægii littoralis civitatis Achaia quæ Procons. Romani sedes fuerat, imaginē habet capræ, ranam conserentis, quia vetustas crediderit isthuc a capra Iouem nutritum, unde Poeta:

Diuaq; capra Ioui fama est hic præbuit vber,

Oleniamque Iouis vates dixerē capellam. Ibid.

Quintum & Sextū, Corinthiorum sunt, primum quidem Neptuni iconem habet, alterū verò Neptunum Pegasus portē introducentem, siquidem fabulis fertur Neptunum pro Isthmo & adiacente regione cum Sole decertasse, ac iudice Briareo victoriam obtinuisse. Præterea Belletophon filius Glauci Corinthiorū Regis pugnaturus contra Chymeram Pegasus equum alatum Neptuni filium Isthmo eduxerat, ubi & fontem Corynthiacum Pyrenem vngulis elcuisse dicitur non minus quam Helicon. f. 123

VI.

Primum, Chymera est Lyciorum a Bellephorome regis Corinthi filio superata. mons autem erat, in cuius summo capræ, medio leones, & ad radicem dracones infestabant. Hinc monstrum finxerunt Poeta triforme canentes:

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chymera. f. 125

Secundum & Tertium, Argiuorum sunt, primum quidem literas initiales Græcas nominis continens A & P. cum fasciculo vnitatis conuentum illum Achæorum celebrem significans, qui apud Argiuos erat. Icon ex altera facie nummi alicuius regis sit oportet. f. 125

Quartum & Quintum eorundem est A, litera initialis, cum subiacente Delphino & Claua Herculis, quippe posteriores reges à Temeno Heraclida originem ducebant. Ibid.

In quinto lupi pars anterior apparet, quod Danaus ex Ægypto profectus oraculo accepto, quod ubi lupus prosterneret taurum ibi regnum acciperet, pugnans igitur contra Gelanorem Stheneli filium, Argiuorum Regem, oraculi exitu habitò vicit, Argolidemq; occupauit. f. 140

Sextum, Coos insula est cum imagine Sepiæ, aut Polypi, aut Aranei marini, ob celebre isthuc Æsculapii templum. f. 109. 104

HISTO.



HISTORICÆ COMMEMORATIONES RERVM GRÆCARVM

DESCRIPTARVM.

Per Wolfgangum Lazium Medicum & Historicum Casareum.

Liber Secundus.

DE ATTICA EVBOEA INSVLISQVE CYCLADIBVS ET PELOPONNESO.

20

DE ATTICA ET ATHENIENSIVM VRBE.



30

ATTICA, in qua ante Iones ab Ione Xuthi filio Hellenis nepote & Achæi fratre eò traductos, Thraces coluisse Strabo in VII. autor est; Delineatur à Ptolemæo & Strabone, ab ortu quidem mari quod ex Euripo defluit, ac Eubeam angusto freto distinguit, quodque septies in die reciprocare Plin. lib. VII. ca. XCII. autor est, (ubi portus olim erant celebres Rhamnus, Boster, Thoricum & Sunium illud famigeratissimum promontorium, quod à Pyrao Athen. aberat stadia CCCXXX. & vnde Cyclades in Ægæo mari Insulæ dispersæ iacent, quarum celebriores Delos, Naxos, Andros, Coriffa, Seriphus & aliæ quamplures.) Ab occasu vero Ce-

Limites Atticæ.

phiso flu. Corydalo Lycabetto ac Brylesso montibus, ipsaq; Megaridis Prouincia (quam tamen aliqui Atticæ includunt) à Septentrione Asopo fluuio & à meridie maris Ægæi parte, ubi sunt Cyclades & ex his nobiliores, Ceos, Scythus, Helena, Atalanta, Salamine & Ægina. Quo deniq; limite portus quondam orbi frequentati fuerunt. Hiphormus Panormus, & prope Athenas Munichius ac Pyreus, cum Scyronis petra, Marathon (inquit Mela) magnarum, multarumq; virtutum testis iam inde à Theseo Persarum ma-

Thraces incolæ Atticæ.

40

xima clade pernotus Rhamnus parua, illustris tamen, quod in ea fanum est Amphirai & Pydiaca Nemesis, Thoricon & Brauron, olim vrbes, iam tantum nomina Sunium promontorium est, fuitq; ad litus Hellados, quod spectat ad orientem. Inde ad meridiem terra conuertitur, vsq; ad Megaram. Atticæ ut modo latere, ita nunc fronte Pelago adiacens. Vbi est Pyraus Athen. portus, Scyronina saxa, seu quondam Scyronis hospitio, etiam nūc infamia. Megarensium tractus Isthmon attingit. Hunc tam late patentem agrum (ut interim de Athen. vrbe Metropoli dicamus) Thraces primum omnium incoluisse Strabo in VII. autor est, cū ait: Danai verò ab Ægypto profecti, Dryopes, & Caucones & Pelasgi & Leleges, & alii id genus terras intra Isthmum & extra partiuerunt. Agrum Atticum venientes cum Eumolpo Thraces tenuere. Aulidem porro Phocidis Tereus. Ex aliquorū quoq; vocabulis Barbaricum ipsum manifestatur, ut sunt Cecrops, Codrus, Aecus, Cothos, Drymas, Crynanus. Thraces verò & Illyrii & Epirotæ ad hos vsq; in lateribus insident, quanquam longe magis antea quam nunc, ubi contradicebat nullus, & in præsentia magnam Græciæ partem Barbarorum natio habitat. Thraces quidem Macedoniam & plerasq; Thessaliæ partes. Hæc ille.

Hinc factum arbitror, quod perpetuum semper commercium fuerit cum Thracibus Athen. Namq; & Thereus rex Thracum Progen Pandionis regis Athen. filiam duxisse fertur vxorem qui sororem illius Philomelam nauigio accersitam compresserat, Deorum miseratione, cum se in mare coniecisset in auem sui nominis conuersam ut est apud Ouid. VII. Metam. & posteriorib. temporib. Athen. Iphicrate duce Seuten Thra-

ciæ Regem regno restituisse historiæ tradunt, qui Coryis regis Thracum filiam Tharsam in matrimonio habuerat, & ex ea Menesthæum genuerat. Similiter Thymothæus Cononis filius Cotym Thraciæ regem legitur Athen. subiecisse. m. cc. tal. tributo, vt de cæteris fileam. Atque de primis Atticæ incolis hæc, quibus vel expulsi, vel adiunctis verisimile est Xuthum Hellinis filium, cuiusque rursus natum Ionem, Græcos eo in agro constituisse, vnde Iones in Attica colere cœperunt qui postea expulsi ab Achæis Peloponnesiacis, Tifameno duce, in Asiam littoralem commigrauerunt, vnde ibi constructis ciuitatibus, quod videlicet in solo natali habuerant. Quarum nomina postea famigerata fuerunt, Colophonia, Pergamus, Elæa, Pryene, Myus, Phocæa, Ephesus, Clazomenus, Erechthi, Cnydus, Mileus, Halicarnassus. Quam transmigrationem aliqui contigisse ductu Iolæ. Thebani Herculis ex sorore nepotis, alii sub Codri filii Nileo & Androclo.

Scitum est quod Pausanias in vii scriptum reliquit, mortuo Hellene reliquos eius liberos Xuthum Thessalia expulisse, crimine hoc intentato, quasi pecuniæ nonnihil paternis bonis subtractum in rem suam conuertisset. Eumque Athenas cum profugisset Erechthæi filiam in matrimonium accepisse, & ex ea Acheum, & Ionem filios tulisse. Et cum arbiter constitutus à fororibus, Cecropi natu maximo regnum adiudicasset à cæteris pulsus in Ægialo exulasse. Vnde postea Achæus filiorum alter Thessaliam, alter veto Ion Atticam occasione oblata occupauere. Verba Pausaniæ subiiciam. Contra Ægialenses porro & Selinuntum eorum regem

cum exercitum conseriberet Ion missis legatis Selynas vnicæ quam habebat filiæ Helicæ ei nuptias offerebat, regni que hæredē ipsum Ionem designabat. Hæc quia Ioni nō displicebat Imperiū Ægialensium post Selynuntis mortē suscepit. Helicen item oppidum ab vxoris nomine in Ægialo condidit, & Ionas a suo nomine incolas appellauit. Sub Ionis Imperio cum bellum aduersus Athen. gererent Eleusini, & Ionem Athen. belli ducem accersierant, obiit is in Attica, eiusque monumentum in Potamiorum municipio extat. Posterius vero Ionis, Ionum imperium obtinuerunt, donec ipsi cum populo ab Achæis sunt expulsi. Huc pertinent que Cicero scribit in oratione pro Lucio Flacco. Quanquam quis ignorat qui modo vnquam mediocriter resistas scire curauit, quin tria Græcorum genera sint verè, quorum vni sunt Athen. quæ gens Ionum habetur, Æoles alteri, Dotes tertii nominabantur. Iones bello adfectos & passim in Asiam pulsos sequebantur in Attica Achæi ex Peloponneso huc pulsi, quorum initia repetuntur ab Achæo Ionis fratre. De qua transmigratione Pausan. in vii. hæc nominatim adnotauit. Archander Achæi filius, & Architeles ex Phthiotide Argos sunt profecti, & Danaï ibi generi facti Auromaen quidem Architeles duxit. Scæam verò Archander. Cæterum Argis eos permansisse, non minimum hoc est, argumentum. Metanasten enim, id est exulem filium suum Archander appellauit. Cum itaque multum & Argis & Lacedæmone, Achæi liberi possent, factum est, vt eius loci homines Achæi appellarentur. Tunc itaque Lacedæmone & Argis eieci à Dorienfibus, missos caduceatore ab Ionibus petierunt, vt communicato incolendi iure, ipsos cum rege Tifameno Orestis filio absque bello in terram reciperent. Ionum autem Regem timor inuasit, nisi confociarentur cum suis Achæi, Tifamenum ob fortitudinem & generis gloriam communibus suffragiis regem crearent. Sic igitur Iones repudiata Achæorum petitione, cum arma cœpissent, Tifamenus quidem cecidit in prælio, Achæi vero victos Iones ac Helicen cōpulsos, obsidione cinxerunt, & impetratis postea conditionibus discedere permiserunt. Ionas posthæc in Atticam profectos, Athenienses & Rex eorum Melanthus Andropompi filius imparē iuris, libertatisque conditionem receperunt, propter Ionem & facinora eius, quæ ediderat cum Atheniensibus bello præfesset. Aiunt præterea Athen. cum suspectos haberent Dorienfes, ne quid intentatum relinquerent, non tam beneuolentiâ adductos, quam amplificandæ domesticæ potentie causa, recepisse in hanc æqualitatem Ionas. Et hæc de genere incolarum Atticæ terræ, & eorum origine, pro cuius tutela Poetæ Neptunum cum Palladē pugnassee finxerunt, quod tam maritimis rebus, ac omnium rerum emporio, quam scientiarum, Philosophorumque asylo floruisse semper.

De cuius terræ antiquitate multa forent dicenda, sed nos Gigantum monumenta dumtaxat considerabimus. Quorum Ægeon Titanis ac terræ filii mari allabenti nomen



Iones ex Attica in Peloponnesum.

Achæi incolæ Atticæ.

Dii tutelares Atticæ.

Vetustas Atticæ.

men reliquit, qui vno ictu centum scopulos in Iouem contorsisse dicitur centum catenis idcirco à Ioue ac Neptuno scopulis maris alligatus, quod ab eo nomenclaturam sortitum esse diximus. Pauli Atticæ, ossa se quedam insolitæ magnitudinis, partim conspexisse, partim audiuisse à fide dignis, in finibus Atticæ, ac Insula Salamina testatur. Ænactis videlicet terræ filii cadauer X cubitorum. Item Hylli terræ filii ingentia ossa, vnde fluuio nomen inditū, & à fluuio Herculis filio. Præterea Aiæcis, cuius ossa gemino disco adolescentis Penthatli paria fuerat, denique Protophanis cuiusdam, cuius costæ nullo interstitio diuisæ fuerat. Ægionis sane gigantis prostrati à Ioue in mari Attico, meminit Papi-nius v. Thebanor. *Dis Pelagi ventus, & Cycladas Egeoni*

Amplexo commendo patrem, nunc fletibus vixquam

Fit modus alternis niam dimittat Eoo

Lucifer aspera polo, tum demum litore rauco

Multa metu reputans, & vix consisa Lyco.

Et vt in Attica prouincia maneamus, non solum ex antiquitatis prærogatiua laudem hæc quondam præ cæteris Græciæ regnis merebatur, Verumetiam ob tot comoda, quæ vix alias vna sola in prouincia reperias. Nam & Hymmetum montem hæc habet melliferum, Argentique fodinas Lauri nomine Lapidicinas Pentelicas, & emporium toto orbe terrarum famigeratissimum apud Pyræum & Munichium. Transeo celebratissima templa Mineræ Athenis, Cereris Eleusinæ in via sacra, Veneris in Coliæo prope Athenas, & non procul Cereris Almusiæ, Themidis, Mineræ Suniadis, & Dianæ Brauronæ. Tumuli quoque heroum hæc vna in prouincia plures quam in tota Græcia extabant, vt de Gigantibus de quibus præfati sumus, fileam, Xuthi sane Erechthionis, Cranai, Cecropis, Codri, Cephisidori, Anthemocriti, aliorumque in Attica quondam cernebatur. Imo ea tota via qua supplicatio Eleusina instituebatur, heroum tumulis repleta fuerat, sacra idcirco vocata.

In ipsa denique Atheniensium vrbe sepulchra visabantur Lyci, eiusque filii Thrasibuli, Periclis, Chabriæ, Phormonis, Leagri, Sophonis, Melampi & Macortati, qui in bello contra Lacedæmonios ac Bœotios occubuerant, Clæonei, Clisthenis, Melesandri, ac equitum illorum Thessalorum, qui Atticæ auxilio venerunt aduersus Peloponnesios & Archidamum. Excellebat ea tellus, & in re militari longe præstantissimis viris ac Oratoribus, Philosophisque & Poetis non solum qui ibidem quasi ex professo docebant, verum adeo qui istic in lucem editi fuere. Quales fuere ex ducibus Thrasibulus, eiusque pater Lycus, Conon, Iphicrates, Chabyras, Tymotheus Cononis filius, Phocyon, Milciades, Themistocles, Aristides, Cymon Milciadis filius, & Alcibiades Clynæ filius. Reliqui Poetæ extiterunt Menæder, Euripides, Anacreon & Æschylus. Cicer. in Bruto Periclem & Thucydidem Athen eloquentia extollit, scribens ad Atticum, lucent Athenæ tuæ, qua in vrbe primum se Orator extulit, priusquam etiam monumentis & libris oratio est cœpta mandari. tamen ante Periclem cuius scripta quædam feruntur, & Thucydidem, qui non nascentibus Athenis sed iam adultis fuerunt. Ibidem & Lyliam extollit. Catonis autem orationes non minus multæ fere sunt quam Attici Lyliæ, cuius arbitror plurimos esse. est enim Atticus quoniam certe Athenis est & natus & mortuus, functus omnium ciuium munere. Fulgebant & ciuitates Atticæ præter Athenas, Marathon & à Marathone patre Corinthi regis, Tauri reliquiis ab Hercule occisi, Milciadisque victoria, & Macarii fonte celebris, cui nomen indidit Macaria Herculis ex Deianyra filia, quæ se in victimam pro fratribus suis obtulit. Cum Euristheus rex eos persequeretur, & oraculum respondisset, oportere vnum ex liberis Herculis mortem oppetere. In Mythinusa Diana Colænia venerabatur à Colano Rege, qui istic ante Cecropem rerum potiebatur. In Acarna Apollo Agyæus & Hercules apud Alemusios, Ceres legifera, & Proserpina ad Ægospotamos vbi Athen. à Spartanis cæsi fuere,

Sed has omnes vrbes longo post se intervallo relinquebant Athenæ non solum amplitudine vrbs (vt in qua præter conuenticula celeberrima, maxima ædificia constructa fuerant, Prytaneum in quo quingenti cum Archonte conueniebant Prætorium, Lycæum, Musæum & Academia, vbi doctorum cœtus conuenire solebat & Theatrum.) verum adeo Politia & Reipub. longe maxime ac optime constitutæ administratione, vt nihil addam de emporio mercatorum qui ibi frequentes conuenire solebant. Huius vrbs situm & qui illi propinqui sunt portus affabre describit Philostratus, cuius versionem adferre placuit. Iuxta Phaleri portum templum est Cereris & Scyrados Palladis delubrum, pauloque posterius Iouis Aræ, deinde Deorum qui Agnotti appellantur, & Heroum & filiorum Thesei & Phaleri quem Athen. aiunt eum

Gigantibus Atticæ.

Ingentia clara Atticæ.

Insigniores ciuitates Atticæ.

Ædificia clara Athenis.

Situs Athenarum.

Iafone in Colchos nauigasse. Est & Androgei Minois filia ara Herois appellata. Colias promontorium xx. stadiis ab vrbe distat, quo Medorum dissipata classem maris quondam ætus detulit. In ea est Veneris Coliadis delubrum & Genethyllides nominata Dæ (& cum Pyreum delineasset.) Pyreus prisca temporibus non nauale, sed Portus erat, priusquam Themistocles Rempublicam administraret. Nam Phalero, qua parte ab vrbe quam minimum distat pro nauali utebantur. Hinc Menestheum fama est in Troianos soluisse, multoq; ante Theseum ob Androgei Minois filii necem pœnas daturum. Cæterum Themistocles cum animaduertisset Pyreum nauigantibus fore commodiorem, tres in eo portus pro vno Phalero contruxit, in quorum maximo prius Themistoclis extat tumultus. Nam Athen. eorum pœnitentia ducti, quæ in Themistoclem commiserant, eius ossa ex Magnesia translata tumulo conciderunt. Palladis præterea & Iouis lucus in Pyreum conspicitur.

Idem de Munichio portu ac Chersoneso: Pyreus ut in prouerbis legimus, Insula prius erat, vnde & nomen, quod in eam transfiretur, cuius in extremo Munichius definiens Munichia Dianæ sacellum erexit, in quo genitam vrsam cum Athen. interfecissent, fames eos inuasit, qua tum demum eos liberatum ire prædixit Deus, cum filiam quispam Deo sacrificasset. Quod Euribarus ea lege pollicitus, si per totam vitam sacerdotium in familia sua permanisset, filiam exornatam immolauit.

Et de Ceramico concludens: Ceramicus locus est in Attica editus, vbi Athen singulis annis lampades chori certamen celebrabant. Duo autem erant Ceramici, vnus intra, alter extra urbem, quorum in altero meretrices versabantur. Ad Ceramicum dexteram porticus extra cognomento regia, vbi Rex sedet, qui annum regit magistratum regnum appellatum. In hac porticu statuae sunt fictiles, Theseus Scyronem in mare abiciens, & aurora Cephalum ferens quem pulcherrimum ab aurora & dilectum & raptum tradunt, natumque ex utroque Phætona. Et de Athenis hætenus, quæ siue ab Athide Cranai filia siue Minerua urbis patrona (ut quam pro Attica cum Neptuno certasse ferunt, vnde & templum insigne eius Dæ in arce fuerat, & cuius imagine in moneta vsa urbs reperitur) cognominata fuerint, satis constat in Attica rerum potitos, vel ante diluuium etiam Actæum primum omnium, à quo Actæa dicta est, vnde canit Naso.

Separat Actæis Aonios Phocis ab oris.

Is cum filia regnum Cecropi tradidit, qui Lycaonis Arcadiæ principis tempestate floruit, & primus Athenarum urbis fundamenta iecit, à quo & Cecropia cognominata fuit. Vnde scribit Pausanias in Arcad. Meo autem iudicio Cecrops rex Athenarum, & Lycaon eadem tempestate vixerunt. In rebus autem sacris diuersa consilia sunt secuti. Ille enim & Iouem Hypatum supremum nominauit, & res animatas nullas censuit immolandas, sed bellaria quædam patria ad aram sacrificauit, quæ etiam nunc Athen. Pelanus vocant, id est, molam ex farina tenuissima confectam. Lycaon autem infantulum aræ Iouis Lycæi impositum immolauit, & ad aram sanguinem libauit. Genuit autem Cecrops ex Actæi filia Aglaure filias Herfen Aglauren & Ponderosam (quibus infantem colligatum obtulisse Pallada Ouidius secundo Metamorph. canit.) & vnam masculam prolem Erechtona, qui ante patrem obiit, cum à bello peracto sacrificio domum nauigaret, submersus. Filiarum autem Agraulæ ex Marte tulit Alcippem, quæ compressa ab Alirothoo Neptuni filio Aglauron, & ex Mercurio Cericen peperit, Eumolpi Eleusinorum regis coniugem. Vnde est illud Nasonis. xi. Meta. Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo, Herse deniq; ex Mercurio Cephalum tulit ab aurora adamatam & raptum. Ad quod respiciens cecinit Naso de Æaco & Insula Ægina loquutus, quo pacem petiturus ad nauigauerat vii. Metamorph.

*Attica puppis adest & portus intrat amicos
Quæ Cephalum, patriæq; simul mandata ferebat,
Postquam compressi primi sua verba tulerunt
Cecropide, Cephalus peragit mandata, rogatq;
Auxilium, sed usq; refert & iura parentum
Impertiumq; peti totius Achaidos addit.*

Idem Epistola Phædere ad Theseum.

*Clarus erat Cephalus syluis, multaq; per herbas
Conciderant illo percutiente fera.
Nec tamen aurora malè se præbebat amandum,
Ibat ad hunc sapiens à sene diua viro.*

Cephalus

Cephalus Tirichtonum reliquit, & is Phæthonta qui Astynomus Cypri regem Cyniræ illius patrem reliquit, qui cum Mirra propria filia per nutricem supposita concubuisse fabulis fertur, nata post incestum cum patre commissum per Arabiam errabunda, & in arborem sui nominis versa traditur, Quam Ouidius x. Metamorphoseon post multas Lachrymas, quæ in succi forma emerferant Lucinæ ope Adonin genuisse refert venatorem illum ab apro interfectum. Sed redeo ad Atticæ Reges, quorum Cranaus, qui etiam Autochton, iam tum Cecropi sine mascula prole extincto successerat, ipso tempore diluuii Deucalionis. Et cum vnicam filiam genuisset Attidem (vnde & Attica nominata est quæ antea Actæa, Cecropiaque dicebatur.) Amphictionem generum successorem habuit, qui Bacchum fertur cõiuuio excepisse & socerum interfecisse. In cuius vltionem Erichtonius Vulcani & tertæ filius (utpote ex femine Vulcani, cum Mineruam amaret in terram proiecto natus pedibus serpentinis.) Amphictionem occidit, qui ad tegendam corporis turpitudinem, cum non auderet incedere, curru primus dicitur inuectus, restantibus Poetis.

Virgil. iii. Georg.

*Primus Erichtonius currus, & quatuor assis
Iungere equos, rapidusq; rotas insistere victor*

Ouidius ix. Metamorphoseon.

*Iasion se Ceres repetitum mulciber auum
Ponit Erichtonio.*

Is Erichthonius in regno Atticæ filium reliquit Pandiona qui ex Xeusiippa matris suæ sorore genuerat Erechtheum, Procrin Cephalii coniugem & Creusam Xutho nuptam, quæ ex Apolline pariter fertur Ionem tulisse. Floruit vero Erechtheus Troiani belli tempore, Homero teste, ad quem alludit Naso vii. Metam. cum canit.

*Procris erat si forte magis peruenit ad auras
Orithyia tuas magna soror Orithyia
Si factem moresq; velis conferre duorum
Dignior ipsa rapti pater hanc mihi iunxit Erechtheus.*

Cæterum Erechtheus ex Xythea genuit Cecropem secundum Orneum, Metionem, Pandorâ Orithyia & Aglauron. Quarum Orithyia, Boreas fertur rapuisse, & ex ea tulisse Zethen Calaym, Cleopatram Phynei coniugem Plexippi matrem, & Chyonem quam ex Neptuno imprægnatam fabulæ ferunt Eumolpum tulisse. Aglauros autem Orithyia soror, authore Ouid. ii. Metam. ab Mercurio in saxum transformatur. Ab Ornæo præterea Pyleus descendit Menesthei parens, qui cum Agamemone ad Ilium profectus est, ut est apud Homerum in cathalogo nauium ex versione Helli cum de Erechtheo rege loquitur, de quo Papinii in vii. illud accipiendum est.

*Hunc primum regem claris præfecit Athenis
Templum, vbi nunc illi Ciues statuere ferentes
Annua sacra, aras adolentes bobus & agnis.
Hos tunc ducebat patria virtute Menestheus
Maximus, huic nemo poterat certare regendis
Aut etiam ornandis vel equis, vel in arca locandis
Agmina militibus tantum quod maior & annis
Atq; usurum Nestor foret, vnus in illa
Laude fuit certare ausus, tunc nanibus ille
Quinquaginta aderat patriasq; reliquit Athenas.*

Papinius

*Gnostacas arcus habet & vagâ tela Menestheus. Et rursus.
Cedere vix viuis Phlegias arceq; Menestheus.*

Metionem porro rerum fuisse Athenis potitum familia Metionidarum, quæ multis postea annis inter reliquas ea in vrbe claruit, ostendit. Sicyonem is reliquit, qui Sicyoniæ nomen proximæ ac primæ in Peloponneso prouinciæ indidit ac filiam reliquit Chronophylam matrem Polybi, sed ex Mercurio Sicyoniorum Rege qui filiam Talao Biantis filio nuptui dederat Argiuorum Regi, apud quem & Adrastus exulauerat, & cui etiam in regno Sicyoniorum successerat. Sic igitur fratribus in aliis prouinciis rerum potitis, Cecrops secundus Atticæ regnum retinuit, Idque accidisse auxilio Xuthi Hellenis filii Achæi & Ionis parentis qui sororem habebat in matrimonio. Pausanias vii. scribit: Reliquit Pandionem secundum Regem Atticæ, qui auxilio Regis Thracum Therei, Ponti Regem Athenas obsidentem profligauit, & Prognem huic filiam

Cephalii familia.

Cranaus Rex.

Amphictionem Rex.

Erichthonius Rex.

Procris & Erechtheus Rex.

Metio Rex.

Sicyon Rex. Cecrops secundus.

Pandion secundus Rex.

in præmium laboris vxorem coniunxit. Barbarus vero cum Philomelam sororem ex Attica adduceret, cum ea in stabulis ex itinere concubuit haud procul Thracia, & ne scelus indicare posset lingua præcisa miseram reliquit, mentitus quod à patre abducere nequisset. Verum cum Philomela forori in linteo notis quibusdam significasset, Progne re insolita territa, sororem mutam ex stabulis abduxit, ac consilio communicato, filium communem Ithim in Bacchanalibus marito epuladum proposuit, fugientibus ambabus ad littus maris, & in naues sui nominis conuersis. Quam siue historiam siue fabulam lector prolixè apud Ouidium VI. Metamorphoseon leges. Vbi nominatim hi versus leguntur.

*Barbara Cecropios terrebant agmina muros
Threicius Thireus hæc auxiliaribus armis
Fuderat, ac clarum vincendo nomen habebat
Quem sibi Pandion opibusq; virisq; potentem
Et genus à magno ducentem forte Gradivo
Connubio Progne iunxit.*

Et sequitur in versu.

*Quoq; erat ortus Ithiis, festum iussere vocari
Vsq; adeo latet vilitas. Iam tempora Tytan.
Quing; per autumnos repetitis duxerat amnis
Cum blandita viro Progne si gratia dixit
Vlla mea est, vel me visendum mitte sorori,
Vel soror huc veniat, reditura in tempore paruo
Promittes socero, magni mihi muneris instat
Germanam vidisse dabit. Iubet ille carinas
In freta deduci, veloz, & remige portus
Cecropios intrat, Pyræag; littora tangit.*

Et quæ sequuntur.

Is Pandion filios genuit Lycum, qui Antiopam Nerei sibi coniunxerat à Ioue in specie Satyri compressam, & Ægeum Thesei patrem, qui & Pandioni patri in regno Attico successit, cū diu antè exulasset. Quippe Pandion Rex à liberis Metionis patruis eiectus apud Pylum Megarensis Regem exulauerat, utpote cuius filiam Peliam secundis nuptiis copulauerat, & ex ea Nysum Megarensis Regem genuerat, quem aureos fabule ferunt capillos habuisse, in quibus omnis vigor animi corporisque consistebat, cuius rei gnara filia Scylla, à Minoe rege Cretensium Megaras obsidente corrumpitur, ut quæ eius fuerat capta amore, demptisque patri capillis se patrem patriamque hosti prodidit. Niso ipso Rege in auem sui nominis conuerso, & Scylla filia cum amasium nauæ sequeretur, circa Scyllæum Promontorium submersa vel ut alii ferunt è nauis à Minoe præcipitata. Canente Nasone VII. Metam.

*Nox interuenit, tenebrisq; audacia creuit.
Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
Pectora somnus habet thalamos taciturna paternos
Intrat (& heu facinus) fatali nata parentem
Crine sus spoliat, prædæq; potita nefanda
Fert secum spoliū sceleris, progressaq; porta
Per medios hostes (meriti fiducia tanta est.)
Peruenit ad Regem quem sic affata pauentem est.
Suasit amor facinus, proles ego Regia Nisi
Scylla tibi trado patriamq; meosq; penates.
Præmia nulla peto, nisi te, cape pignus amoris
Purpureum crinem, nec me nunc tradere crinem
Sed patrium tibi crede caput, sceleratq; dextra
Munera porrexit.*

Porro habuit & alteram Nisus filiam Iphnoen, quæ ex Megareo tulit, Euippum ab apro Cytheronio occisum, Thymalcum à Theseo interfectum & Alchalcum, qui apud illum postremo confecerat, patrem Callipolis Etheopolis, & Periboæ. Dum hæc transmigratio fit à Niso, matrimonium etiam ab eodem contrahitur cum filia Pyli Regis Megarensis, interea frater nisi Ægeus filiis Metionis iam interfectis paternum Athen. regnum cum fratre Lyco recepit, Quorum Lycus ab Amphione & Zetho, quos Iupiter ex Antiopa Lyci vxore genuerat, occiditur: quod matre pulsa (quæ videlicet in Cytherone illos monte pepererat) Dyrce superinduxisset, & ex eadem

eadem Callirhoen filiam tulerat, quæ Diomedem transeuntem à bello Troiano in amorem sui pellexerat, & cum ea relicta in Italiam abiisset, laqueo se suspenderat. Sunt qui pulsum a fratre Ægeō ad Apharæum Messeniarum Regem, fugisse, & origia magnorum Deorum eo tulisse scribant, & ab eo Quercetum Lyci in Messenia denominatum esse. Itaq; rerum in Attica solus Ægeus positus, cum Æthram filiam Pythoi principis Troezenorum duxisset, ex ea Theseum genuit, & mortuo socero Troezenam Atticæ adiecit. Idcirco Neptuni filius creditus, quod maris dominus effectus esset, quod ab ipso Ægeum nuncupatur. Ferunt huic Æthra mortua alteram duxisse coniugem Medæam Colchidem à Iasone repudiatam, vnde Medcum filium generauit, canente Nasone VII. Metamorphoseon.

*Excipit hanc Ægeus factò damnandus ab vno
Nec satis hospitium est, thalami quoq; fœdere iungit
Iamq; aderat Theseus proles ignara parenti.
Quis virtute sua bimarem pacauerat Isthmum
Huius in exitium miscet Medæa quod olim.
Attulerat secum Scythicis Aconiton ab oris*

Plura lege apud Diodorum libro V. qui pulsam ab Ægeo Medeam refert beneficii accusatam à Theseo, ex rege quodam Asiæ Medum suscepisse, qui Mediæ regionis nomen dedit, ad quod alludens cecinit Ouid. VII. Metamorph.

*Agrestos Aconita vocant ea coniugis astu
Ipse parens Ægeus nato porrexit ut hosti
Sumpserat ignara Theseus data pocula dextra,
Cum pater in capulo gladii cognouit Eburno
Signa sui generis, facinusq; excussit ab ore,
Effugit illa necem nebulis per carmina motis:*

Huic Ægeo Minos Cretensis rex bellum intulit ob eadem filii Androgei, victorque tam duras imposuit condiciones, ut quotannis septem Iuvenes sorte lectos Athenens. in Cretam Minotauro monstro deuorandos mittere coacti fuerint. Id tribus annis cum perfecissent, quarta fors obtigit Theseo filio Regis. Quem non sine dolore abeuntem pater monuerat, ut si Minotaurum occidisset, mutato velo reuerteretur. At Theseus admonitionis paternæ oblitus ductis secum regalibus filiabus cum atro velo in patriam rediret; Pater procul è turri contemplatus, filium obiisse existimans, in mare se præcipitem dedit, quod ab eodem altera & repetita occasione, Ægeum denominatum fuit canente Ouid. VII. Metam.

*Nec tamen (vsq; adeo nulla est sincera voluptas,
Sollicitumq; aliquid letis interuenit) Ægeus
Gaudia percepit nato secura recepto
Bella parat Minos qui quanquam milite quondam
Classe valet, patria tamen est firmissimus ira
Androgeiq; necem iustis ulciscitur armis.*

Patri itaque submerso non ita multo post filius Theseus in regno Atticæ succedit. Cuius labores ac pericula non minus quam Herculis extollebant Græci. Quorum primo perfunctus est aduersus Amazonas, ex quarum numero debellatarum Antiopen, vel secundum quosdam Hippolitam matrimonio sibi coniunxit, & ex ea Hippolitum genuit, ad quem Phœdra nouerca apud Ouidium scribit.

*Prima se curigeras inter virtute puellas
Te peperit nati digna fauore parens
Si quæras ubi sit Theseus latus ense peregit
Nec mater tanto pignore tuta fuit:*

Secundum in nuptiis Perithoni fidelissimi socii contra centauros subiit canente Nasone XII. Metamorph.

*Eurytus Hippodomen, alii, quam quisq; probabat,
Aut poterat, rapiunt. Captæq; erat urbis imago,
Fæmineo clamore sonat domus, ocyus omnes
Surgimus & primus quæ te vecordia Theseus
Eurythe pulsat ait, qui me viuente lacessas
Perithoum; violasse duos ignarus in vno?
Neue ea magnanimus frustra memorauerit heros
Submouet instantes, raptamq; furentibus auferit:*

Tertius labor.

Tertius labor in tauro Marathonio absolutus est, ad quem scilicet alludens canit in VII. Metamor. Ouidius.

-- Nec non & carmina viuo

Ingenium faciente canunt te maxime Theseu
Mirata est Maratho Crætei sanguine Tauri.

Stattus v. Theb.

Hic & ab adfero nuper Marathone superbum
Thesea, & Ismarios aquilonia pignora fratres
Vtraque quis riuila stridebant tempora penna.

Quartus labor.

Quartum laborem suscepit cum Iafone, & Argonautis in Colchidem, fuitque 10
illi socius cum & Draconem occideret & aureum vellus auferret, vnde est illud v. Me-
tamorphoseon. Ouid.

Dum labor ille viris, fretaque indignantur & Austri,
Desuper inualidis fluitantia tela lacertis,
Quid non ausa manu, Telamon & Pelea contra
Spargimus & nostro petitur Tyrinthius arcu.
Illi quippe simul bello pelagoque laborant.
Pars Clypeis munire ratem, pars aquora fundo
Egerere.

Quintus labor.

Quinto labore ac periculo exemptus est, cum Meleagrum Calydonium Oenei filium, 20
& fratrem Thydei in venatione apri Calydonii iuaret, quemadmodum v. i. i. Meta-
morphoseon Ouidius canit.

Sparserat Argolicas nomen vaga fama per urbes
Theseos & populi, quos Diues Achaia cepit:
Huius opem magnis implorauere periculis,
Huius opem Calydon quamquam Meleagron haberes
Sollicita supplex petiit prece causa petendi
Sus erat infesta famulus, vindexque Diana.

Et enumerans omnes qui venationi interfuere, iterum cecinit.

Leeta manus Iuuenum caluere cupidini laudis 30
Tyndarida gemini praestantes castibus alter,
Alter equo, primaque ratis molitor Iason
Et cum Perithoo felix concordia Theseus.

Hunc laborem sequitur victoria celeberrima illa & Atticæ longè vtilissima quam
de Minotauro monstro illo Siculo reportauit. Cui quotannis septem Iuuenes forte ele-
ctos deuorandos exhibere Athen. cogebantur, ad quem alludens canit Ouid. in VIII.
Metamorphoseon.

-- iam lamentabile Athenæ

Pendere desierant Thesea laude tributum,
Templa coronantur, bellatricemque Mineruam
Cum Ioue diisque vocant aliis, quos sanguine voto
Muneribusque datis & aceruis thuris honorant.

Epistola Arcadnes ad Theseum.

Viueret Androgeos, utinam nec facta luisse
Impia funeribus Cecrope terra tuis
Nec tua macchasses nodoso stipite Theseu
Ardua parte virum, dextera parte bouem
Nec tibi qua reditus monstrarent fila dedissem,
Fila per adductas saepe recepta manus.

In eo discrimine secundam Theseus comparauit uxorem Ariadnen filiam Minois utpote 50
quæ illum è labyrintho liberauerat. Qua tamen relicta in Chyo Phædræ sororem spon-
sæ abduxit Athenas, ex eaque genuit Demophonta & Acamanta, qui Pausania (teste x.
Bœoticæ) Troiano interfuit bello. Vnde in Epistola apud Ouidium Ariadne conqueri-
tur de fide Thesei, cuius etiam VII. Metamorph. meminit.

Ouid. VII. Metamorphoseon:

Protinus Egides rapta Minoïda Diam
Vela de lit. comitemque suam crudelis in illo
Littore destituit, deserta & multa querenti
Amplexusque & opem liber tulit, utque perenni

Sydere

Sydere clara foret sumptam de fronte coronam.
Immisit caelo.

Ouid. in Epistola Ariadnis.

Mitius inueni quam te genus orane ferarum.

Credua non ulli quam tibi prius eram

Quæ leges ex illo Theseu tibi litore mitto

Vnde tuam sine me vela tulere ratem.

Et rursus:

Theseides Theseumque duas rapuere sorores

Ponite de nostro bina trophaa domo.

10

Adiit præterea periculum non minimum cum Latrones Polipemonem procu-
stem Schœnim, & Scyronem in sinibus Isthmi conficeret Theseus, vnde Schœnuntis si-
nus & Scyronides petra nomina acceperunt. Historiam siue fabulam narrat Diodorus in
v. Et primum eum qui dicebatur Corynetas externorum interfectorem sustulit, hoc v-
sum nomine à Coryna quod genus armorum est ad vlciscendum accommodatum. Se-
cundum qui in Isthmo erat Schynim, qui duas flexas pinus vtrique alligato hominis bra-
chio sursum dimittens, corpus disceptum maximo cruciatu afficiebat. Deleuit in super
Scyronem habitantem ea loco Megaræ, quæ ab eo Saxa Scyronia vocantur. Hic viato-
res cogebat, ut se ipsos præcipiti iactarent loco, deductos super scopulum abruptum ho-
mines, calcem in mare iuxta Chelonem proiciebat. Sustulit etiam iuxta Eleusinam Cer-
cyonem certantem cum prætereuntibus atque ab se victos perimentem, Deinceps Pro-
cystem occidit in loco terræ Atticæ, qui dicitur Cordyalus habitantem. Hic viatores
cogebat super lectum ascendere, quo si longiores forent parte supereminente amputa-
bantur; qui vero breuiorès, pedibus distendebantur. Ad quam victoriam multiplicem
alludens Naso. VII. Metamorph. cecinit.

20

Ingenium faciente canunt te maxime Theseu
Mirata est Maratho, ceteri sanguine tauri
Quodque suam securus arat Cremyona colonus
Munus opusque tuum est, Tellus Epidauria per se.
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem
Vidit & immitem Caphisias ora Procystem.
Cercyonis lætum vidit cerealis Eleusis
Occidit ille Sceanis magnis male viribus usus.

Et rursus:

Iamque aderat Theseus proles ignara parenti
Qui virtute sua bimarem pacauerat Isthmum
Tutus ad Alcorhoen Lelegeia mania Limes
Composito scyrone patet, sparsaque Latronis
Terra negat sedem, negat ossibus vnda
Quæ iactata diu fertur durasse vetustas
In scopulos, scopulis nomen Scyronis inhaeret.

30

40

Octauo labore Creontem Thebarum Regem mortuos in bello sepelire vetantem
occidit. His iunguntur alii labores. Namque interfecerat post Cytheronium Leonem ab
Alcathoo occisum, Tymalcum Magarei regis filium, qui Nisi gener fuerat, cum Caltris
& Pollucis auxilio Aphydne bellum inferret, qui Euippi erat frater, à Leone Cythero-
nio occisi. Idem Helenam Menelai uxorem, ante Paridem rapuit, & intactam dimi-
sit. Qua dere Helena in Epistola ad Paridem apud Ouid. conqueritur.

An quia vim nobis Neptunius intulit heros
Rapta semel videor, bis quoque digna rapi
Crimen erat nostrum, si delinita fuisset
Cum sim rapta, meum, quod nisi nolle fuit
Nec tamen è facto fructum tulit ille petisum
Excepto redii passa timore nihil.

50

Postremum denique ac proximum omnium illud discrimen subierat Theseus
quando cum Perithoo amicissimo ad rapiendam Proserpinam ad inferos descendit.
Quippe iuramento se astrinxerant, non nisi Ioue natus ducturos, cumque Theseus Hele-
nam ante Paridē Iouis ex Leda filiam rapuisset & interea nulla superesset ex Iouis stirpe,
ut Proserpinam socius Perithous compararet, auxilio fuit. In quo discrimine etiam Pe-
rithoo Cerbero occiso Theseus à Plutone capitur, ad quem liberandum postea Hercules

Theseus ad inferos.

descendit. Ad quod alludēs. canit sub persona Phædræ vxoris in absentia mariti, Hippo-
lito priuigno amorem persuadentis Ouid. in Heroidum Epistolis.

Tempore abest, aberitq; diu Neptunius heros

Illum Perithoi detinet ora sui

Præposuit Theseus (nisi nos manifesta negemus)

Perithoum Phædra, Perithoum q; tibi.

Theseus igitur cum diu rerum in Attica potiretur, eiq; Troëzene regnum adie-
cisset & Panathænea in honorem Mineræ instituisset, & in Isthmo funebres ludos, tot
perfunctus laboribus ac periculis postremo senex in exiliū agitatur, vbi quod regis The-
sprouiæ vxorem rapere voluisset, in vincula conicitur, quibus liberatus in Insulam Sy-
rum nauigauit, & ibi à Lycomedes interficitur, prognatis filiis ex Amazone quidē Hip-
polyto; qui se viuo fraude noueræ ab æquis disceptus est: & ex Phædra Cretensi De-
mophoonte & Acamante, quos à patre occisos mater ad Hippolytum priuignum in Ep-
istolis Heroidum apud Ouid. conqueritur hoc carmine.

Addidit & fratres ex me tibi, quos tamen omnes

Non ego tollendi causa sed ille fuit.

Ossa quidem Thesei multis post annis Cymon Milciadis retulit euerfa Scyro.
Porro historia Hippolyti sic se habet; Cum studio conseruandæ castitatis hominū con-
silia deuotans assidue in syluis venationibus sese exerceret, à Phædra nouerca, quam
pater mortua Amazone Ariadnæ sorori superinduxerat, adamatur, tam vehementer, vt
illum destupro etiam compellere non vereretur. Quæ passim repulsam apud patrem falsi
criminis detulit, cumque ira in filium concitauit, vt patrem Ægæum iam Deum mari-
num factum inuocaret, quo Hippolyto currum agitantem iuxta mare Phocas immitteret.
Quibus emissis equi tertii currum rapuerunt, ipsumq; Hippolytum discepserunt, quo
facto impatiens amoris Phædra laqueo vitam finiuit. Qua de re lege Epistolam Phædræ
ad Hippolytum apud Ouidium. Ipse tamen Hippolytus quamuis disceptus, precibus
Dianæ quam venatione coluerat, restituitur vitæ ab Æsculapio Apollinis filio, quem
postea Dea in Arctium nemus deduxit & Ægeriæ Nymphæ curandum tradidit, cum-
que Virbium appellauit quasi bis virum. Virgilius tamen VII. Æneid. Virbium filium
Hippolyti facit ex Aritia nobili fœmina, cum canit.

Virbium insignem quem mater Aritia mansit.

Sed redeo ad fratres Hippolyti. Quorum secundum quosdam (qui iram patris
declinauerant) superstes Demophoon ex Æthra genuit Apydam principem Athen.
& ille rursus Oxinthum, qui Thymeten, & ille Melanthum, primum reliquit Athen.
Regē, qui Pecilymenen, cuius filius Penthylus nepos, Boreas pronepos Andropompus
extitit. Vnde scribit in Corinthiacis Pausanias, Almeonem Scyllæ filium, Transmedis
nepotem & Pisistratum Pisistrati filium, Pæonis item liberos Antilochi nepotes. Cum
his quoque Melampum filium Andropompi qui Boræ filius, hic Penthyli, hic Pericly-
menis filius fuit. Thifameni igitur & filii eius cum exercitu in terram eam, quæ nunc
Achaia dicitur, peruenerūt. Nelidē reliqui excepto Pisistrato (hic enim ad quos se con-
tulerit ignoro) Athenas sunt profecti. ab his Pæonidarum genus & Alcmeonidarum no-
men accepit.

*Melanthus
rex.*

Codrus Rex.

Sed Melanthus regum Thymetæ Oxynthi filio ereptum occupauit vltimus ex
Thesidis Thymetes, hic Athenis regnauit. Huius Melanthi secundi filius Codrus ille
fuit, qui pro patria occubuit in bello Peloponnesiaco oraculi gnarus, quod hostibus Ap-
ollo dederat, tunc demum, se Athen. superaturos, si eorum regem non occidissent. Ita-
que pauperis habitu, iurgiis & cædibus mortem in sese cōuertit. Reliquit autem Codrus
Androclum filium, qui mutato solo in Asiam abiit, cum non minima manu Atticorum,
ac se Ionibus illis coniunxit, quos ex patria quōdam Ion Xuthi filius Colonos in Asia lit-
torali ante secula deduxerat, de quibus seorsim cum Athen. colonias attingemus, dicturi
sumus. Et quanquam Androcli fratres Medon & Nelius Athenis mansissent, deposito ta-
men imperio, & priuatam vitam agentes duas familias excitarunt Medontidum &
Nelidum.

Vnde scribit III. Messen. Pausanias: Athenis autem nondum eo tempore erant,
qui sorte electi annum imperium administrabant. His enim à Melatho qui Metondi-
dæ principio sunt appellati, populus magnā provincie partem eripuit, & pro regno ali-
um in imperium substituit, qui reddendis rationibus fuit obnoxius, postea autem de-
cennium eis in imperio præscripserunt. Tunc autem occupata Amphia quintum annum
Athen. Æsionides Æschili filius imperabat. Hæc ille.

Et hæc

Et hæc sunt initia Archontum qui decennio primum administrabant, & rationē red-
dere plebi de gestis cogebantur. Ex quorum numero fuere (vt è multis paucos recensea-
mus.) Hippomenes Olympiade XIII. quo tempore Messenii à Spartanis victi fuere, &
Olympiade XXII. Tleias, & rursus Olympiade XXVII. Antosthenes, ac in Leuctrica plu-
gna Alæus, vt de cæteris innumeris sileam, Dionysius Halicarn. Anco Martio Romæ
regnante Damafium celebrat, Liuius Lernem Decade III. Diodorus libro XVI. Lycisti
Olymp. CIX. & sequenti Euboli. Et rursus libro XIX. Olymp. CXVI. Demagenis & De-
mocydis meminisse videtur.

Eligebantur autem Archontes illi adscito qui in Pritaneo. D. consilio iura dicere sole-
bant ex tribub. Tempus autem magistratus non idem semper fuit, vt Vellei verbis vtar.
Tum Athenis perpetui Archontes esse desierunt, cum fuisset vltimus Alcmaon, cepe-
runtque in denos annos creati. quæ consuetudo in annos LXX. mansit, ac deinde annuis
commissa est magistratibus Resp. ex his qui denis annis præfuerunt, primus fuit Charop-
us, vltimus Eryx. ex annuis primus Creon sexta Olympiade post duos & viginti annos q̄
prima constituta fuerat. Porro Archontes illi eligebantur ex familiabus, quarum insi-
gniores erāt præter Medontidum, Nelidum & Alcmeonidum & Metionidarum, Epani-
miorum, Æacidarumq; cuius fuerat Alcibiades, Iacidum in qua Milciades floruit, Aca-
mantidum in qua ad famam Pericles venit, Leontidum, vnde Themistocles oriundus
fuerat, Antiochidum cuius gentis Aristides fuerat, & cuius, nomen Cæsarium numisma
cum imagine nocturæ in scriptionem gerit, vt in symbolis præmissis lector cernes. His
prosapis adiectæ sunt à Ptolomeo, Attalo, Miso & Hadriano Imperatore nouæ gen-
tes.

Hinc est quod scribit I. Dec. III. Liuius. Honores regi primum Attalo immodi-
ci, deinde Rhodiis habiti, tum primum mentio illata de tribu quam Attalida appellarunt
ad decem veteres addenda. Tulerat enim is Rex Athen. aduersus Macedones auxili-
um; ab Hadriano vero quod tribum denominarent Athen. puta ex Romanis conflata
merita eius Cæsaris in causa fuere. Nam & vias in Isthmum refecit & templum Iouis
Olympici à Deucalione Athænis inceptum & extractum ab Augusto, Hadrianus mi-
rum in modum exornauit.

In his igitur omnibus prosapiis siue tribubus, qui rebus præclare gestis patriæ operam
præstierunt, ac sibi æterni nominis gloriam reliquerunt, opere precium est, vt quædam
subiungam: THRASIBVLVS Lycæ filius quod patriæ à Spartanis, eorumq; tyrannis præ-
esse libertatem pepererit, celebratur historiis, occupato siquidem Pyræo portu & phila-
castro, ac Critic Duce xxx. tyrannorum occiso, Rempublicam nobilem in integrum
restituit, donatus idcirco ab illa, Oleaginea corona & centum iugeris.

Is præterea bello Peloponnesiaco communibus cum Alcibiade consiliis, mul-
ta præclara pro patria gessit, & tandem plenus annorum in Sicilia obiit. Sic Alcibiades
Clynæ filius, priuignus Periclis, gener Hipponici, eloquentis. Socratis discipulus, eo-
dem bello Peloponnesiaco aduersus Syracusanos egregie decertauit, nihilominus ta-
men absens immerito damnatur, insimulatus, quod sacra violasset & domi suæ mysteria
sacrorum haberet præter patriæ morem. Quæ indignitas optimo viro causa fuit, vt
Thurios in Italiam, & inde Elidem, postremo Thebas profugeret, & ad postremum
Spartam, cuius incolas cum aduersus patriam ingratam sollicitaret, quo maiori id bel-
lum neruo susciperent, autor erat fœderis illius, quod Lacedæmones cum Persis per-
cusserunt. Is quoq; Delium in sinibus Atticæ docuit præsidio firmare, vt quasi in per-
petua Athen. obsidione forent. Verum cum à Spartanis insidias metueret, ad Tisa-
phernem præfectum Darii se contulit. Interea intercedentibus Thrasibulo Lyci filio &
Therameno, patriæ restituitur, à quo tempore Spartanos ita afflixit, vt tum primum A-
then. vincere dedicerint. Siquidem terrestribus & III. naualibus præliis Spartanos A-
then. fuderunt. Nec contentus hac victoria profectus in Asiam Ionie ciuitates patriæ
subiecit, Bizantio pariter fracto. Sed cum ad Cymen Asiæ minus prospere rem gessisse
videretur, denuo in odium suorum incidit, tanquam corruptus à Persis Cymam capere
noluisset. Rursus igitur relicta patria se ad Achæos contulit, & tribus communibus
castellis prope Patras, copias aduersus Seucem Regem Thraciæ duxit, neque tam
inimicos spiritus contra patriam gessit, quin Philoclem prætorem Athen. aduer-
sus Lylandrum ducem Spartanorum & armis & consilio iuuerit, eumq; ad Ægeos flu-
men castris exuerit, nihilominus vtriusq; inuisus ad Thraces & ab his ad Pharnabazem
in Asiam fugit, vbiper insidias occiditur.

*Archontes
Athen.*

*Familia A-
then.*

*Thrasibulo
dux Athen.*

*Alcibiades
dux.*

Iphicrates Athen. dux.
Eisdem ferme temporibus Iphicrates Athen. Dux Seucem Regem Thraciæ socium populi Athen. regno restituit, & aduersus Ægyptios auxilio vocatus ab Artaxerxe, egregie pugnavit. Subsidioque Lacedæmonis profectus, Epamynondæ & Thebanorum consilia fregit. Donatusq; matrimonio Cotys Regis Thracum filie Philippo Amynthe Macedoniæ Rege mortuo, Euridicen cum filiis defendit, & ex Thrace vxore Tharsa nomine genuit, Menesthæum.

Conon dux.
In eadem præterea Repub. Conon bello Peloponnesiaco claruit prætor, Pheras coloniam Lacedæmon. cepit, quo tempore ad Ægos flumen Athen. a Spartanis victi erant. Quapropter patria à Spartanis subiecta, se ad Pharnabazum contulit, Artaxerxis in Ionia præfectum, & generum, cui aduersus Tyrsafernem, qui a Perlis defecerat, & Agesilaum Spartanorum Ducem Thyrsafeni auxilio venientem & manu & consilio oppem tulit, instructaque classe ex Phœnicibus & Ionibus Lysandrum Spartanorum Ducem apud Cnydum nauali prælio superauit, & exinde victor in patriam reuersus, mœnia à Lysandro diruta, ac Pyræum refecit. Postremo cum Athen. Ionibus Colonis suis libertatem recuperare conarentur, à Tyrabazo Sardorum præfecto Persa, per insidias exploratus interficitur.

Thymothesius Dux.
Huius filius Tymotheus socer Menesthei, qui Iphicratis filius fuerat, Samum, Corcyram, Bizantios ac Olynthios Athen. subegit, & aduersus Cotym Thraciæ Regem bellum gerens mille ac ducenta talenta ad prædā in ærarium tulit. Cizicum præterea obsidione liberauit, & ab Ariobarzane, Erichtonem & Sæston recepit. Chaones denique & Athamanes socios populi Romani effecit, & breuiter imperium maris à Spartanis occupatum patriæ restituit, pulsus nihilominus in exilium, in simulatur quod Chereiti prætori in capienda Samo assistere noluisse. Obiit in Chalcide Eubææ.

Milciades Athen.
Hos sequitur Milciades Cymonis filius, Chersonesum Thraciæ & Lemnum Caribus eiectis Athen. subegit, & quod fidem excedit Darium & Persas ad Marathonem exercitu exultantes ducentorum millium peditum, XII. millibus equitum & classe quingentorum nauium, ipse vix. X. millibus instructus, vicit & ad naues turpi fuga redire coegit, Eubæam insulam à Barbaris vindicauit. Subiecit patriæ & Parum Insulam: Hic cum dedentibus pepercisset, accusatus corruptionis condemnatur, & cum soluendo non esset, in vincula conuicitur, in quibus & mortem obiit.

Cymon Dux.
Cuius filius Cymon cum ob patris multam in publica custodia esset, neq; soluendo foret, Elpenicis vxoris auxilio liberatur, quæ Callie diuiti Iuueni in hoc nupserat relicto Cymone, vt illum qui & maritus & frater erat suis opibus liberaret. Claruit autem Cymon is studiis belli, nã & Thracas ad flumen Strymonē fugauit, & urbē in finibus Amphipolin constituit, & eo decem millia Athen. coloniam deduxit, apud Micalem Cypriorum & Phœnicum classem vicit, & ex Cypro Dolopes eiecit. Thalos præterea opibus fretos suo aduentu fregit, & arcem deniq; Athenis ad meridiem ex manubiis construxit. Ob hæc tanta merita cum & summus pauperum patronus esset, decem tamen annorum exilio multatur, sed gratis mox animis reuocatur, cum Athen. à Spartanis bellum immineret, obiit in expeditione maritima cum cc. nauibus in Cyprum missus fuisset.

Themistocles.
Excelluit bellica laude in Republica Athen. & Themistocles Neoclis filius qui cum Pyrratas centum nauium classe vicisset, Corcyram insulam patriæ subiecit. Et cum Xerxes Persarum Rex cum iis copiis quæ fidem humanam excedunt Græciam ingressus fuisset, Themistocles intellecto Apollinis oraculo, cum ducentis nauibus adiectis centum sociorum hosti obuam progressus, ad Myrhinufium inter Eubæam & Atticam conflavit, cuius deniq; ad Salminem penitus classem dissipauit. Et quo patria tantas procellas sustinere posset, triplicem Pyræi portum primus constituit, nouis naualibus in ruinis antiquæ ciuitatis erectis, adhæc mœnibus Athenas nouis circumdedit. Ob quæ tamen beneficia Argos in exilium agitur. Vnde eiectus Corcyram, & ex ea ad Admetum Molossorum regem venit, à quo cum ad supplicium peteretur, nauigio clam in Asiam transfretauit. exceptusque Ephesi ad Artaxerxem regem, Xerxis filium se contulit, à quo donatus Magnesia & Myonesia urbibus diem suum extra patriam obiit. Cicero in Bruto refert ex Thucydidis autoritate clam in Attica humarum & suspicionem fuisse veneno sibi mortem conscuuisse.

Aristides Athen.
Aristides quoque Lysimachi filius, cui iusti cognomen erat inditum Themistoclis Synchronus Prætor victoriæ apud Plateas de Mardonio relatæ interfuit, fuitque autor Athen. vt in Delo Insula ærarium constitueretur ad classem sustinendam, in quam quorundam annis cccclx. talenta penderentur, nihilominus x. annorum exilium sustinere coactus in tanta paupertate obiit, vt filia publico alerentur.

Aristidi

Aristidi Chabyras Dux succedit, auxilio missus Bœotiis ac Thebanis, Agesilaum Spartanum castris exiit. Neptanabum inde Ægypti regem in regnum restituit. Cyprum quoque deuicit, ab Athen. Euagoræ adiutor datus, & postremo cum patriæ ducem gerit, in bello aduersus Chyrum insulam, obiit.

Cydias dux.
Paulanias in x. Cydiam quendam in bello contra Galatas celebrat. Ex Athen. inquit Cydias omnium fortissime pugnavit, & etate adhuc iuuenis, & qui eo in cōflictu primum belli rudimentum posuerat, Scutum eius vt à Gallis est interfectus Ioui liberatori cognati dedicarunt, addita inscriptione.

Idem Tolmidem in primo celebrat hisce verbis:

Tolmides dux.
Tolmides dux classis ab Athen. electus tum alios affixit, tum maritimam oram Peloponnesi & Lacedæmoniorum, item naualia ad Gythæum incendit, & ex finitimis Eubæam & Cytheroniam insulam cepit, postea cum in Seyroniam mouisset, & agrum vndiq; popularetur, cum hostibus qui occurrerunt, signa contulit, eosq; in fugam vertos ad urbem vsq; est persecutus. Post hæc Athenas reuersus in Eubæam & Naxum Athen. colonias deduxit. Ipse cum exercitu in Bœotiam impetum fecit, magnaq; terræ parte vastata & Cherronæa ex obsidione capta in Haliartum agrum est progressus, vbi & ipse in prælio cecidit, totusq; exercitus succubuit.

Olympiodorus dux.
Idem lib. i. Olympiodorus laudibus in cælum tollit, scribens: Est ibidem Olympiodorus cum ab aliarum rerum quas gessit magnitudine gloriam adeptus, tum quod maxime in tempore ciuium animos corroborauit, qui ob continuas clades consternati, nihil boni in posterum sperabant. Aduersum enim prælium ad Cherroneam omnibus Græcis malorum origo fuit, & in primis eos ad seruitutem redegit, qui vel secure domi defederant, vel Macedonibus se adiunxerant.

Et subdit. Statimque qua poterant celeritate, Olympiodorus ducem designarunt. Is vero exercitum ex senibus pariter & iuuenibus collectum aduersus Macedones duxit, & animorum promptitudine magis quam multitudinum robore, bellum prospere se confecturum sperauit. In pugnam vbi ventum est Macedones prostrauit, & in Milsæum fugere compulsi, castellum cepit, et sic Macedonum imperio liberati sunt Athen.

Salon Athen. legislator.
Adde quæ de Solone legislatore Athen. refert Val. Max. lib. v. Iam Solon qui tam præclaras, tamque vtilis Athen. leges tulit, vt si his perpetuo vti voluissent, sempiternum habitum fuerint imperium, qui Salamina veluti hostilem arcem saluti eorum imminetem recuperauit, qui Pisistrati tyrannidem primum vidit orientem, solus armis opprimi debere palam dicitare ausus est. Senectutem Cypri profugus exegit, neque ei in patria de qua optime meruerat, humari contigit.

Phocyon Athen.
His adnumerandus est Phocyon, qui tamen virtute præstaret, patriam tamen Macedonibus prodidisse fertur, vna cum Demetreo, Phalereo ac Demade, cum Nicanori Cassandri præfecto, Pyræum portum tradidisse. Ac licet Demosthenes patriæ auxilium quoad posset præstaret, veluti ex orationibus eius liquet. Illo tamen vrbe exacto, Phocyon sub Macedonico regno summastenuit, donec Polipercontis ope Nicanor Cassandri Attica pulsus esset, tum & Phocyon damnatus, vndecim viris ad supplicium traditur. Huius defectionis Athen. à Macedonico imperio & Alexand. Magnō meminit. Q. Curtius in x. Et Græci haud ausi imperium aspernari, quanquam soluendarum legum id principium esse censebant, bona quoque quæ extarent, restituere damnatis solæ Athen. non sui modo, sed Reipublice vindices colluionē hominum quia ægre ferebāt non regis imperio, sed legibus, moribusq; patriis Regi assueti prohibuere. Igitur exules finibus eiciunt, omnia potius toleraturi, quam purgantia quondam vrbis suæ, tunc etiam exilii admitterent.

Athen. sub imperio Macedonum.
Quomodo autem in ditionem Macedonum concesserint, paulo ante refert Paulanias in vii. Athenienses enim post cladem in Bœotia acceptam non fuerunt à Philippo subacti, licet bis mille, vt in conflictu succubuerint, sint capti. mille occisi, sed ad Lamiam cum fortassis ducenti, nec eo plures cecidissent, in seruitutem à Macedonibus sunt coniecti. Atque hæc prima fuit imperii Athen. debilitatio. Secunda fuit, cuius meminit Titus Liuius libro viii. Decade iii. Athenæ prudentissima ciuitas bello domi relicto, autore æque impigro ac nobili iuvene magna classe in Siciliam transmissa, vna pugna nauali florentem Rempublicam suam in perpetuum affligerunt. Tertia recensetur à Liuiio Decade iii. libro i. Cum postulata Athen. legatorum qui à Romanis & Aetolis auxilium aduersus Philippum Persei petierant refert, Circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes, semiusta & truncata simulachra Deum, inter prostratas iacere postes templorum. Qualem terram Atticam fecerit, exornatam quon-

dam opulentamque, talem enim si liceat Ætoliam Græciamque omnem facturum, vrbis quoque suæ similem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani subuenissent. Eodem scelere urbem colentem hos Deos, praesidemque arcis Mineruam petitam, eodem Eleusiae Cereris templum, eodem Pyrei Iouem Mineruamque, sed ab eorum non templis modo sed etiam mœnibus, vi itaque armis repulsum, in ea delubra, quæ sola religione tuta fuerint sæuissis. Itaque se orare atque obsecrare Ætolos ut miserti Athen. ducibus Diis immortalibus, deinde Romani qui secundum Deos plurimum possent, bellum susciperent. Hæc ille. Præterea Pausanias in I. refert hunc Philippum Persei patrem Euroclidem & Myconem Oratores Athen. veneno sustulisse, ut per insidias Athen. imperio potiretur. His auspiciis atque initiis Athenienses Romanis societatis iure subiiciuntur. Qui mox misso Cæsari Claudio Centone cum viginti nauibus longis auxiliantibus Rhodiis & Attalo rege, obsidione Athen. liberarunt. Hinc est quod scribit Pausanias in VII. Sed tunc quoque Athen. & exercitum mittunt, & Ducem Acilium, id enim et inter alia nomina erat notissimum. Acilio iniunctum erat à Romanis, ut Philippi bellum ab Athenis & Ætolis propulsaret. Quomodo vero in odium Romanorum Athen. deuenerint, non satis constat. Nisi quod Pausanias in V. I. scribit. Athen. autem populus necessario potius quam spòte diripit Oropum, quæ eorum erat imperio subiecta.

Ad extremam enim paupertatem Athen. tunc erant redacti, utpote qui præ reliquis potissimum Græcis Macedonum bello pressi fuerant. Cõfugiunt itaque ad Romanorum Senatam Oropii, cumque iniusta passi viderentur, iniunctum est Sicyoniis à Senatu, ut propter Oropios multam Athen. pro magnitudine damni dati irrogarent. Sicyonii itaque cum in iudicium die statuto non venissent; Athen. quingentorum talentorum multam eis irrogarunt. Romanorum vero senatus obtestantibus Athen. præter centum talenta reliquam multam remisit, quæ ne ipsa quidem Athen. penderant. Ab eo tempore manserint ne in societate Populi Romani incertum est. A Sylla sane Athenas obsidione pressas ac expugnatas, magna ex parte dirutas, Idem Pausanias scribit suffragante Plutarcho. Verba Paus. in X. sic habent. Hoc inscriptum erat, priusquam Syllæ milites, tum alia Athenis, tum scuta etiã destrueret, in porta Iouis liberatoris suspensa.

Quam historiam Plutarchus in Sylla prolixius enarrat, Athenis autem quæ Aristionis dominatione pati cogebantur collecto robore incubuit, eisque capto Pyreo obsidionem circumposuit, omnibus instans modis, & varia committens prælia. Et subdit. Ut vero deficere materia cœpit, sacros adgressus est lucos. Ipsum etiam secuit Lyceum & Academiam, cuius super omnia suburbana densissimum erat arbutum.

Et concludens de expugnatione. Ad capiendas enim Athenas grauis quædam & inexorabilis cupiditas hominem habebat, seu vetusta vrbis gloria incensus illud umbratile bellum suscepisset, seu furiosus conuitia ferret, quibus eum atque Metellum passim de muris irridens & insultans tyrannus Aristion irritabat. Ipse Sylla in commentariis suis refert Marcum Teium qui prior in murum euaserat cum occurrenti hosti violentius galeæ ictum infixisset, gladium fregisse, haud tamen cessasse loco. Ea igitur ex parte Athen. natu grandiores urbem captam fuisse commemorabant. Ipse vero Sylla inter Pyreum & sacram portam muro effosso & æquato solo nocte irrupit media, terrore maximo, cum tubæ cornuque streperent, & copiæ quas ad cædem & rapinam immittebat per angustos portus militari clamore strictis gladiis ferrerentur, innumerabiles obruncati, cruoris vnda atque magnitudo ipsi etiam nunc locis definitur. nam præter vrbis reliqua cadauera occisorum circa forum numerus vniuerso intra Diphilum Ceramico continebatur. Legere reliqua in Plutarcho ut appareat, Syllam debilitatis sensim Athenis, extremam ruinam superiniecit. Cum paulo ante Archelaus filiorum Mithriditaris natu maximus Athen. vna cum proxima Bœotia mirum in modum afflixisset, quem Sentius prætor Macedoniae, eiusque legatus Brutus Surra vix cohibuerant, ne tota Græcia potiretur. Sic igitur præclarissima ciuitas ac Respub. Græciæ vel literarum cultu toto orbe decantatissima, non solum in Romanorum potestatem venit, verum etiam pene in ruinas concessit.

De cuius vrbis moribus elegans est, quod Liuius primo quartæ Decad. memorat. Tum vero Athen. ciuitas quæ odio in Philippum per metum iam diu moderata erat, id omne in auxilii præsentis spem effudit. Nec vnquam ibi desunt linguæ promptæ ad plebem concitandam, quod genus cum omnibus in liberis ciuitatibus, tum præcipue Athenis, vbi oratio multum pollet fauore multitudinis alitur. Alteram consuetudinem vitio contractam eadem in Reipublica. Valerius Maximus libro V. recenset. Summo consensu maximas virtutes puniri, beneficiaque iniuriis rependi. Quod enim vbi-

que tum præcipue Athenis intolerabile videri debet, in qua vrbe aduersus ingratos actio constituta est, & recte quia dandi & accipiendi beneficii commercium, sine quo vox vita hominum extat, perdit & tollit, quisquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensionem mereantur, qui cum æquissima iura sed iniquissima haberent ingenia, moribus suis quam legibus uti maluerunt. Et postea recensens in quot optimos suos ciues fuerint ingrati, qui de Repub. optime meriti fuerant, damnatos iniuste & exilio multatos ab Athen. ostendit, Theseum, Solonem, Aristidem, Milciadem, Alcibiadem, Themistoclem, Timotheum & Phocyonem.

Reprehendit præterea immodicum luxum in Athen. Athenæus lib. XII. Dipn. Maxima fuit Athen. ciuitas cum delitiis oblectaretur, virosque magnificentiss. educauit. nam & purpureis induebantur vestibus & sagulis variegatis, corimboisque demittebant capillorum, & aureas cicadas circa frontem accõmodabant, comamque ferebant & pueri sellas, ne in quouis loco consideret, illis afferebant. Isti tamen illi erant qui pugnam in Marathonem vicerant, soli que totius Asiæ copias profligarunt, captiuosque duxerunt. Illi præterea qui prudentissimi sunt existimati, qui plurimum nominis in Philosophia sunt consecuti, maximum bonum voluptatem sunt arbitrati.

His tam prauis moribus opposuit nobilis hæc Respub. longe cumulatioris virtutes, studium sacrorum, cultum literarum ac Philosophiæ, consilia & iudicia Areopagi, & naturalis industriæ excellentiam De sacris Athen. non temerariis scribit nominatim. Val. libro I. Athen. Diagoram Philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorasse, an Dii essent, deinde si sint quales sint. Itidem Socratem damnauerunt, quod nouam religionem introducere videbatur. Hinc Liuius lib. Decad. III. Sacerdotibus Athen. excõmunicandi ius fuisse scribit, cum de Philippo Macedonum rege tractat Athen. hoste, Sacerdotes publicos quotiescunque pro populo Athen. sociisque & exercitiis & classibus præcarentur, toties detestari, atque execrari Philippum, liberos eius, regnumque terrestres, naualesque copias. Curabant autem Athen. præter cætera sacra Eleusinia, Panathenæa, Pentaploon, Pythiades, supplicationes & Iouis Olympici templum. Quorum prima in honorem Cereris ab Triptolemo Atticæ rege cœpta fuerant, ad ostium Cephissi, non ita procul ab vrbe, quod Ceres ut fingunt Poetæ rapta Proserpina exulans ad Eleusium Atticæ Regem peruenisset, eiusque filium Triptoleum recens natum pro nutrice incognita aluisset, quem adultum postea quo pacto fruges essent ferendæ docuerat, & curru iungere boues. Hæc sacra Plutarch. Adonia, Plin. lib. XXIII. Thesmophoria, à Cerere legislatrice, & Romani Cerealia appellabant, ad quæ sacra nemo Eleusinae ingredi audebat, nisi prius fuisset initiatus. Hinc cum duo Iuuenes Acarnanes non initiati, fuissent templum ingressi, ab Athen. sunt occisi, ut est apud Liuium in Decad. III. Ob quod maximum bellum exortum erat, cum Philippus, sub quorum ditione Acarnania fuerat, vltionem ab Athen. exigerat, vrbe obsessa, Ad eadem sacra non nisi casti admittebantur. Vnde initiati Amerinæ herbæ semen bibebant, & foliis eiusdem, (ut Plin. est author, præcingebantur.) Scribit Lampridius in Eleusiniis proclamari solitum, ut nemo ingrederetur, nisi qui se innocentem nosset. Ingressum præterea vsque in sacrarium ob vitæ continentiam. M. Anto. Cæsarem Capitol. refert. Contra Sueto. de Nerone scribit: Peregrinatione quidem Græciæ Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii & scelerati voce præconis submouerentur interesse, non est ausus. Hinc illud Poetæ conclamat.

Procul o procul este profani.

De quibus sacris Strabo in IX. adnotauit. Deinde Eleusii, vbi Eleusinae Cereris templum extat, & phanum mysticum, quod Ictinus apparauit, turbæ theatralis capacissimum: Is etiam virginibus Mineruæ domicilium in arce condidit, Pericle operis præfecto. De eisdem sacris Paus. in X. Nos ait ex istorum numero hos esse iudicabamus qui Eleusinia sacra in nullo haberent præcio. Veteres enim Græci mysterium Eleusinium omnibus quæ pietatis causa Diis immortalibus offeruntur, tanto esse augustius duxerunt, quãto Deos ipsos heroibus prætulerunt. Ad horum sacrorum originem subinde alludunt Poetæ, ac præcipue Ouid. qui & sacrificandi ritum ostendit, & quibus vestimentis initiati vsi fuerant:

Ouidius III. Fastorum de origine.

*Adriacumq; patens late bimaremq; Corinthon
Sic venit ad portus Attica terra tuos.
Hic primum gelido sedit mæstissima saxo,
Illud Cecropida nunc quoque triste vocant:
Sub Ioue durauit multis immota diebus,
Et Lunæ patiens & pluuialis aqua*

Athen. ad Rom.

Athen. hostes facti Rom.

Athen. à L. Sylla expugnantur.

Destructio vrbis Athen.

Mores Athen.

Quibus rebus Athen. clarebant. Cura sacrorum Athen.

Quor sacra Athen.

Eleusinia sacra.

Fors sua cuiq, loco est, qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur hic Celei rura fuere senis. Et quæ sequuntur.

Ouid. i v. Fastorum de modo sacrificii.

Pace Ceres beta est & vos orate coloni
Perpetuam, paciferumq, ducem
Farræ Deæ micæq, licet salientis honorem
Detis & in veteres thurea grana focos
Et si thura aberunt vinctas accendite tedas,
Parua bona Cereri sint, modo casta placent.
Et de vestibus.

Alba decet Cererem vestes Cerealibus albas
Sumite nunc pulli velleris usus abest.
Et libro v.

Cur tamen ut dentur Vestes Cerealibus albæ
Sic est hæc cultu versicolore decens.

Panothe-
na.

Secundi ordinis sacra fuere, Panothenæa in honorem Mineruæ vrbis ac prouin-
ciæ patronæ instituta, ac à virginibus dumtaxat celebrata. Quorum originem referunt
ad Theseum, vnde quod filia Erechtei; Aglauron, Pandorosa & Herse & præsertim pri-
ma hæc sacra contaminasset, cum Mercurio congressa in saxum mutata est. Meminit il-
lorum Pausanias in vi i i. Sed nondum apud Athen. priora Panothenæa instituta fuisse
censeo. Huic enim certamini nomen erat Athenæa. Panothenæis autem nomen aiunt
Theseum indidisse, quod ab Athen. omnibus in vnam Ciuitatem collectis essent cele-
brata. Qualia autem sacra fuerint, ex his verbis Pausaniæ liquet: Insuper ea quæ ad
Mineruæ pompam requiruntur parauit, & victorias aureas pro centum virginibus orna-
tum. Est igitur verisimile virgines ornatas supplicationis ritu in arcem & templum Mi-
neruæ ascendisse. Est autem notandum Mineruæ in arce peculiaria sacrificia fuisse ob-
lata. De quibus Liuii est locus accipiendus lib. v. Decad. v. de Paulo Æmylio loquen-
tis, capto Perseo, Athenas inde plenas quidem & ipsas vetustate famæ, multa tamen vi-
senda habentes, arcem, portus, muros, Pyræum vrbis iungentes, naualia magnorum Im-
peratorum, simulachra Deorum, hominumque omni genere & materia & artium insi-
gnia. Sacrificio Mineruæ præsidii arcis in vrbe facti profectus Corinthum altero die
peruenit. Porro ad Panothenæa pertinent versus Homeri & Quidii secundo Metam.
Homerus in catalogo nauium ex versione Eobani.

Hinc qui Cecropiam munit am fortibus urbem
Manibus, incoluere viri, præclarus Erechteo
Ortus auo populus, quem quondam rure creatum
Filia magna Iouis, claris præfecit Athenis
Templa ubi nunc illi Ciues statuere, frequentes
Annua sacra, aras adolentes bobus & agnis
Despiciebat humum, cultiq, arbuta Lycæi
Illa forte Die casta de more puella
Vertice supposito festas in Palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris
Viderat Aglauros flauæ secreta Mineruæ,
Proq, ministerio magni sibi ponderis aurum
Postulat, interea rectis excedere cogit.
Vertit ad hunc torui Dea bellica luminis orbes.

Pentaploa
solennia.

Pentaploa delineat Athenæus lib. x i. Dipnos. Aristodemus lib. i i i. de Pyndaro cer-
tamen fieri scribit Iuuenum impuberum cursus Athen. in Scyrris, qui ramum habent
vitis fructiferum Stolonem vocatum, atq; à Sacello Dionysii currunt ad Mineruæ Scyr-
radis vsq; sacellum. qui vero vicerit, calicem capit Pantaploam vocatum, vnaq; cum sal-
tationibus genio indulget. Appellatur Pantaploa quatenus habet vinum, mel, cascum,
farinam & parum olei. Supplicationis Pythiadis mentio extat apud Strabonem in i x.
Quo quidem in tempore Apollinem in terras aduentantem mansuefecisse homines è
syluestribus fructibus, & minuti viuendi ritu Athenas egressum, adisse Delphos eam
per viam qua nunc Athen. populus Pythiadem supplicationem cum pompa præmittit
ad Panopæam, deinde consistentem urbem. ¶ Superest, vt etiam de Olympii Iouis
templo, quod Athenis post Mineruam cæteris celebre fuerat ac antiquissimum di-
camus, de cuius vetustate Pausan. lib. i. hæc adnotauit. Iouis Olympii fanum antiquum
à Deuca-

Supplicatio
Pythiades.

Olympicum
templum
Athenis.

à Deucalione ædificatum esse aiunt, & Athenis habitasse Deucalionem, signum præ-
ferunt tumulum, non procul ab æde quæ hodie visitur, distitum Hadrianus apud Arhen.
& alia quædam excitauit & Iunonis fanum & Iouis Hellenii, id est Græcanici. Hoc tem-
plum multo ante reges Asiæ Augusto, Cæsari ac Romæ consecrarunt, ad vltimam ma-
num perducentes, vt est apud Tranquillum. Reges amici atq; socii & singuli in suo quis-
que regno Cæsareas vrbes condiderunt, & cuncti simul ædem Iouis Olympici Athenis
antiquitus inchoatum perficere communi sumptu destinauere, genioq; eius dedicare.
Et hæc de sacris prolixè dicere voluimus. Venio ad Areopagum ac seuerum illud Athe-
niense iudicium toti Græciæ commune à Marte denominatum qui primus ibi causam
dixisse memoratur, cum Alirhotoum occidisset. Ferunt & parricidii causam Oresthem
Agamemnonis dixisse ob interfectam matrem Clytemnestram, accusatum à Perilo Ica-
ti filio, Iudicum confessus erat in templo Martis duobus lapidibus argenteis extructus,
quo rei & accusatores insistere iuebantur, quorū vnus contumeliæ, alter impudentiæ
appellationem habebat. Facit ad institutum quod de duobus lapillis atro damnationis
& albo absolutionis Quidius scribit xv. Metamor.

Areopagus
Athen.

10

Mos erat antiquis niueis atrisq, lapillis,
His damnare, reos illis absolueret culpa
Tunc quoq, sic data est sententiæ tristis & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam,
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos
Omnibus è nigro color est mutatus in album.

20

In eodem templo aram Mineruæ & iuxta Sacellum Furiarum Pausanias descri-
bit in. i. & in. i i i i. cum de Polichari loquitur, qui Euphenum Spartanum occiderat, vo-
luisse tamen, vt apud Argiuos qui vtrorūq; erant cognati in Amphictionea statueretur
de pœna, aut Athenis Areopagitarum vt vocant iudicio negocium committeretur, q
de causis capitalibus iudicare multis iam temporibus est visum. Plinius libro primo ca-
pite lvi. Seruitium inuenere Lacedæmonii, iudicium capitis in Areopago primum a-
ctum est. Laudat hoc titulo Athenienses & Valerius Maximus, libro xi. capite i.
egregios virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum prudentissimæ pacis moribus A-
then. subsequuntur, apud quos inertia latebris suis languore mœroris in forum perinde
ac delictum aliquod protrahitur, fitq; vti facinorosæ ita erubescendæ reâ culpa eiusdem
vrbis, & sanctis. consiliū Areopagus, quid quisque Athen. ageret, aut quonam quæstu
sustentaretur, diligentissime inquirere solebat. Pausanias plura iudicia Athenis celebrat
(vt quantum huic ciuitati studium fuerit, appareat.) Trigonium, Purpureum, Batrachi-
um, Paralytum in loco obscuro, vbi leuiore causæ agebantur, Hiliæum, Palladium, vbi
homicidarum causæ tractabantur, & Delphinium, vbi hi audiuntur, qui iustam habuisse
causam cædis prætendebant, ibiq; Theseum absolutum, quod seditionis autores occi-
disset cum labore, Hęc omnia iudicia in Prytanæo (quod in arce fuerat & concilio addi-
ctum ædificium splendidū) fiebant. In quo & alebantur publice qui de Republica bene
meriti fuerant.

30

40

Armamentarium
Athen.

His omnibus rei naualis industria ac post hominum memoriam maxime insignè
Armamentarium accedit à Themistocle primum omnium in eam formam redactum,
vt reliqua facile omnia ac ipsum etiam Gytheum Spartanorum superaret. De quo Stra-
bo in. ix. Quondam muro vallata Munichia erat, & iunctis domiciliis referta, vt Rho-
diorum ciuitas circuitum complectens & Pyræum & alios portus naualibus plenos, in
quibus & Armamentarium Philonis opus, Statio ibi nauium dignitate insignis cccc.
capax nauium, cum non pauciores ab Athen. emitterentur. hoc autem muro duo ex
oppido protracta crura urbem Pyræo coniungunt, hi fuere longi muri stadia quadra-
ginta longitudine.

50

Huc pertinet quod Valerius scribit: Athen. aliquando subiectæ Æginetarum Iu-
uētuti pollices præcidisse, ne rei nauicæ assuefieret & sese superare vel equare possent.
Postremum ornamentum Athen. accessit ex cætu doctorum omnium artium, qui in
pulcherrimis nemoribus extra urbem Lyceo, Academia & Musæo profitebantur. Vn-
de Strabo in i x. Permulta etiam de Lycorio facta commemorat & Thesei fano, &
quæ Lyceum habet & Olympica quam semifactam Rex morte præreptus dimisit, an-
tequam donum offerret, similiter & Academia & Philosophorum horti, & cantorum
receptaculum & porticus, varia & templa per urbem quæ omnia artificum habebant
opera. Et iterum porticus ipsa templi admirabiles habet tabulas clarissimorum ope-
ra artificum.

Cœtus do-
ctorum &
Gymnasi-
um Athenis.

Impluuium autem spectabiles habet statuas. Paus. Academiam plebei hominis villam fuisse. & in ea monumenta Platonis, aliorumque Philosophorum extitisse, & in via qua ex vrbe in Academia ibatur, sepulchra & monumenta erecta Thrafibuli Lyci filii qui de triginta tyrannis Rempub. liberauerat, Periclis, Chabriae, Cononis Thimothei & aliorum. Praeterea eorum qui Athen. auxilia tulerunt, & interfecti fuere Equitum Thessalorum, Sagittariorum, Cretenfium, & Cleoneorum. Idem Lyceum a Lyco Pandemonis regis filio nominatum refert.

Sunt qui in Athenis praegiffi doctos Athenis tradant. Sed placet locum Ciceronis siue potius querelam inferere quae sua aetate de defectu studiorum Athen. in III. de Oratore conqueritur; Athenis iam diu doctrina ipsorum Athen. interiit, domicilium tantum in illa vrbe remanet studiorum quibus vacant Ciues, peregrini fruuntur capti quodammodo nomine vrbs & autoritate, tamen cruentissimos homines Asiaticos quiuis Athen. indoctos non vrbs sed sono vocis nec tum bene quam suauiter loquendo facile superabit.

Pertinet & illud ad laudem Athen. quod in bello Thebano Septennali, quo Adrastus Argius Pollinice generum reducebat, caduera Argiuorum, quae victores Thebani sepultura indigna iudicabant, pietatis ergo soli Athen. terra condiderint.

De quibus satis superque dictum est, Recipio me ad insignia eius Reipublicae quae triplicia inuenio, Mineruae faciem, Noctuae situlae insistentem ac oleae ramulo circumdatam, & Bouem. De Minerua comperrares est, cum haec & vrbi nomen dedit, & cum Neptuno certarit, victoriamque reportarit. Vnde non solum arcem Athen.

Mineruae consecrauerunt vbi Mineruae templo & Palladium ignem perpetuum in honorem virginitatis asseruabant, verum etiam ubique & eius Dae simulachra & aras facellaeque venerabantur. Sic Plinius lib. tricesimo quarto capite octauo. Phydias praeter Iouem Olympium quem nemo emulatur, fecit & ex ebore equae Mineruam, Athenis quae est in Parthenone astans. Et iterum: Cephisidorus Mineruam mirabilem in Portu Athen. & aram ad templum Iouis Seruatoris in eodem portu, cui pauca comparantur. Et libro xxxv. capite v. Quidam & naues pinxisse, vsque ad annum l. argumentum esse, quod cum Athenis celeberrimo loco Mineruae delubro Propyleon pingeret. Strabo libro ix. cum situm Athen. describeret: Vrbs ipsa saxum est in plano quaque versus habitata, quo in saxo vetustum Mineruae templum Poliadis surgit, in quo lucis inextinctae Lychnus est, & virginum domus, quam Isthinius condidit, vbi Palladium est ex ebore perfectum opus Phydias. Meminit & Plutarchus in Sylla, cum obsidionem & ex pugnationem ab eo factam describit. Cum sacram Dae lucernam per inopiam olei extinctam audisset, nihil fecit, Sacerdotique quid dimidium frumenti sextarium petierat, piper misit. Loquitur vero de Aristione Athen. praefecto in obsidione. Huc alludetes nimirum eccinerunt

Poetae:

Homerus in cathalogo ex versione Eobani.

*Hinc qui Cecropiam munitam fortibus urbem
Maenibus incolere viri praclarus Erichthaeo
Ortus auo populus: quem quondam rure creatum
Filia magna Iouis susceptum nutrit atque
Hunc primum regem, claris praefecit Athenis.*

Virgilius in Aetna:

*Nunc hic Cecropiae variis spectantur Athenae
Carmimbus gaudentque sui victrice Minerua.*

Ouid. vi. Metam.

*Cecropia Pallas scopulum Mauoris in arce
Pingit & antiquam de terra nomine litem.*

Et libro vii.

*Palladasque meo non cognoscendus Athenis
Ingrediorque domum, culpa domus ipsa carebat.*

Ouid. viii. Metam.

*Dadalon & sumptis pro publice Cocalus armis
Mitis habebatur iam lamentabile Athenae.*

Insignia
Athenae.



Pallas Atti-
ca.

*Castag ligna dabat, dominoq; erat anxia rapto
Vix adiuus per mille dolos ad Erechthida factos.
Perdere desierat Thesea cum laude tributum
Templa coronantur, bellatricemq; Mineruam
Cum Ioue, dusaq; vocant aliis.*

Idem primo Fastorum:

*Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo
Aequa Venus Teucus, Pallas iniqua fuit
Oderat Aeneam propior Saturnia Turno,
Ille tamen Veneris Numine tutus erat
Speferox cautum petiit Neptunus Vlysses,
Eripuit patrio saepe Minerua suo.*

10

Quare vero Noctuae symbolo vsi sint Athen. triplex reddi ratio potest. Prima quod oculos caecos ac glaucos habeat haec auis similiter vt Minerua pingebatur Athen. patrona, hinc est quod scribit in primo Atticorum Pausanias. Huic Mineruae statuam fuisse appositam, minime mirabar, cum illum de Erichtonio sermonem cognitum haberem. Sed quod in eadem oculos glaucos vidi, Lybicam esse fabulam inuenio, his enim dictum est, Neptuni & Tritonidis lacus filiam esse Mineruam, & propterea glaucos oculos sicut Neptunum quoque habere. Secundam arbitrorationem quod Athen. ea existimati sint fuisse prouidentia, vt hostium consilia procul quasi per tenebras obseruarint, quemadmodum & auis ista in tenebris ea cernit, quae vulgus aliarum in luce nequit. Tertia quod hanc auem antiquitas inauspicatam consiliis crediderit, vnde prouerbiu ortum est, Noctua volat. Et licet consilia eius vrbs, inauspicata fuisse censeatur, (vt verbis Liuii vtar lib. i. Dec. iiii. Athen. quidem literis, verbisque quibus solis valent, bellum aduersus Philippum gerebant,) tamen constat Mineruam vrbs patronam consulta etiam mala in bonum exitum vertisse. Quarta ratio sumitur ex Laureo Atticae loco, fodinis metallorum celebri & noctuis frequentato. Quintam & praecipuam causam Ouid. ii. Metamorph. commemorat cum Erichtonii regis Atticae natiuitatem describit & corui albi alitis in nigrum conuersionem ostendit.

30

*Pallas Erichtonium prolem sine matre creatam
Clauferat, Aetnae extra de vimine cista.
Virginibusque, tribus gemino de Cecrope natis
Seruandum dederat, sed inconfessa quid esset,
Et legem dederat sua ne secreta viderent
Abdita fronde leui densa speculabor ab ulmo.
Quid fecerant commissa dua sine fraude tuebatur
Pandrosos atque, Herse timidas vocat una sorores
Aglauros, nodosque manu diducit & intus
Infantemque viderat, adporrectumque Draconem
Aetnae Deae refero, pro quo mihi gratia talis
Redditur, vt dicar tu tela pulsa Mineruae,
Et ponar post noctis auem (mea paena) volucres.*

40

Alludit porro ad noctuam Athen. & illam de coruis fabulam Pausanias in x. Clytodemus autem omnium quotquot Athen. res patrias descriperunt, antiquissimus in Attica historia inquit, cum Athen. classem iam Siciliam versus instruxisset infinitam coruorum multitudinem prouolasse Delphos, & mutilasse has simulachri partes, aurumque ab eo rostris detraxisse. Addit idem hastam fregisse coruos & noctuas. Scitum est quod scribit Plutarchus in vita Lylandri de eo qui domini sui furtum enigmaticos indicans dicebat multas sub regulis cubare noctuas, innuens nimirum abditas pecunias noctua insignitas. Huc pertinet prouerbiu illud tritum, Noctuas & vlulas Athenas videlicet portas, hoc est aquam in fluuium quod tam vlulae quam noctuae Athen. frequentes essent, Et sic intelligitur carmen Ouid. i. Fastorum:

*Et sine lite loquar, cum Palladis alite cornix
Sedit & accipitri iuncta columba fuit.*

Quod vero Athenis vlula ac vasa fictilia quibus insidere noctua apparet in symbolo frequentes fuerint, vt aerea corinthi Atheneus i. Dipno. ex antiquo carmine probat, quod latinè redditum sic habet.

*Thebani primi iunxerunt fortia currus
Membra, Acatos caeres aconomon Pelagi*

Atq; rotam terra & valida fornace creatam


Oeconomum clarum f. Etile vas reperis

Qui populi Marathone in agro statuere trophæum.

Et merito profecto fictile Atticum laudat, inquit Eubulus fictilia Cnidia ferulæ patella, Megarensia dolia.

De olea Attica, cuius ramo in numismate Athen. noctua circumdatur, refert Val. Max. libro XI. cap. I. cum de Areopago Athen. loquitur. Eadem bonos ciues corona decorandi primo consuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Huic alludentes cecinere Poetæ. Virgil. VII. Æneidos.

Olea Athen.



*Numisma-
tū inscriptio.*

*Colonia
Athen.*

Ceterum in numismate ubi noctuæ & Oliuæ ramuli cernuntur Icones, Elephantus est sculptus, & Antiochi in scriptio, quæ ostendunt ab Archontibus duobus hoc signatum argenteum fuisse, qui de familiabus duabus insignib. Antiochi & Ptolemæ oriundi fuere, De bouis symbolo quia cæteris non adieci explicare superfedeo, arbitror autem à Triptolemo Eleusii regis Atticæ filio originem duxisse, quem Ceres curribus iungere boues, ac sementem facere docuit. Lege Plin. libro VII. cap. LVI. Sed iam tempus est, ut caput coloniis concludamus, quas in Asiam Iones Atticæ terræ populus XII. deduxit, quot videlicet in Attica vrbes habuere. De quibus Velleius Pater: subsequenti tempore magna vis Græcæ Iuuentutis, abundantia virium sedes quærans in Asiam se effudit. Nam & Iones duce Ione profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupauere, quæ hodieque appellatur Iona, vrbesque constituere Ephesum Myletum, Colophona, Prynem, Lebetrum, Myuntem, Erythram, Cazomenas, Phocæam, multasque in Aegæo atque Icatio occupauere Insulas, Samum, Chyum, Andron, Tenon, Paron, Delon, aliasque ignobiles. Has colonias bis in Asiam deductas inuenio, primum ab Ione Xuthi filio Achæi fratre, ut dictum est. Secundo ab Iolao Thebano Herculis ex sorore Nepote & sociis Thera Autefionis, ac filiis Euctimenis Philagone & Damone. Cuius meminit in septimo Pausanias: Vetustissimorum autem memoria Iolaus Thebanus Herculis ex sorore Nepos, Atheniensium in Sardoam, & Thespiensium Dux fuit. Vna item ætate priusquam Athenis enauigarunt Iones & Lacedæmonios & Mynias Lemno expulsos à Pelasgo Theras Autefionis filius Thebanus in insulam perduxit, quæ nunc à Thera hoc nomen accepit. *Et subdit.* Cæterum ex Græcis Ionum classi hi interfuere, Thebani vna cum Philota, qui vnus fuit è posteris Penelai Orchomenii, dehinc cum Minyis propter Codri liberorum cognationem alludit Strabo in VI. Leleges vero sunt nonnulli, qui eisdem illos & Cares arbitrabantur, alii finitimos solum, conciuēsque, atque commilitones. Quocirca in Milesiorum agro habitationes quædam Lelegum nominantur, frequentibusque in locis Cariæ & se-

10

Tum saltus Anchisa delectos ordine ab omni

Centum Oratores angusta ad n. cæmæ regis

Ire iubet ramis velatos Palladis omnes

Lucanus III. Pharsaliæ:

Pacifico sermone parant, hostemq; propinquum

Orant Cecropiæ pralata fronde Minerva.

Ouid. XIII. Metam.

Dat galeam capiti, defenditur egide pectus,

Percussamq; sua simulat de cuspide terram

Hedere cum baccis fæctum carentis oliuæ

Idem VII. Metamor.

Cecropidis hæc est tellus: ea fœdera nobis

Tristis abit, stabuntq; tibi tua fœdera magno.

Et subdit:

Duxerat inq; domum patris Spectabilis Heros

Et veteris retinens etiam nunc pignora forma.

Ingreditur ramumq; tenens popularis oliuæ.

Horatius libro I. Ode VII.

Laudabant alii clarum Rhodon aut Mitylenen

Aut Ephesum bimarisaq; Corinthi

Mænia, vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos

Sunt quibus vnum opus est intactæ Palladis urbæ

Carmine perpetuo celebrare &.

Vndiq; decerptam fronti præponere oliuam.

20

30

40

50

pulchra Lelegum & monumenta deserta Lelegia appellata monstrantur. Quæque nunc Ionia dicitur, totam eam Cares & Leleges incolabant. Quos cum Iones expulissent, ipsi regionem occuparunt, etiam veteres illi qui Troiam expugnarunt. Leleges è locis Sidæ & Pedaso fluuio vicinis eiecerunt.

Secunda transmigratio Athen. in Asiam facta est à filiis Codri regis Neleo & Androclo qui & Phocenses, Delphosque, aliosque eò traduxerunt. De cuius occasione transmigrationis refert Pausanias in septimo; Medon & Nileus natus inter Codri liberos maximi contentionem de regno mouerunt. Et negauit Nileus se commissurum, ut à Medonte regatur, quia claudus erat altero pede Medon. Denique cum visum eis esset oraculo Delphico rem committere. Medontem Apollo regem Athen. declarauit. Sic Nileus & reliqui Codri liberi in coloniam sunt missi, secum vna abductis quicumque ex Athen. volebant proficisci, maxima exercitus pars Iones erant. *Et subdit.* Interfuerunt præter Delphos & alii Phocenses, & ex Eubœa Abantes, Philegon dehinc & Damon Euctemonis filii, Athen. naues ad profectioem suppeditarunt Phocensibus & ipsi in coloniam duces fuerunt. Ut vero nauibus in Asiam appulerunt, ad alias alii maritimas ciuitates se receperunt. Nileus cum sua parte Miletum, Androclus dehinc Codri filius (Hic enim rex declaratus est Ionum, qui in Ephesum nauigarunt) qui partem vrbs superiorè tenebant, Lelegas & Lydos è regione eiecit. *Et concludit.* Iones posthac ducta Myuntem & Prynem colonia, Ceribus quoque hi oppida ademerunt, Myuntis conditor Cyarethus fuit Codri filius. Prynenses vero Ionibus permixti Thebani Philotum vnium ex posteris Penebi, & Ægyptum Nelei filium conditores habuerunt.

Ad huiusmodi Ionum, id est, Atheniensium transmigrations ac colonias alludit Strabo libro octauo. Ion vero superatis Eumolpi commilitonibus Thracibus, tantum famæ laudisque consecutus est, ut Athen. illi Reipublicæ gubernacula committerent. Qui primum quidem omnium multitudinē quaternas diuisit in tribus, deinde in quatuor degendæ vias. Quosdam enim agricultores designauit alios opifices aliquos sacrorum faciendorum curæ præfecit, nonnullos ciuitatis custodes. Talibus ab eo ordinatis amplius regionem sui nominis vocabulo appellatam reliquit. Qua indies magis mortalibus referta Athenienses intra Peloponesum ex Ionibus coloniam miserunt, & plagam quam occupant pro Aegiale Ioniam nominarunt, eodemque modo pro Aegialensibus Iones appellati, in ciuitates duodecimo dispartiti. At enim post Heraclidarum reuersionem ab Achæis expulsi, denuo Athenas repetiere. Illinc vero cum Codri prognatis in Asiam Ionicam transmisere coloniam. Hi in Lidia & Caria littore ciuitates duodecim condidere, totidem in partes seipsos diidentes, quot intra Peloponesum habentur. Denique reperio Atheniensium colonias & in Sardiniam deductas, ductoribus Iolao & quinquaginta aliis filiis Herculis, qui Thespiades cognominabantur.

Quam historiam Diodorus in V. sic enarrat. Thespius vir fuit nobilis Arheniensium Erechti filius, qui imperans ei quæ à se denominata est regioni, ex pluribus fœminis filias genuit. Hercules puer adhuc, sed robore præstans corporis, cupiens ex eis prolem suscipere, vocato ad sacrificium patre, cum opipare illi epulas parasset, accersitis filiabus singulatim cognouit omnes, ex quibus geniti quinquaginta mares, omnes eiusdem ferme ætatis communi nomine Thesphiadæ dicti sunt. Hos decreuit in coloniam mittere iuxta oraculi responsum. Præfecto classis Iolao exercitu tradito, cui & Thespiadum & coloniarum deducendæ curam Hercules permittit, ex quinquaginta liberis, duo Thebis manserunt, quorum progenies etiã nunc dicitur in honore esse, septem Thespii quos Demochos appellant, posterius eorum ad hæc vsque tempora ciuitatis habentur principes. Reliquis pueris, multisq; præterea voluntariis ad ædificandam coloniam assumptis Iolaus in Sardiniam nauigans priorem insulæ partem, scilicet campestram tenuit. *Et subdit.*

Rediens deinceps in Græciam Iolaus, neq; in Siciliam nauigans aliquandiu permanfit in insula. Quo tempore plures qui cum eo accesserant, capti locorum amoenitate, Sicaniq; permixti in insula remanere.

DE EUBŌEA INSVLISQVE
PROX. CYCLADIBVS.

Descriptio
Eubœæ.



EUBŌEA Insula (quam siue ab Eubœa Asterionis filia, siue à boue, hoc est Io, quæ in hac insula Epaphum genuisse fertur, vnde & locus aula bouis dictus superest, deriuare quis volet) à Sunio Atticæ prouinciz in longum exprorecta iacet, secus oram Atticæ ac Bœotiz ac Locrorum, non ita procul à littore, in confinibus denique Atticæ ac Bœotiz augustissimo freto, quod Euripum vocat, disincta à continente viginti stadia excurrit, cum latitudinem inæqualem habeat, ad summum vero stadiorum centum. Quam curuam à Chalcide ad Aulim Bœotiz, cauam inter Aulida & Gerestum promontorium, maxime, vero prope Chalcidem insulæ Metropolin, incuruatam & terræ motibus obnoxiam vetusti Geographi descriperunt, & diuiserunt in Isthæam, Oretaniam, Hallopiam, & Styrienses Sunio Atticæ proximos, hodie Nigropontem appellant, forte à nigra Euripi aqua, Isthæa quidem versus Locrenses Lycho Cenæo & Dio Pro. circumscripta fuit, quam à tribu Athen. nomenclaturam accedisse autumant, quæ in hanc insulam demigravit, condita ciuitate Isthæa, quæ postea à Philippo Oretanorum Rege, siue à monte, in quo sita, est Oreus appellata fuit. Oretania vero primis tempotibus ab Isthæa separata cum fuisset, bello tamen superatis eius incolis ab Hellopiensibus nomine amisso Isthæa accessit. Quæ & ipsa postea desit incolis à Pericle Athen. in Thessaliam profligatis, mansit tamen multis postea seculis vrbs Oreus. Vnde Liuius VIII. Dec. III. Inde classem in Eubœam ad urbem Oreum transmittunt, quæ à Demetriaco sinu Chalcidem & Euripum petentibus ad læuam prima urbem Eubœæ posita est. At vero quæ sequitur versus Bœotiam Hellopiam, ab Ionis filio Hellope qui ibi colonias deduxit Ionum, Styram habet conterminam ad Gerestum promontorium & Capharæum montem, cui appellationem additam autumant à ciuitate illius metropoli Styra, quam Athen. duce Phedro bello Maliaco euerterunt. Porro insulæ primos cultores Thraces fuisse, sunt qui prodiderint, quibus Arabes primum, qui Cadmum ex Phœnicia sequebantur, deinde Æolenses ex Penthili exercitu, & postremo ex Aba Phocidis Abantes paulatim coaluere. Quorum quidem in Eubœa Homerus in catalogo meminit.

Diuisio Eubœæ.

Populi Eubœæ.

*Qui vero Eubœam spirantes robur Abantes,
Chalcidæq; Eretriamq; & vini feracem Isthæam,
Cerinthumq; mari iunctam celsam Iouis urbem,
Quiq; Caristion habent, & qui Styracumq; frequentant
Quos duxit princeps Elephenor Martius Heros
Chalcedoniades animosus rector Abantum
Ipsi etiam clara bello virtutis Abantes
Præcipue iaculatores hastamq; periti:
Vibrare, & longis contingere pectora telis
Hi quoq; quadraginta graues duxere carinas.*

His omnibus si Diodoro credimus lib. v. Thebani ab Argiuis & Alcmeone expulsi, accessere bello Troiano, Ex Thebanis (inquit) qui in Tilphosium confugerant, Tyresias defunctus est, quem sui ciues magna cum pompa sepelierunt tranfacto paululum tempore quidam eis in Ionibus sedibus mansere, quidam Athanas profecti Creonte Mæncii regnante, patria pulsi, paulo post in Dorida remearunt in Grinæo Limeoque & Eubœa habitantes. Eodem libro Dryopes ex finibus Trachinæ pulsos ab Hercule, rege illorum Philanto occiso, transmigrasse in Eubœam ac Caristum condidisse refert. Deinde cum Philantus Dryopum rex templum Apoll. Delphicum diceretur violasse, vna cum Miliensibus armis aduersus eum sumptis & regem peremit Dryopum, & incolis patriæ expulsi, eorum agros Miliensibus dedit, filiam regis captiuam ducens comprefit, ex eaque filiam suscepit Antiochum, expulsiq; Dryopes quidam diuertentes ad Eubœam ciuitatem, condidere Cariston.

Ex his omnibus vna gens conflata creuit sub regibus primo, quorum antiquissimus memoratur Nauplius filius Neptuni, Amymones Danaï Argiuorum filiz, qui ob interfectum Palamedem ad Troiam, Græcis reuertentibus ab excidio, succensio igne in Capharæo altissimo monte naufragii occasionem fecit.

Tradunt & aliam vltionis rationem Autores, per vniuersam videlicet Græciam vagatum

vagatum, regiaque ingressum, & absentium vxoribus se commiscuisse, & cum Diomedem & Vlysem naufragium accepisset aufugisse, è scopulo se in mare precipitè dedisse, Cuius filius Palamedes (quem ferunt Astrologiz calculorum, mensurarum, ponderum, ordinum in acie ac vigiliarum, tesserarumque in castris, ac quatuor literarum Græcarum Θ Ε Ζ Φ inuentorum) in illo memorabili Græcorum aduersus Troianos expeditione, Vlyssis insaniam cum coarguisset, hominis in se perniciosam vltionem concitauit. Quippe Vlysses, vt domi maneret, insaniam simulauerat, & quo melius rei fidem faceret, iunctis aduersa naturæ animalibus salem ferebat. Palamedes autem vt viri astutiam detegeret, ferenti Telemachum filium obiecit, quo viso ne filium lederet, Vlysses aratrum subito suspendit. ita deprehensis technis Vlysses ad procinctum adigitur, qui iam inde vltionis cupidus, adulterinam Priami nomine epistolam scripsit, prodicionis consilia comprehendentem & pondus auri, præmium in loco secreto indicantem, quod ipse Vlysses terræ infoderat. Quapropter cum literis lectis aurum præterea inuentum esset, in Concilio Græcorum damnatur, & lapidibus obruitur. In cuius necis vltionem, vt diximus pater Nauplius & vxoribus principum supra & ipsis reuertentibus ac tempestate laborantibus, ex Caphareo monte ignem ostendit, bonamque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum adnauigantem, in asperrimos scopulos pellexit, miserisq; naufragio perdidit. Et sic intelliguntur versus Ouid. in lib. Metamorph.

Metamorph. lib. XIII.

*Ingenio tamen ille. At non Aiakis, Vlysses
Nec in me stolidæ conuitia fundere lingua
Admiremur eum vobis quoq; digna pudore
Obiicit, an falso Palamedem crimine turpe est
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum
Sed neq; Naupliades facinus defendere tantum,
Tamq; patens valuit, nec vos audistis in illo
Crimina, vidistis precio quæ obiecta patebant.*

Metamorph. lib. XIII.

*Fulmina noctem Imbres, Iram cæliq; marisq;
Perpetimur Danaï, cumulumq; Capharæa cladis
Nec morer referens tristis ex ordine casus,*

Et rursus.

*Vt mihi sælices sint illi sæpe vocati
Quos communis hyems, importunusq; Capharæus
Mersit aquis, vellemq; horum pars vna fuisse.
Vltima qui cepit detractaui furore
Militiam ficto, donec solertior isto
Et sibi inutilem timidi commenta detexit
Naupliades animi, vitiatq; traxit ad arma.*

Hos secuti sunt post secula Cothius rex, qui ex Athenis eo profectus apud Chalcidem regiam tenuerat. Æclus itidem ex Athenis in hanc insulam venit & ex Eretria gubernauit. Post quos Pericles classe in hanc appulit & Atheniensibus subiecit. In qua nimirum insula montes historiis memorati fuere Telethrius Caphareus, vnde naufragii occasionem Græcis dedisse Nauplium præfati sumus, & Caristus vitifer, & vnde marmor Caristium magnæ existimationis adferebatur, in quo denique monte lapis celebratur quem pectebant, texebant, & inde mantilia faciebant.

Memoratur & mons Eubœæ Cysseus nomine cuius etiam Liuius mentionem facit libro VIII. Decade III. Inde vt omnes hostium motibus posset occurrere etiam in Phocidem, & Eubœam & Peperethum mittit, qui loca alta eligerent. vnde editi ignes apparerent. Ipse in Cysseo (mons est in altitudinem ingentē cacuminis editi) speculam posuit, vt ignibus procul tublatisignum, vbi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Promontoria potiora eadem habuit Insula versus Locros & Trachinios, Lychum à Lycho quem isthic ante mortem Herculis occiderat, & è regione Atticæ Delphinum ac Leonta. Ex aduerso autem littore contra Cyclades Promontoria describuntur Ceneum, Dium, Cleoneum, & Gerestum. Geresti sane Homerus mentionem facit libro Odysseæ. II. & T. Liuius libro primo Dec. III. Ad Prasias (continentis Atticæ is locus est.) Isthæorum xx. Lembi classi Rom. adiuncti sunt. ii missi ad populandos Caristiorum agros, cætera classis Gerestum nobilem Eubœæ portum. Dum Caristo Isthæi redirent, tenuit. Et rursus de Caristo monte libro secundo. Hæc circa

Montes & promontoria Eubœæ.

Caristion mont.

Andrum insulam classes coniuncta Eubæam inde exiguo distante freto traiecerunt Caristiorum primum agros vastarunt, deinde ubi Caristus presidio à Chalcide raptim misso firma visa est. Ad hæc omnia celebratur Liuius & Egeleon Eubææ promotorium contra Sunium Atticæ, Attalus quoq; Ægeleon nihil minus quàm tale quidquam in alterius oppugnatione vrbs, timentibus oppressit. Et iam cum opera in effectu erant circa Oreum. Ad Ceneum porro Lythum & Caristum alludunt Poetæ.

Lythum promon. & sup.

Quid. Metamorph. lib. IX. de Hercule.

*Ecce Lythum trepidum & latitantem rupe cauata
Aspicit, usq; dolor rabiem collegerat omnem
Tunc? Lythe dixit ferialia dona dedisti?
Tunc me a necis autor eris, tremit ille pauetq;
Pallidus & timide, verba excusantia dicit
Dicentem genibusq; manus adhibere parantem,
Corripit Alcides, & terq; quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortius undas,
Ille per aerias pendens induruit auras,
Exanguemq; metu, nec quicquam humoris habentem
In nudos ver sum silices prior credidit etas
Nunc quoq; in Euboico scopulus breuis eminet alte.*

10

Idem Metam. lib. IX. de eodem Hercule.

*Excipit hunc Nessus, neq; enim moriemur inulsi.
Secum ait, & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptæ, velut irritamen amoris
Longa fuit mediæ mora temporis, actaq; magni
Herculis implerant terras odiumq; nouerca
Victor ab Oechalia Ceneo sacra parabat
Vota Ioui, cum fama loquax peruenit ad auras
Deianira tuas, quæ veris addere falsa
Gaudet & è minima sua per mendacia crescit*

20

LUCIUS V.

*Littoris Euboici memorando condite busto
Qua maris angustat fauces saxosa Caristhos.*

30

Versus hi de Lycto interpretantur à Diodoro v. Biblio. de Herculis laboribus differentis, Cumque Arcades ei opitularentur, vrbe captâ Eurythi filios occidit Troxeum, Melionem & Pytium, Iolem captiuam secum ducens ex Eubea in montem profectus est, nomine Cenæum, ibique sacra facturum Lyctum domesticum quendam ad vxorem Deianiram in Trachiniam misit, vt ei vestem qua in sacris vti consueuerat, afferret. Hæc cum à Lycto de amore Ioles cognouisset, cupiens se omnibus in amore præferri, tunicam iuxta centauri consilium tinxit. Hanc à Lycto rei inscio delatam Herculis indutus, medicamento vt paulatim inualecente, torqueri maximo dolore cœpit. Virus enim sagittæ veneno viperæ infusæ corpus conficiens, dolores ciebat immentos. Itaq; Lyctum vestis latorem primum occidit, tum demisso exercitu in Trachiniam venit, morboque magis in dies ingrauescente in Delphos Licinium ad Iolaum misit, Apollinem morbi remedia sciscitatum. Deianira calamitate Herculis stupefacta, cum causam tanti mali sciret se profectam, laqueo excessit è vita. Responsum Apollinis iubebat ferri cum apparatu bellico Herculem in Oetam, ibique prope eum ingentem strui Pyram, de reliquis inquit Ioui curam fore. Qui cum Iolao erant, iussa Apollinis exequentes, quod futurum erat suspicabantur. Hercules desperata salute in Pyram cum ascendisset, rogabat accedentes, vt ignem subiicerent. Quod cum nullus auderet solus Philoctetes in gratiam sagittarum, quas ei Hercules reliquit. Pyram succendit, subitoque fulminibus circumdantibus Pyra exusta est, accedente Iolao vt ossa colligeret cum nullo penitus repertum esset, credentes Herculem secundum oraculi responsa ad Deos translatum, sibi vt Heroi sacra quædam fecerunt. Inde ad Trachiniam reuersi Menætius postmodum Actoris filius Herculis amicus, tauro, capro, arieteque veluti heroi immolatis instituit, vt singulis annis Herculi in Optune sacra facerent. Hæc eo prolixius adducere voluimus, quod in capite de Trachinia ommissa, hic insigne eius provincie fusius explicant. Montes & promontoria sequuntur fluuii, quorum tres à Geographis ac historicis celebrantur. Budorus, Nileus & Cereus. Habent vero postremi memorabile, quod in alterius aqua pecora immissa nigrescant, & in alterius nigra pecora albescant.

Historia de Herculis morte.

Trachiniorum insigne leg. supr. f. 36

Fluuii Euboicæ.

albescant. Ciuitates deniq; insulæ duæ Metropoles describuntur Chalcis & Eretria, relique in deformitatem reciderant à Persis destructæ, nimirum Amaranthus & Cerinthus, Oechalia ab Hercule solo æquata est. Chalcidem aiunt ab Athen. ante Troianum bellum conditam Gymnasio & conuersatione Aristotelis & Peripateticæ sectæ loco insignem, cuius subinde T. Liuius Dec. IIII. meminit. Quam videlicet ab Antiocho Asia rege occupatam, multo vix labore Quinctius recuperauerat. Quare lib. eiusdem Decad. quinto scribit. Bœoti nihil responderunt, cum Antiochus in Bœotiam venisset, tum quid faciendum esset, se liberaturos esse. Antiochus cum Chalcidis præsidium & Achæos & Eumenem regem misisse cognouisset, maturandum ratus. Et subdit. Achæi quingenti ab Eumene rege modicum auxilium missum Duce Xenoclide Chalcidensi, nondum obsessis itineribus, transgressi Euripum Chalcidem peruenierunt. Romani milites quingenti ferme & ipsi, cum iam Menippus castra ante Salganea ad Hermæum qua transitus ex Bœotia in Eubæam insulam est, haberet, venerunt: Mictio erat cum iis legatis à Chalcide ad Quinctium ad id ipsum præsidium petendum missus. Et libro eiusdem sexto. Non in Eubœa Chalcidem captam, & castellum Euripi expugnatum Romani, Sed Hetruriam Liguriamque & Galliæ Cisalpinæ omnia bello ardeat. Hæc est illa Chalcis, quam Græciæ pedicam Philippus Amyntæ vocare consueuerat. Strabo libro nono. Et cum aduersus exteriores interni certamen de dignitatis fastigio & principatu, gerebant sicuti Philippus Chalcidem, Corinthumq; Græciæ pedicas vocabat, ad Macedonia oppportunitates respiciens, quæ posterius & ea quæ sunt ad Demetriadè vincula denominabantur. Hinc arbitror symboli monetæ sculpturâ posse deriuari vt secundo ordine huius secundi libri Lector contemplabere. Siquidem pedicæ simile quiddam præ se fert, qui Chalcidis habet inscriptionem nummus, nisi forte adferri illam quis formam retorquere velit, quæ eorum ora coercerentur, siquidem æris ac ferri minoris vrbs illa cum primis sat habebat, vt vel nomen ipsum Græcè testatur, ac Strabo prolixè meminisse videtur. Præterea ad hanc alludens Lucanus in v. cecinit:

Metropolis Eubææ.

Chalcidicæ vrbs.



Chalcidicæ insigne.

ac ferri minoris vrbs illa cum primis sat habebat, vt vel nomen ipsum Græcè testatur, ac Strabo prolixè meminisse videtur. Præterea ad hanc alludens Lucanus in v. cecinit:

30

Chalcidos Euboicæ vana spe raptæ parabas.

Et iterum:

*Arctatus rapido feruet qua gurgite Pontus
Euripusq; trahit cursum mutantibus undis
Chalcidicas puppes ad magnam clāssibus aulam.*

Sequitur Chalcidem Eretria colonia, vel ab Eretria Attica vel altera Triphiliaca Peloponnesi deducta, tam potens olim, vt non solum autore Strabone armare potuerit tria millia peditum, equitumq; sexcentos, & LX. currus, verum etiam insulas clarissimas Tenedon, Andron, ac Chyon subiectas habuerit, primis temporibus, Arotria ac Melancides nuncupata, Gymnasio Philosophorum & ipsa famigerata, maxime facta Menedemi, in cuius campo, eiusq; ditionis duo insignes vici erant, Amaranthus quondam vrbs à Persis destructa, Oechalia deleta ab Hercule. Erant in ea insula & Cerynthus exile oppidum & templa nobilia Dianæ Eubææ, Dianæ Amarynthidis, Apollonis Selinuntis, Orobiæ oraculum & Posidium versus Sunium. Hinc arbitror factum, vt Eretrienfes Dianæ imagine in numismate vti fuerunt. Scribit præterea Strabo in XIII. Heræum, id est Ionium in Eubœa templum, vbi aqua dicitur manare quæ libera cognominata est.

Eretria vrbs Eubææ.

Templa Eubææ.

Insigne Eretrien.

50



Insigne Isthmæ.

Ad quod facit quod Pausan. primo Achæicæ refert, Asterionem fluuii filias habuisse Eubæam, Prosynnam & Ascræam, easque Iunonis nutrices extitisse. Denique ob tot Neptunia templa credendum est, & præsertim Isthmæos Neptuni symbolo vsos, pisci marino insidentis. Causa vero tot Posidiorum fuit, non solum Euripi reciprocatio fuit & difficilima in eo freto nauigatio, quod insulam à Bœotia & Attica distinguit, verum etiam tot scopuli & quasi charybdes ex saxis in mare procumbentibus, ex altera insule parte, quæ, nō semel naufragiorum causa fuere, vt de naufragio Græcorum sileam, quod Græcis reuertentibus à Troiano excidio contigerat, satis constat nauem periisse

illam ad Eubœam, qua os Pelopis vehebatur Pifa allatū, cum arca Herculis, quod Damarmenus piscator multis post annis cū reperisset oraculo reddere illud Elæis coactus est. Livi lib. I. Dec. IIII. Larissæ, cognomento Cremastis in Eubœa meminisse videtur, scribens nominatim, cum de Oreo vrbe Eubœæ oppugnata à Rom. & Attalo rege tractat, Larissamq; non illam in Thessalia nobilē vrbe sed alteram quam Cremasten vocant, subito aduentu præter arcem cœpit Attalus. Ferunt Euboicis peculiare ac proprium fuisse, vt literam R. durius & sæpius in nominibus proferrent. Vtebantur præterea hastis oblongis in bello. Et Plinius libro xviii. capite ix. Triticum Eubœense laudat, e contra Abietes vituperat. Idem libro xvii. cap. xxvii. Olympio vento hanc insulam obnoxiam scribit. Ad hæc colonias hæc Insula plures quam vllum Græciæ vel amplissimum regnum, & quidem in latissime distitas prouincias misit, testantur hoc Istiæ Thessaliæ, Edeffa Macedoniæ, Eretria vna ad Pharsalum, altera haud procul Atho mōte Macedoniæ, Chalcis Ætoliæ, & Hippochalcis, Eubœa Corciræ, Eubœa Lemni, & tertia Sicilia, cuius incolæ Gelon rex expulit. Quin & Olynthum à Chalcide deductā coloniam auctores sūnt, quam vrbe Philippus Amyntæ destruxit. Cumanos deniq; Italiæ oriundos ex Eubœa testatur Velleius Pater. Rom. historicus, Athenienses in Eubœa Chalcida Eretria colonis occupauere, nec multo post Chalcidēses orti vt prædiximus Atticis. Hippocle & Megesthene Ducibus Cumas in Italia condiderunt, huius Classis cursum esse directum, alii columbæ antecedentis volatu ferunt; alii nocturno æris sono, qualis Cerealis sacris fieri solet, pars horum ciuium magno post interuallo Neapolim cōdidit.

Consuetudo Eubœæ.

Colonie Eubœæ.



Meminit & Lucanus & confirmat numisina vetus, quod habet inscriptionem duplicem CVMMAEORVM & AMPHICTIONVM. Versus Lucani libro quinto sic habent, cum Apium deserto oraculo Delphico Sybillam consuluisse, de incerto euentu belli, quod inter Cæsarem & Pompeium gestum erat, introducit.

*Talis in Euboico vates Cumana recessu
Indignata suum multis seruare furorē.
Gentibus ex tanta fatorum strage superba
Excerptis Romana manu.*

Huc pertinet quod scribit Strabo in x. Nam Eretriam vrbe circum Pallenem & montem Athon ædificauit, Chalcis autem attributas Olyntho condidit quas Philippus diruit. Italia quoq; atq; Sicilia pleraq; à Chalcidensibus posita loca tenet. Sequuntur reliquæ insulæ, & quidem quæ ex Cycladum numero insigniores sunt, à nobis explicabuntur. DELOS prius Ortigia & Latonia Asteria & à Cyntho monte Cynthia, præterea ab igne isthic primum reperto Pyrpoles. Item Lagia Mydia, Centia & Cynethus appellabatur. Ortigia quidem à Coturnicibus, qui in hac insula primum apparuisse traduntur. Latonia à Poetis dicitur, quod ab illa Diana & Apollo isthic in lucē editi fuerint. Quapropter & Delos Græco origine quod ostendisset hos Deos cognominatur, vel quod merula in aqua subito apparuisset. Siquidem & Thucydides terræ motibus crebris hanc concussam scribit, & Naso vi. Metamorph. canit:

*Orbem interdixit qua vix Eretrica Delos
Errantem accepit, cum leuis insula nabat
Illic incumbens cum Palladis arbore palma
Edidit in vitta geminos Latona nouerca
Et iterum in xv.
Concipiunt, tempusq; fuit quo nauis in vnda
Nec sedet Ortigia.*

De cuius insulæ cultu hæc Strabo in x. Delos igitur vrbe in plano positam, & Apollinis templum atque Latonæ. Cynthus autem mons sublimis & asper incumbit vrbi, annisque per insulam non sane magnus labitur Inopus nomine. Insula enim parua est, ipsa sane antiquitus magno in honore fuit Deorum gratia ab Heroicis inchoans temporibus. Fabulæ namque tradiderunt Latonam hoc in loco pariendi soluisse dolores, cum Apollinem simulac Dianam in lucem edidit. Ad quam fabulam simulq; oraculum Apollinis isthic olim clarum alludentes cecinerunt Poetæ.

Delos insula.

Virgil. in Aetna.
Carmen eris dexter, venias mihi carminis auctor,

*Seu te Cynthos habet, seu delos gratior illa,
Seu tibi Dodona potior.*

Idem in II. Aeneid.

*Rursus ad oraculum Ortygia Phabusq; remenso
Hortatur pater ire.* Statius. viii. Theb.

Ille mihi Delo Cyrbaq; potentior omni

Ouid. vi. Metamorph.

*Quoq; magis audetis genitam Titanida Delo
Latonam præferre mihi: cui maxima quondam
Exiguam sedem paritur a terra negauit.*

Et subdit:

*Instabilem q; locum Delos dedit, illa duorum
Facta parens.*

Et libro ix.

Vimq; Dei passam Delphos Delonq; tenentis.

Hanc insulam expulsis antiquis colonis sibi Athen. subiicisse Pausanias in I. Melfen. author est. Porro Delo canes nonalebantur, & prohibitum mortuos sepelire, qui in proxima Rhenea tumulabantur. à Delo, Diana, & Luna Deila, eiusq; monte Cyntho, Cynthia, Poetis appellatur, Sic Statius i. Theb. Et rursus:

Consuetudo in Belo.

*Furta nec occultum Phæbo sociasset amorem
Intemerata thoris felix si Delia nunquam
Bis qui nos plana cum fronte resumeret orbes
Cynthiam.*

20

Delo & Cycladibus proxima est Andros itidem in Athen. potestate ex qua Macedones exemere, & his Romani, qui eam Attalo regi Asiæ vna cum Ægina donarunt. Hinc scribit Livi in I. Dec. IIII. Romaniq; cum Pyreum primò ab Hermione petissent, paucos ibi morati dies, oneratiq; æque immodicis ad honores sociorum, ac quæ in iram aduersus hostem fuerat, Athen. decretis, nauigant à Pyrao Andrū, & cum in portu quæ Gaureleon vocant, constitissent, misso qui tentarent oppidanorum animos, si voluntarie tradere vrbe, quam vim experiri mallent, postquæ præsidio regio arcem teneri, nec potestatis suæ esse respondebant, expositis copiis omniq; apparatu vrbiumpugnandarum diuersis partibus rex & legatus Romanorum ad vrbe subeunt, vbi Præsidium regum Philippi Macedonis intelligit. Per regem vero Attalum, cui post expugnationem insula cessit (vnde subdit) Attalusne desertam haberet insulam & Macedonum fere omnibus, & quibusdam Androrum, vt maneret, persuasit. Ad hanc alludit Naso decimo tertio Metamorphoseon in Anii vatis ad Anxam:

Andros insula.

*Pene vides orbem, quod enim mihi filius absens
Auxilium, quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet.*

40

Ab Andro iter propinquum est in Naxon insulam Cycladarum maximam. Cui Plin. lib. IIII. cap. XII. varia tribuit cognomina. ait enim hanc minorem Siciliam, Strongilem Calliopolin & Dionysiam siue à Baccho nominatam Naxos (inquit) à Delo XVI. cum oppido quam Strongilen, deinde Diam, mox Dionysiada à vinearum

Naxos insula.



50



fertilitate, alii Siciliam minorem, aut Calliopolim appellarunt, patet circuitu lxx. M. Pass. dimidioque maior est quam Paros. Hinc est quod in moneta eius insule, vt lector, vltimo primi ordinis & primo secundæ cernes cū Bacchi barbari, tum Satyri bibētis symbolo hæc insula vsa fuit. Huc pertinet quod Diodorus in v. scribit, cum de Thefei reditu occiso Minotauro loquitur. Deinde cum Ariadne noctu, clam recederet insulā appulit, aliquādo Diā, nunc vero Naxon vocatā. Eo tēpore Dionysiū ferunt pulchritudine Ariadnes captū, cum a Thefeo virginē abstulisset vxorē illā ab se præter modū dilectā duxisse, post eius obitū propter singularem amorē honore immortalium

insignia Naxos

dignatus coronam ex astris Ariadnes in cœlo constituit. Athenus lib. primo cap. xxvii. Ex autoritate Archilochi viuum Naxium nectari comparat. Hæc confirmant Poetæ.

Virgil. lib. iii. Aeneid.

Bacchatumq; ingis Naxon viridem Dionysam.

Olearon nuceamq; Paron Sparfasq; per aquor Cycladas. Statius lib. vi i. Theb.

Occidis Aonii puer altera cura Lyæi

Macida se fractis planxerunt Ismarathyris.

Te Tmolos te Nyle ferax Thefaaq; Naxos

Et Thebana metu iuratus in Orgia Ganges.

Quid. iii. Metam. de Baccho locutus.

Naxon ait liber, cursus aduertite vestros

Illam mihi domus est, vobis erit hospita tellus

Per mare fallaces, perq; omnia numina iurans

Sic fore, meq; iubent picta dare vela carina

Dextera naxus erat.

Et viii. Metam.

Parte Samos fuerat, Delosq; Parosq; relietæ,

Dextra Lehyntes erat, fecundaq; melle Calydna

Quod vero facies Bacchi barbata in moneta Naxiorum exprimitur contra visitam Bacchi effigie, causam reddit Diod. in v. Duplici esse videtur forma, quoniam duo Dionysii extiterunt, primus barba promissa antiquo more barbam nutrientium fuit, Speciosior posterior Iuuenis, & ut fertur delitiosus, Quidam duplicem formam illi tributam volunt, quoniam ebrietas & iucundos facit & hilares. Satyros etiam quorum opera infulatione & tragediis oblectabatur secum, tradunt duxisse. Et musarum quidem optimis institutis, Satyrorum vero risu ac loco Dionysius vitam omnem foelicem dicebat. Ex quibus non solum barba Bacchi in insignibus, verum etiam bibentis Satyri ratio redditur. Ex Paro insula proxima Naxo optimum ac candidissimum marmor in Græciam & Italiam ferebatur, vnde Archilochus Poeta ortus erat. Strabo refert Parios Thasum ædificasse, & in Præpontiade aliud oppidum Parium nomine construxisse. Cuiusque proximæ extiterint insulæ Cyclades, Strabo in x. enumerat. Secundum hanc Scyrum & Seriphum & Melum & Syphnum, & Cymolum, & Prepesinthum & Olearon. Post has Parum, Naxum, Syrum, Myconeum, Tenum, Andrum, Gyarum, Syphni & Scyri prope Andron etiam Liuius meminit libro i. Decade iiii. Cætera classis Geresium nobilem Eubœæ portum, dum à Caristo Isthaci redirent, tenuit. Inde omnes velis in altum datis, maris medio præter Scyrim insulam, Icum peruenere ibi paucos dies sæuiente Boræa retenti, vbi prima tranquillitas data est, Scyatum traicere vastam vrbe, direptamque imperio Philippi. Ibidem & Cythni merito est, ab Andro Cythnum traiecerunt, ibi dies aliquot oppugnanda vrbe nequicquam absumpti Athen. lib. i. Dipn. vinum ex Scyatho laudat adducens versus ex Poeta, quorum hæc est versio.

Vinum viatori susurras, ebibe

Scyathum nigrum pari par additum.

Adde quæ de Mycone insula & Seripho refert. x. in Strabo Extat & Mycones sub qua Gigantum nouissimos ab Hercule mactatos iacere fabulantur, è qua deriuatum est prouerbium; Omnia sub vnam Myconum; quandoquidem quæ natura distinguuntur, sub vnum titulum descriptionemque ducuntur. Myconos etiam quidam caluos appellant. cum illud vitium ea passim exuberet in insula, Seriphus autem est in qua facta vulgabatur quæ dicuntur in fabulis. Dicitur piscatorem arcam adduxisse retibus, in qua Perseus cum matre Danae positus tenebatur, cum pater Danaes Acrisius vtrumque abieciisset in mare. Ista in insula educatum esse Perseum proditur, qui cum caput Gorgonis allatum Seriphiis ostendisset, vniuersos mutasse fertur in lapides, idque in matris vltionem factitasse, quia illis adiutoribus Seriphi rex Polyctetes nuptiis inuitam adegisset, adeo autem lapidosum esse Seriphum, ut qui contueantur, in inspecta obuenisse Gorgono causentur. Tenos quoque vrbe non sane magnam habet, verum Neptuni fanum ingens extra muros spectatu dignum. Chyos insula hodie sub imperio Genuensium, (quibus ante seculum Imperator Constantinus Andronicus Paleologus, donauerat) ad Asiam versus deflectens, optimo quondam vino & marmore celebris, si Plin. credimus lib. v. cap. vltimo. Cuius situm inter Cycladas Strabo delinians lib. x i. Cæterum in ipso Asiæ situ circumscribendo contiguas illi adscribemus insulas, præcipue quæ dignæ,



dignæ, ut referantur, videbuntur, Cyprum, Rhodum, Choon & quæ iacet ordinatim in littore, Samum, Chyum, Lesbum, Tenedum. Idem ab initio libro xiv. Ionie Chyum adscribit, & inter Ionicas Asiæ ciuitates colonias ab Athen. deductas Chyum insulam enumerat, his nominatim verbis. In Ionica colonia Naclus Codri filius notus post-

um Pagnas & Damathius Athen. Eretras, Canopus, atque hic etiam Codri filius notus Phocæam, Athen. cum Philagone, Clazemenos, Parolus, Chyum, Egertius mixta multitudinem ducens Samum, Tymbrion, ac deinde Patrocles. Nam hæc sunt xii. Ionie ciuitates postea ad Ioniam Smyrna adsumpta est Ephesiorum opera.

Nomen insulæ Plin. libro v. capite vltimo ex autoritate Metrodori & Cleobuli à Chyone nympa accessisse refert, quum alii à niue deducatur & Macrin ac Pitiusam appellatam velint. Hæc omnia vii. Achaicorum Pausanias confirmat, in Dedali historia. Constat inquit, per vniuersam Siciliam & maximam Italiæ partem notum fuisse Dedali nomen. Similis autem præter Samos & Elidem ad nullos alios est peregrinatus Ion.

Porro Tragicus Poeta in historia talia quæpiam indicauit. Neptunum in Insulam Chyum desertam tum peruenisse, ibiq; cum Nympa concubuisse, & partus tempore niuem in terram è cœlo esse delapsam, & hac de causa Neptunum Chyū equū puerum nominasse, temporis item progressu Oenipionem in Chyum ex Creta nauigasse & cum eo filios Tutum & Euanthem. Idem tradit Oenepionem cum filiis Talo Euanthe, Melanthe, Athamante & Salago ex Creta in hanc primum omnium habitam exiisse. Quibus successores Curetes ex Asia, & his ex Eubœa Abantes, quos isthuc Amphicleus ex oraculo duxerat, quos omnes posterus Hector Troianorum ditioni subiecit. Illo destructo Smyrnenes proximi obtinere, sub quorum vero postea Chyus insula ditione extiterit incertum, hodie Genuenses obtinent, quibus à Turcarum illa tyranno conceditur.

Adde quod in v. scribit Diodorus, Aristeum aiunt post Acteonis obitum cum ad oraculum adisset patris, Apollinē respondisse, futurum esse, ut Chyum insulam adiret, in qua ei honores impenderentur, cum in eam nauigasset, orta per vniuersam Græciam peste pro Græciis Syrii atri tempore fecisse dicunt, hisque actis Etesis flantibus ventis morbum cessasse, miranda profecto res huic homini priuatim contigit. Nam is qui filium à canibus interemptum conspexit, & astrum cœleste quod ex nomine perniciem inferre mortalibus putant, ad salutem vertit, & ceteris extitit causa salutis. Postea nepotibus in Chyo relictis in Lybiam ad matrem Nympham rediit, ac deinde in insulam Sardorum profectus in ea consistit. Quam autem Chyus Asiæ Ionice propinqua extiterit, vel ex his Liuii verbis colligitur, quæ sub finem lib. vi Dec. iiii. leguntur. Rhodiarum naues cum Paulistiro præfecto classis, is adiunctus Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus in acie instructa steterunt, posteaquam confessionem victis satis expresserunt Rhodii & Eumenes domum dimissi, Romam Chyum petentes, phænicentem primum portum Erythrae terræ præteruecti, noctu anchoris iactis, postero die ad insulam ipsam traiecerunt, vbi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocæam transmittunt. Ad insulam Chyi nobilitatem pertinet, quod ferat generosissima vina Aruisia à monte Aruisio aspero & importuoso, dicta, quæ hodie adiectione vnius literæ Maruisia nominantur, quorum meminit Maro hoc carmine.

Vina nouum fundam, Calathis, Aruisia nectar.

Ad quæ alludens scribit in xiiii. Strabo cum cæteræ circum vicinæ vino optimo abundant, & tota ferme continens quæ propinqua est vina optima ferat, ut Chyus, Lesbos & Coos antiqui & Ephesum Megalopolitanum optima sunt. Celebratur eadem in insula & in Homeri morte, Veneris templo & Harpyiis monstris, quæ huc ex Asia Zetes & Calais, Boreæ & Orythia filii cum Argonautis profecti fugarunt, & quæ ex hac insula Aeneam ab excidio Troiano Italiam petentem adflixerunt. Vnde in insignibus, ut moneta vetus ostendit, Harpyia Chyi vti fuere. Historia de Homero sic habet, ut Philostratus adnotauit, cum ex Smyrna Homerus in qua natus fertur, fortè in Chyum nauigasset, incidens in piscatores eos interrogauit, ecquid capissent. Responderunt illi ænigmate. Quæcunque cœpimus non habemus, quæ vero non cœpimus ea habemus, pedunculos, quibus vestes purgauerant, intelligentes. Hoc ænigma cum soluere Hom. inquireret, mœrore animi cõtabit, ac obiit in Chyo ciuitate, insulæ cognomine,

LXXX nauium capace. Cæterum in Chyo insula præter cætera Veneris templum maximo precio fuerat. Hinc Titus Liuius Decade 11. lib. secundo: Attali regis legatus naues captiuosque, quæ ad Chyum nauali prælio capta essent, & Nicephorium Venerisq; templum quæ spoliasset, vastassetque pro incorruptis restituit. Edificationem eius templi ac initia describit Diodorus in v. cum Aristæum Actæonis patrem qui à propriis canibus est discerptus, in Chyum insulam commigrasse ostendit. Post Aristæum inquit, Daphnis atq; Ceyx adiicientur. Ceycem tradunt Veneris ac Butæ regis cuiusdam indigenæ insignis gloria filium extitisse. hic propter nobilitatem matris præclarus apud homines fuit, & imperitauit insulæ parti. Condidit quoque super locum excelsum ex suo nomine ciuitatem præclaram, in cuius arce matri dicato templo & vasis illud variis ornauit & donis, Eam Venus urbem, tum incolentium religione, tum filii pietate alleccta, plurimū dilexit, à qua Venus Erycina dicta est. Ad vinū Chyū & Harpyias alludūt Poetæ.

Ad vinum Chyum alla. Maro.

Vina fundam Calathis Aruisia nectar.

Tibullus Elegia secunda,

Nec mihi fumosos veteres præferre palernos

Consulis & Chyo soluere vincla cado.

Crytias Græcus Poeta quem Athenæus citat i. Dipnos. cuius versus Latio sic donati sunt.

Meletus Chyusq; ferax, vrbisq; Oenopionis

Aurea Thyrenos concelebrat Phiala.

Hermippus ab eodem Athæneo citatus, cuius Car. versa.

Fælicis Chyi post incundissima vina

Et vinum proprium Saprium quod nomine dicunt

A quo reclusis vasis & tegmine capto

Surgit odor violam redolens, suaucisq; Hyacinthos

Tota volat diuinis odor post tecta reclusis

Tale meis opto conuiuiis adsit amicis

Aristophanes eodem citatus & versus

Bibisse vina non suavi Pramnya

Chyum, Thasum, dictumq; Peparethum.

Lucanus 11. Pharsalia.

Quas Asina cautes, & quas Chyo asperat undas.

Ouid. Metam. 111.

Forte petens Delon Chya telluris ad oras

Applicor & dextris adducor littora remis

Ad Harpyias Virgilius 11. Æneid. Et rursus.

Seruatum ex undis strophadum me littora primum

Accipiunt Cyclades Graio stant nomine dicta

Insula, Ionio in magno quos dira celeno

Harpyiaq; colunt alia, Phineia postquam

Clausula domus mensasq; metu liquere priores.

Tristius haud illis monstrum, nec sauior vlla

Pestis & ira Deum Stygiis sese extulit undis,

Virginei volucrum vultus sædissima ventris

Proluuiis uncaq; manus & pallida semper

Ora fama. Ouid. Fastorum vi.

Sunt auidæ volucres non qua Phineia mensis

Guttura fraudabant, sed genu inde trahunt

Grande caput stantes oculi rostra apta rapina,

Canities pennis unguibus hæmuis inest

Nocte volant, puerosq; petunt, nutricis egentes,

Et vitiant cumis corpora rapta suis

Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,

Et plenum poto sanguine guttur habent.

Silius Ital. lib. xiii.

Hic dira volucres, passuq; cadauera vultur

Et multis Bubo & sparsis strix sanguine pennis,

Harpyiaq; fouent nidos, atq; omnibus hærent

Condensa foliis, nutat stridoribus arbor.

Ex

Ex quibus versibus, non solum Harpyiæ Icon numismate primi ordinis penultimo explicatur sed etiam phialæ siue vasis vinarii puta oblongi absculpti imaguncula. Quod autem præter insulæ nomen Chyus, vocula adiecta est APTIMI. Causam reor templum insigne Dianæ quæ Artonis olim cognominabatur quod ærem tunderet currendo. Huius in Chyo phani meminit Plinius libro xxxvi. quinto capite Ostendunt & Iasii Dianam manibus eorum factam, & in ipso Chyo narrata est operis eorum Dianæ facies in sublimi posita, cuius vultum intrâtes tristem abeuntes exhilaratam putant. Dianam vero ac Apollinem Artemidas cognominatos, quod ærem salubrem faciant testatur Strabo libro decimoquarto. Apollo enim salutifer est, & Artemus ex eo dicitur, quod integros faciat. Sol quoque & Luna his similes sunt, quod causa sint temperiei æris & pestis, ac spontaneæ mortes his applicentur. Et libro 111. Vocatur autem Artemisium tanquam Dianium, ferrarias habens effossiones feraces ex propinquo. Et libro quinto. Est & Dianæ lucus id est Artemisium, sic enim vocant ex sinistra viæ regione. Itaque vt sermonem de Chyo insula tandem concludamus, Plinius libro trigesimo sexto præter vinum, quod rubrum præcipue in ea generosissimum prouenit, hanc commendat laudatissimo marmore, & Athæneus libro septimo Dipno. Iudo pilæ hanc celebrat. Cicero secundo de Oratore, Symonidem Chyum istic genitum, & Prodicam omnium artium peritum cum Hippia Elæo confert. LESBOS insula magis arctum versus in Asiâ iacet, generosissimo & ipsa vino insignita, quapropter & Bacchi imagine in mone-
ta vsa reperitur. est autem Æolicarum insularum metropolis, mille stadiorum circuitu, clara præsertim vulgata capitibus Orphæi fabula, quod extinctum huc vndis aduectum ac locutum tradunt. Ob hanc forte causam, quod post Orpheum in ea insula celeberrima ingenia eloquio claruerint, quorum de numero Arion, Phytacus, Sapho, Alceus, Terpander, Theophrastus Aristotelis discipulus & successor, quem præceptor moriturus vini Lesbii commendatione cæteris prætulit ob oris suauitatem ac eloquentiam. Ciuitates hæc quondam insula plures habuit, Lesbon insulæ cognominem, Mitylenem, vbi generosissimum vinum proueniebat, Eressam vnde Theophrastus fuit, Metymnam vini feracissimam, Pyrrham, Antissam & Sigrium Promontorium, hodie Metellinum vocant, quod Calo-Iohannes Imperator Constantinopolitanus quod eius auxilio classis imperio Græco restitutus fuisset, Francisco Catalusio Genuesi donauerat, cui Turca superiori seculo ademit, & ad quam alludentes cecinerunt Poetæ.

Ouidius 11. Metam.

An quia per totam res est notissima Lesbos.

Non audita tibi est patrium temerasse cubile

Nyctimenen? auis illa quidem sed conscia culpa

Conspectum, lucemque fugit, tenebrisq; pudorem

Celat & cunctis expellitur æthere toto.

Idem in epistola Sapho

Lebides infamem qua me fecistis amare,

Definite ad Cytharas turba venire meas.

Et in Epistola Briseidis

Quodq; superuacuum est forma præstante puella

Lebides euerfa corpora capta domo

Lucanus lib. vii. cum vxorem Pompei in Lesbo relictam ostendit,

Ante dedi fugiens sæni cum Casaris iram

Scirem materiam seruata coniuge Lesbos

Heu nimium sælix æterno nomine Lesbos

Siue doces populos, Regesq; admittere magnum

Seu præstas mihi sola fidem.

Et iterum:

Sicca & Thessalia confundit lumina Lesbos

Tunc Mitylenæum pleno iam littore vulgus.

Lesbos refugii tendere barbiton.

Horatius:

Cæterum vt caput hoc, de insulis Agæi maris concludamus, regressi ad Atticæ oram meridionalem, haud procul Athenis insulas perlustrabimus, prope Sunium, Patrocli, Helenam & Salaminem. In Patrocli insula Phrenitis Menelai gubernator obiit, quam posterius Antigonus Demetrii filius destruxit. Helenæ insulæ ab Helena Paridis cognominatæ, quod hic post excidium illa Troianum adducta excenderit, meminit Strabo in x. In confinibus enim Atticæ & Bœotici sita est, ante hoc littus autem ad

Insula Mitylenensis Attici.

Thurium & Sunium iacet Helena insula aspera quidem & solitaria, prolixa stad. LX. longitudine. Eius mentionem à Poeta factam aiunt, cum Helenam Paris alloquitur. SALAMIS contra Eleusinem sita ad fines Megaricos pertingit, à filio Asopi denominata, testante Diodoro in v. cum Asopi familiam explicat. Salamis quoque Neptuno rapta est, aduectaq; in insulam ab ea Salaminam appellatam. Ex eo Neptunoque genitus Cenchreus imperauit huic insulæ, Clarusque inter omnes serpentem miræ magnitudinis, qui incolas vexabat, occidit. Eius intulæ gubernacula primis temporibus penes Telamonem fuere Æaci regis Æginetarum filium. Quocirca Pausa. scribit. Æiacis ossa ibi reperta insignis magnitudinis, fori itidē illius ac templi rudera superesse, & florem Hyacinthum in quem Ajax dicitur conuersus, ibi plurimum prouenire. Saxum quoque ibi ad huc ostendi, cui insedisse Telamonem ferunt, cum naues conspiceret, filiorum nauigantium Aulidem ad coniurationem Græcorum aduersus Troianos. Huc facit q; Diodorus in v. refert, Telamon ex Ægina abiēs adiit Salaminā, vbi sumpta vxore Glauca Cychrei Salaminorum regis filia imperauit insulæ, Glaucaque defuncta Eurybiam Alchati Athen: despondit, ex qua ortus Eantus, postmodum Troiano interfuit bello. Vnde apparet, qua occasione Salaminem Athen: in suam redegerint potestatem. Pausanias autem scribit Phyleum filium Eurifaci Aiadis nepotem, Athen: a quibus ciuitate donatus fuerat, insulam tradidisse, & idcirco Aiadis ac Eurifacis honores apud Athenienses perdurare. Porro veteres colonos Athenienses posterius insula pepulerunt obiecto eo crimine quod in bello contra Cassandrum de industria fuissent segniores, ciuitatemque Macedonibus voluntate magis quam vi coacti dedissent. Patet igitur tres populos hanc insulam coluisse Æginetas, Macedones, ac Athenienses. Quam Strabo stadiis LXX. longam asserit & vetustam eodem nomine positam ciuitatem versus Æginam. Quare & Homerus in cathalogo, eius mentionem facit, versus latinitate donatus sic habet.

Bis senas Salamina rates agit inclytus Ajax.

Sunt qui coloniam deduxisse Theucrum Telamonis filium in Cyprum tradant cum à patre expulsus esset. Quamobrem & in Cypro Geographi Salaminam describunt. Nobilitata præterea Salamis insula ac toti vrbi cognita fuit, ex illa memorabili victoria maritima quam Themistocles de Persis ac rege Xerxe reportauit, qua Græclam à summo periculo liberauit, & quam Dianæ templum condidit, & in eo trophæum erexit. Fuit celebre in hac insula & Cychrei fanum: qui primus insulæ rex fuerat putata Salamis filius ex Neptuno qui serpente vastatore incolas liberauerat. Pausanias quo tempore Athen. cum Medis nauale prælium commiserant, Draconem in nauibus suis apparuisse scribit. Ad hanc Insulam deniq; alludunt Poetæ.

Virgil. lib. VIII.

*Nam memini Hestiones visentem regna sororis
Laometontiadem Priamum Salamina petentem.*

Ouid lib. XIIII. Metam

*Seruat adhuc Salamis Veneris quoq; nomine templum
Prosperantis habet.*

Cæa insula. Celebratur inter Cycladas & Ceos siue Cæa insula infra Sunium Atticæ promontoriū sita à ciuitate Carthæia dicta, de qua Strabo in Geographicis scribit. Ceos autem quaternas continens vrbes; inde Tetrapolis vocitata. Duæ vero restant Carthæia scilicet & quam Iulidem appellant, ad quas reliquarum habitatores concurrerunt. Carthæiam quidem à Poæssa, Iulidem vero à Corissa, ex Iulide Symonides condendorū author carminum duxit originem, nec non illius ex fratre nepos Bacchilides & postea Erasistratus Medicus insignis, & ex Peripareticorum secta Philosophorum Aristo Binnis Boristhen. æmulus. Ad Carthæiam alludit Naso vi. Metamorphoseōn.

*Transit & antiquæ Carthæia mania Cæa
Qua pater Alcides placide de corpore natus
Miraturus erat nasci potuisse columbam.*

Idem author Insula prædicta ad Corissiam distantem Helxium amnem celebrat & in vrbe Smynthæi Apoll. fanum, ad Poëssam deniq; Nedesæ Mineruæ templum commemorat à Nestore secundum eius à Troia reditum ædificatum.

Supra Cæon & modo descriptas Atticæ proximas, cum uersus Asiæ littus tum ad Lesbōn insulæ celebrantur Chos & Icaria, Leria, & Diui Iohannis exilio clara ac Epheso Ionicæ vrbi propinqua Patmos. De quibus Strabo in x. Icaria verò Samo, Icaria quidem deserta manet, at egregia continet pascua quæ vsurpantur à Samiis huius generis

generis cum sit, tamen celeberrima est, & ab ea Icarium pelagus adiacens vocabulum adipiscitur, in quo & ipsa continetur & Samos & Cos, & modo dictæ Corassæ, & Patmos & Letus. Athænazus i. Dipnos. Icariam optimo vino quod Pramniōn olim dicebatur, celebrat sic scribens. Samus in Icaria insula esse Petram Pramniūm vocatam dicit, apud quam magnus est mons à quo vinum pramniūm quod Pharmaticen aliqui nominant, exportatur. Icaria primum Ichthyoesa dicebatur ob pisciū multitudinem, qui nascebantur vt Echinades à viperis & Sepiades separatim in iis copia, sic & Lagusæ à suis leporibus, vinea autem quæ vinum Icarium producit. nuncupatur vt voluit Epargides, sacra ab aduenis, ab Oenoensibus Dionysias. Est autem Oenoa ciuitas in ipsa insula. Et Didymus vinum Pramniūm à Pramniā vinea ita dicta nominari contendit. Est autem verisimile hanc insulam fuisse nominatam ab Icario filio Dædali quod isthic male regens alas facticias cum patrem sequeretur volando, in mare deciderat. Cos vero insula Icaricæ opposita, à Plinio libro XIII. capite VIII. CCCCL. stadiorum ambitu delineatur, generoso & ipsa vino ac Æsculapii fano celebris & multis magnis viris qui ex ea oriundi fuerant Hipocrate Medico, Phileta Poeta, Apelle pictore egregio & Nicia Coorum tyranno. De Æsculapio Coorum Tacitus in IIII. meminit. Nec dispar apud Coos antiquitas, & accedebat meritum ex loco. Nam ciues Romanos templo Æsculapii induxerant, cum iussu regis Mithridatis. apud cunctas Asiæ insulas & vrbes trucidaretur. Et libro duodecimo in historia Claudii Cæsaris, Retulit deinde de immunitate Chois restituenda, multa que super antiquitate eorum memorauit, Argiuos vel cum Latonæ parente, vetustissimæ insulæ cultores, mox aduentū Æsculapii artem mendendi illatam, maximeque inter posteros eius celebrem fuisse. Plinius libro XXXV. capite x. Venerem Coorum celebrat ab Apelle summo artificio depictam. Denique Strabo mirabilem in hac insula consuetudinem fuisse refert ex antiquo Menandri carmine, lege siquidem cautum fuisse, vt qui annos LX. excessissent, veneno vitam finire cogerentur, quo reliquis cibus superesset. Idem Coon insulam à Nysio altera, Neptuni tridente rescissam, cum Polibotem Isthic gigantem occidisset, præterea Nysion alterum gigantem proiectum in mare induruisse & insulam factum refert. Superest adhuc noua insula, tamen extra Cycladas è regione Troiæ sita ad ostium Scamandri haud procul Sigæo promontorio quo Græci concesserant discesum simulantes, cum equum fatalem construxissent, canente Poeta.

Est in conspectu Tenedos notissima fama.

Insula, diues opum, Priami dum regna manebant:

Nunc tantum sinus, & statio mala fida Carinis

Huc se profecti deserto in littore condunt.

Nos abiisse rati & vento periisse Mycenæ

Ouidius i. Metam.

Et Claros & Thenedos Pataraq; regio seruit.

De hac insula & proxima Calydna Strabo libro XIII. hæc adnotauit. Post Sigæum promontorium est Achillæum & Achæium, vltior Tenediorum regio, & ipsa Tenedos distans à continenti ad stadia XL. Ea ambitum habet ad stadia LXXX. & vrbe Æolicam, & portus duos, & Apoll. Smynthæi delubrum vt Homerus libro primo Iliadis testatur. Circumstant eam duæ parue insulæ, quas Calydnas vocant, sitas in nauigatione Lectum versus. Tenedon alii Calydnam dixerunt, alii Leucophrym, circa eum sunt aliæ quedam insulæ. In hac de Tenna conficta fabula narratur, à quo insula nominata est, & de Cygno qui genere Thearū fuit, & Tenna pater & colonarum rex. Porro fabulam illam siue historiam de Tenna narrat Paus. x. Phocaicæ. Antiqua fama est Cygnum Neptuni filium colonis regnasse. Incolebantur autem colonæ in Troiada sitæ, contra insulam Leucophrym filia Cygnus habuit Amithæam & filium item Tennam ex Proclia Clytixæ filia Caletoris sorore, quem ab Aiace Homerus in Iliade scripsit, eo quod ignem nauis Protefilai subiecisset Proclia itaque defuncta, aliam in matrimonium accepit Philonomen Craucasi filiam, quæ correpta amore Tennæ priuigni incesti concubitus vt tulit repulsam, apud virum comminiscitur, stuprum illum inuitè inferre voluisse. Huius imposturæ fidem cum habuisset Cygnus in arcem Tennam vnâ cum sorore inclusam mittit in mare, salui ramen ambo perueniunt ad insulam Leucophrym, quæ nomen hodie à Tenna est sortita. Interea Cygnus rei veritate cognita ad filium nauigauit, vt incitiâ fateretur, & culpam deprecaretur; Proinde cum ad insulam iam applicuisset, funesque nauticos siue ad saxum siue ad arborem relegasset Tenna pro iracundia eas securi abruptit. Hinc de obstinate negantibus quidpiam vulgo dici ce-

ptum est tanquam ille sit qui hæc Tenedia securi incidet. Tennam ab Achille interfectum tradunt Græci, cum familiaræ patrocina-retur. Hæc ex Pausania.

Talem sane securim nummus quispiam vetustissimus Cæsareæ Maiestatis exhibet cuius Iconem ultimo secundi ordinis dedimus cum inscriptione TENEA, qui in a-versa parte duas facies representat, Senis videlicet & Iuuenis, puta Cygni patris, ac Tennæ. Erasmus Roterod. in proverbiis aliam ratione reddit proverbii ac Securis illius Tenedicæ, Regem videlicet insulæ prædictæ olim bipennem gestasse in iudicio, causaque iudicata protinus eam qui fecisset iniuriam, securi percussisse. Item Tenedium quendam principem legem tulisse in adulteros, ut utriusque corpus securi cõcideretur, eiusque exemplum in filiam cecidisse, & idcirco in numismate iussisse insculpi, altera ex parte securim, altera duos vultus ex eadem ceruice prominentes, qui in præsentis nummo affabrè sculpti cernuntur. Sed placet caput de insulis Cycladibus finire, quas vno ceu fasce Næso VII. Metam. comprehendit his versibus.



Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypheleia regna,
Promissis Anaphen regna Astypheleia bello
Hinc humilem Miconem Creiosaq; rura Cymoli
Florentemq; Cythnon, Syron, Planumq; Seriphon.
Marmoreaq; Paron quamq; impia prodidit Arne
Sythonis accepto quod auara poposcerat auro
Mutata est in nauem quæ nunc quoq; diligit aurum
Nigra pedes nigris velata monedula pennis
At non Oliaros Didymeq; & Tenos & Andros
Et Gyaros, nitidæq; ferax Peperethos oliuæ.

DE SICYONIORVM REGNO ÆGIALIO, ACHAIA NOVA ET CORINTHO.

NON sum nescius aliam fuisse his ipsis prouinciis administrationem primis temporibus, aliam denique cum tot factæ essent populorum migrationes & cum multos reges filios relinquerent, in plures quoque regiones vnum & idem propagarentur nomen. Proinde Achaia aliam quidem in Hellade & Thessalia vsque ad Isthmum reperias, cui Prolomæus & Mela Bæotios, Phocenses, ac ipsos etiam Athen. subiiciunt. Aliam rursus in Ægialo ex Sicyniorum antiquissimo regno hoc est Septentrionali Peloponnesi littore à Rhyo Promontorio vsq; ad Corinthum delineari animaduertes apud Titum Lium Decade quarta, cum bellum Ætolicum describit, vbi videlicet famigeratissimum illud consilium Achæorum fuerat, in plerique Græcorum populi transcripti erant: Cuique Spartani adeo ipsi parebant, id quod vel in Corintho, vel Sicyone vel Ænario conueniebat. In qua denique terra postremo à Romanis Proconsulatus Achaia excitatus fuerat, Procos: è prætorio apud Ægiu constituto. Celebrat & Achiuos in Laconico agro Strabo in VIII. Achæi genere quidem Phthyotæ fuerunt, domicilia verò in Lacedæmonia habuerunt. Quare non recte meo quidem iudicio faciunt, quia Achaia Argiuorum terra, Arcadia, Elide, ac utroque ad Isthmum mari siue sinu Corinthiaco & altero Schœnuntis includit. Quam terræ portionem, qui Achaia nominant utpote Proconsularem, & antequam Corintho expugnata in Romanorum venisset potestatem, celebri Achiuorum nomine, ac conuentu celebratam ut non absurde faciunt, ita qui Achiuorum nomine priuant, Thessaliam Bæoticam Atticam & Phocida, toto cælo aberrare videntur. Latè namque & quidem extra Peloponnesum paruisse Achiuorum nomen ac ditionem, vel Titus Lius ostendit in Decade IV. qui libro secundo ita nominatim scribit. Simul quin redderent Achæis Orchomenon & Hæream & Triphylia, Elæis Alipheram contendentibus. Constat vero Orchomenon Phocidis tractu, & Triphylia inter Messeniam ac Elidem extitisse Et rursus libro tertio eiusdem; Titus Quinctius Imperator Philippo rege, Macedonibusque deuictis, liberos immunes suis legibus esse iubet Corinthios, Phocenses, Locrensesq; omnes & insulam Eubœam, & Magnetas, Thessalos, Perrhæbios, Achæos, Phthyotas. Et rursus: Thessalorum genti præter libertatem concessam Achæi Phthyotæ dati, Corinthus & Triphylia & Heræa (in Peloponneso & ipsa vrbs est) reddita Achæis.

Varie Achæorum sedes.

Achiuorum nomen omnibus Græcis communi.

Hinc



Hinc factum arbitror, quod Poeta vocem Achiui, omnibus passim Græciæ incolis tribuant, veluti etiam Archiui ac Danai. Homerus ex versione Hesi. lib. I. Iliad. Dic mihi magnanimi Pelida mea iussa furorem, Qui multas miseris clades inuexit Achiuis. Idem Iliad. III. Virgil. libro I. Æneid. cum Lycaonem vatem Troianum loquentem introducit.

10

Et procul o miseri quæ tanta vesania ciuēs
Creditis auctos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum, sic notus Vlysses
Aut hoc inclusi signo occultantur Achiui.

Quid. libro XII. Metamorph.

Ante retro Simoiq; fluet sine frondibus Ida
Stabit & auxiliū prouidit Achaia Troia.
Et in tertio.

Cognitarēs vati meritam per Achaidas vrbes
Attulerat famam:

20

Stattus libro I. Theb.

Congeminati signum terris vnde omnis Achæi
Ora maris lææ Pelopeiq; regna resultant.

Ceterum qui res gestas in literas retulerunt, ac Geographi plerique Achaia primam in Peloponneso prouinciam distinguunt, non tam latè patentem, ut Pausanias libro VII. Et deinceps quæ in medio Elidis & Sicyonia ad mare vsque porrigitur, Achaia nostra tempestate ab incolis nominatur. Plinius libro quarto capite quinto, Achaia prouincia ab Isthmo incipit, Antea Ægialos vocabatur propter vicos in littore per ordinem dispositos.

30

Primæ ibi quas diximus Lecheus Corinthiorum portus, mox oluros Pelleneorum castellum, oppida Helice, Bura, in quæ refugere haustis prioribus, Sicyon, Ægina, Ægion, Erineos, Intus Cleone, Histiæ, Panhormus portus, demonstratumque iam Rhyum, à quo Promontorio, quinque millia passuum absunt Patræ, quas supra memorauimus. Locus Pheræ in Achaia nouem montium Scioessa, notissimus fons Cymothoe, ultra Patras oppidum Olenum, colonia Cymæ, loca Buprassium, Hirminæ, Promontorium Araxum, Cylenesinus, Promontorium Chelonates. Inde Cyllenem duo millia passuum castellum Philyus, quæ regio ab Homero Ærethyrea dicta postea Asophis, Inde Eleorum ager qui antea Epea vocabatur. Ex quibus verbis facile apparet Achaia in Peloponneso fuisse, & minime Hellade neque in illa tota, sed littorè dumtaxat Helladi opposito & vbi Isthmo Peloponnesum Helladi cohæret ad duos sinus Corinthiacum, & Schœnuntis, ob quod & Ægialus antiquitus vocabatur.

40

Hæc cum ita sint, re paulo altius repetita, docebimus ex diuersis populorum migrationibus, primam longe omnium & antiquissimam Achaia in finibus Thessaliæ extitisse, vsque ad Phocidem & Atticam ab Achæo nominatam Xuthi filio nepote Hellenis, & Deucalionis pronepotè, à quibus in Atticam migratiere Xutho duce, eiusque filio Ione Achæi fratre, vbi dū Achæus Xuthum patrè interfecisset, cum aliquot suis popularibus in Laconicum agrum abiit, atque ibi nouam Achaia constituit. Vnde rursus filii Achæi, Archander & Architeles Danaï generi facti, Argos non minimam suorum manum traduxerunt. Vnde & Homerus libro VIII. Iliados Argos Achæum cognominare videtur, & in Cathalogò nominatim canit Cecropias manus, tum qui Iunonis Archiux recta colunt Argos.

50

Postremo cum Heraclydas in Peloponnesum Dorienfes reduxissent, Tisamenus Orestis filius rerum in Achaia illa Laconica, & Argiua potitus, cum à Dorienfibus vrgeretur ad Iones in Ægialo habitantes, suos traduxit, ut populares & ab Ione Achæi fratre descendentes, qui cum cohabitationem negassent, bello petitos Achæi duce Tisameno ex Peloponneso in Atticam profligarunt, & ipsi pro Ionibus Ægialum habitandum accipere, XII. conditis vrbeb; quæ supra ex Plinio sunt commemoratæ.

Sic itaque liquet eandem prouinciam ob tot colonorum mutationem (quæ scilicet prima Helladi opponitur, eidemque Isthmo coheret) quatuor ordine nominibus fuisse appellatam, primo quidem Sicyoniam. Quod ut antiquissimum in Græcia re-

Achæorum transmigrationes.

gnata etiam Sanctus Augustinus de ciuitate Dei commemorat, & cuius Homerus in catalogo mentionem facit. Secundo Aegialon siue a littoralibus urbibus, siue ab Aegialo rege Sicyoniae ut Pausanias existimat. Tertio Ioniam ab Ione Xuthi filio, & Achaei fratre qui Selinuntis regis Aegiali filiam vnicam Helicen uxorem duxerat & socio successerat, ditione ex Aetia, ubi Xutho patri successerat, hucusque propagata, & quarto Achaia ab Achiuis quos Tisamenus Orestis filius ex Laonica & Argolide a Doriensibus pulsus eo traduxerat Ionibus expulsis, ut de vetustioribus nominibus. A Iopha Phlyunte, & cuius Homerus libro secundo mentionem facit, Aerehyrae siueam, omittam denique omnium recentissimum Corinthi regnum in ipsa Achaia excitatum.

Hinc est quod Plinius scribit Graeciam subinde nomen mutasse, & Thucidides ante Hellenem Deucalionis & Pyrrhae filium non vno nomine Graecos vocatos refert, sed singulos populos singula sibi nomina imposuisse. Quae ita esse ut proponimus classicorum authorum testimonio ordine confirmauimus. Quorum Strabo in VII. Fama est (inquit) Deucalionis filium Hellenem fuisse. Hunc autem circa Phiam Penei & Asofi mediam, regnum tenuisse, & maximo natu filio imperium tradidisse, reliquosque foras dimisisse, ut sedem sibi quisque conquiret. E quibus Dorus Dorienses Paros affines habitatores constituit, sibi que superstites a se vocatos reliquit. Xuthus autem assumpta in matrimonium Erechthae filia, colonos ad quadripolim Atticae terrae induxit. Oeneam, Marathonam, Probalinthum, & Tricorythum. Ex huius filii vnus Achaeus nomine, eadem inuitus patrans, in oram Lacedaemoniorum profugus se recepit, & eius locis accolae Achaeos vocari constituit. Ion vero superatis Eumolpi commilitonibus Thracibus tantum famae laudisque consecutus est, ut Athenienses illi Reipublicae gubernacula committerent. Qui primum omnium multitudinem quaternas diuisit in tribus, deinde in quatuor degendae vitae vias. Quosdam enim agricultores designauit, alios opifices, aliquos sacrorum faciendorum curae praefecit, nonnullos ciuitatis custodes. Talibus quidem ab eo ordinatis amplius regionem sui nominis vocabulo appellatam reliquit. Qua indies magis mortalibus referta Athenienses intra Peloponnesum ex Ionibus coloniam miserunt, & plagam quam occupauerant pro Aegiolea Ioniam nominarunt, eodemque modo pro Aegialensibus Iones appellati in ciuitates XI. dispersi. At enim post Heraclidarum reuersionem ab Achaeis expulsi denuo Athenas repetere. Illinc vero cum Codri prognatis in Asiam Ionicam transmiserunt coloniam. Non diu enim scribit in VII. Pausanias. Achaia vero nostra tempestate ab incolis denominatur, olim & ipsa Aegialos ac qui terram incolunt Aegialenses vocabantur ab Aegialo, ut Sicyonii perhibent, Rege Sicyoniae quae ita nunc appellatur. Sunt qui a regionis situ nomen deductum existiment.

Doriensium origo.

Ionum in Attica origo.

Iones in Pelopon.

Iones in Asia.

Aegialenses in Sicyone. Xuthus ex Thessalia in Atticam.

Xuthus in Aegialum. Achiuis ex Thessalia.

Iones ex Sicyonia.



Magnam enim eius partem Aegialum, id est litus esse. Aliquanto autem post mortuo Hellene, Xuthum reliqui Hellenis liberi Thessalia expulerunt, crimine hoc intentato quasi pecuniae non nihil paternis bonis subtractum in suam potestatem conuertisset. Hic Athenas cum profugisset, accepta in matrimonium Erechthae filia,

Achaem & Ionem filios ex ea suscepit, mortuo deinde Erechthaeo, de regni successione arbiter a filiis eius Xuthus est electus. Cumque Cecropi natu maximo regni successione adiudicasset, reliqui Erechthaei filii e regione eum eiecerunt. Profectus itaque in Aegialum cum aliquandiu ibi habitasset, diem obiit extremum. Ex liberis autem Achaeus collectis ex Aegialo & Athenis Thessalam inuasit, & regnum paternum recuperauit. Contra Aegialenses porro & Selinuntem eorum Regem, cum exercitum conscriberet Ion, missis legatis Selinus vnicam quam habebat filiae Helice nuptias ei offerebat, regni que haeredem ipsum Ionem designauit. Haec quia Ioni non displicebant, Imperium Aegialensium suscepit post Selinuntis mortem. Helicem item oppidum ab uxoris nomine in Aegialo condidit, & Ionas a suo nomine incolae appellauit. Id non mutati nominis, sed additio fuit, Aegialenses enim Iones appellabantur, magis tamen antiquum in regione nomen permansit. Homero itaque in catalogo eorum qui cum Agamemnone sunt profecti, satis fuit veterem terrae appellationem indicare.

Perg. omnem Aegialon, & circa Helicen spatiosam.

Sub

Sub Iouis imperio cum bellum aduersus Athenienses gererent Eleusini, Atheniorum Ionem belli ducem accerferunt: obiitque is in Attica, eiusque monumentum in Potamiorum municipio extat. Posterius vero Ionis Ionum imperium obtinuerunt, donec ipsi cum populo ab Achaeis sunt expulsi. Sed euenit tum, ut Lacademone, Argisque, ipsi etiam Achaei a Doriensibus expellerentur. Et subdit: quibus auspiciis Achaei in Argolidem venerint, & inde in Aegialum (ubi postea Achaia constituta fuit Proconsularis apud Romanos provincia.) Archander Achaei filius & Architeles ex Phthiotide Argos sunt profecti, & Danae ibi generi facti, Automaten quidem Architeles duxit, Scenam vero Archander. Caeterum Argis eos permansisse non minimum hoc est argumentum, Metanasten enim, id est exulem filium suum Archander appellauit. Cum itaque multum & Argis & Lacedaemone Achaei liberi possent, factum est ut eius loci homines Achaei appellarentur.

Iones in Attica. Iones ex Sicyonia pulsi.

Achaei ex Laconica pulsi.

Et iterum qua occasione Argolidem ac Laconicam reliquerint. Tunc itaque Lacademone & Argis eieci a Doriensibus, misso caduceatore ab Ionibus petierunt, ut communicato incolendi iure ipsos cum Rege Tisameno Orestis filio absque bello in terram reciperent. Ionum autem Regem timor inuasit, ne si consociarentur cum suis Achaei, Tisamenum ob fortitudinem & generis gloriam communibus suffragiis Regem crearent. Sic itaque Iones repudiata Achaeorum petitione, cum arma cepissent, Tisamenus quidem cecidit in praelio, Achaei vero victos Iones & Helicem compulsos obfidiione cinxerunt, & impetratis postea conditionibus discedere permiserunt. Tisameni ita caduere Helicem ab Achaeis sepulto, Haec Paus.

Achaei in Argolidem.

Quae luculentius ostendunt, quando & quibus cum initiis tum auspiciis, Achaei post multas transmigrations ex Attica in Thessalam, ex Thessalia rursus in Laconicam, & inde quoque in Argolidem proximam, & ex utrisque in Sicyoniam siue Aegialum transmigrarint, ubi illa postrema constituta est Achaia qua hocce capite describimus. Itaque ut a primo terrae nomine auspicemur, nempe SICYONIA. Hanc non solum, ut ex B. Augustino de ciuitate Dei constat, vetustissimum omnium Graeciae extitisse regnum multis seculis ante Troianum bellum, verum ex ipso etiam Homero liquet, qui in catalogo lib. II. Ilios eius nominis expresse meminit, ut habet versio Eobani,

Achaei in Sicyoniam siue Aegialum.

Achaia postrema Sicyoniae vetustissimum regnum.

Quae, Aerehyream cinctam florentibus armis,
 Qui Sicyona colunt urbem, quis maximus olim
 Rex fuit Adrastus, qui in monte sitam Gonoefam,
 Quae Hyperesia Pelenem Hegion inde,
 Omnia quae curui sita sunt in litore ora,
 Quae habitant Helicem arcem regionibus amplam,
 Naibus hos centum ducebat Rex Agamemnon
 Atrides, quem tot populi, ducesque, secuti
 Regem praefecere heroibus omnibus unum.

Itaque cum vetustissimum hoc regnum & regni nomen extiterit, qui factum sit, ut amisso Sicyoniae nomine Aegialos sit postea illa nominata terra, inquirendum nobis est. Id vero a rege quopiam Aegialo contigit, qui rerum in Sicyoniae regno potiebatur quemadmodum similiter apud nos Germanos accidit, qui a Tuiscone rege Teutones siue Tuiscones; deinde vero, a succedentibus Regibus Turingiae, Sicabti, Fraconiaeque; peculiare appellationes sortiti sumus, manet nihilominus tamen primum nomen. Sic mansit & Sicyoniae, sed ciuitati dumtaxat metropoli, agro, ad oram maris & ad utrumque sinum Schoenuntis & Corinthiacum exporrecto aliam dominationem accipiente, primum quidem ab Aegialo Rege Aegialos, inde vero ab occupatoribus populis Ionibus atque Achaeis, Ioniae & Achaiae. Pausanias tamen in secundo a Sicyonibus Antiopae liberis & fratribus Amphionis & Zethi, puta Regis Thebarum filii deriuare nomen claturam videtur.

Sed placet Sicyoniorum Reges ordine recensere, Aegialus primus ad Isthmum venit, & Aegialon Peloponnesi regionem denominauit relicto filio Europo, qui Telchinem suscepit, Et is Apim, qui, antequam Pelops in Olympiam venisset, totam regionem intra Isthmum a se Apiam denominauit. Cuius filius Telxion Aegirum tulit, unde Aegira eorum finium ciuitas nomen est sortita. Aegirus Thurchimachum genuit, qui Leucippum, Leucippus Chalchiam vnicam filiam reliquit, quae ex Neptuno Peratum genuit. Is Plemmzum cuius liberis omnibus extinctis illico post partum, Ceres anili habitu amissa Proserpina vagabunda Orthopolim filium conseruauit.

Reges Sicyoniae.

K 3

Orthopolis filiam Chriseiten tulit, quæ ex Apolline genuit Coronum. Is Coracem suscepit, quem Epopeius ex Thessalia veniens Antiopes Nictæi filia coniux regno priuauit. Epopeius de Thessalis victor, ex Antiope Nictæi vel Afopi filia Laomedonem reliquit, & bello Thebano ex vulnere obiit. Laomedon siue filius Epopei siue frater extiterit, Antiopen reliquit, quæ ex Zetho Amphionem genuit. Suscepit & alteram ex Phœnone Clytiæ Atheniensis filia. Vnde vnicam natam habuit, quæ Sicyoni cuidam nupta fuit, filio Melani Antassi nati & Gonoessæ. Is Sicyon non solum nomen prouinciæ mutauit vt pro Ægialo Sicyonia diceretur, verum etiam filiam reliquit Chreonophylam, quæ ex Mercurio Polybum, & ex altera Phlya Andromedonem suscepit, vltimos sui stemmatis Sicyoniorum reges, quibus Adrastus Argiuorum rex exul successit, sub quo postquam eunte paulatim regno siue Ægiali siue Sicyoniorum, Iones in ea prouincia ad se rerum summam traxerunt.

Loca Pausanias de postremis regibus Sicyonia.

Vnde est quod scribit secundo Corinthiacæ Pausanias. Lamedon regno potitus Athen, mulierem Phœnonem Clytiæ filiam duxit vxorem, aliquanto post orto inter ipsum bello & Archandrum atq; Archytelæ Achæos, Sicyonem ex Attica ad belli societatem euocauit, Xeuxippa filia in matrimoniū illi tradita. Ab hoc Rege ager Sicyonius, & vrbs quæ prius Ægiale fuerat, Sicyon appellatur. Sicyonem porro non ex Marathone Epopei filio, sed Metione Erechthæi prognatum fuisse perhibent. Eadem est Asia quoque sententia. Hesiodus præterea Erechthæū ei, Ibicus autem Pelopem patrem tribuit. Sicyon Chreonophylam genuit ex Chrenophyla & Mercurio Polybum natum esse ferunt.

Polybus rex Sicyonia.

Phylas postea Bacchi filius eam duxit, & filium Andromedonem ex ea suscepit. Polybus autem Talao Biantis filio Archiuorum Regi Lyfianastam filiā dedit. Quare Adrastus cum Argis exularet, Sicyonem ad Polybum venit, defunctoque Polybo Sicyonis imperium occupauit. Adraсто autem Argos reuerso Iamiscus vnus ex familia Glytiæ, quem sacerum fuisse Laomedontis diximus, relicta Attica regnauit mortuo Iamisco Phœstus, qui ipse etiam Herculis filius ferebatur. Oraculo autem admonitus in Cretam cum se contulisset Phœstus, regnasse dicitur Zeuxippus Apollinis filius & Nymphæ Syllidis. Post Zeuxippi obitum Agamemnon exercitum contra Sicyonem eduxit, regemque Hippolitum Nopali filium & Phœsti Nepotem, sed Hippolitus metu aduentantis exercitus Agamemnonis se & Mycenarum potestati subiecit. Hæc ille.

Sicyonia regnum.

Postremi Reges Sicyoniae. Phæstus rex Sicyoniae.

Quo luce clarius ostenditur, ante tempora Troiani belli Sicyoniorum amplissimum & nomen & imperium extitisse. In quo deniq; postremi gubernarunt, ex Heraclidis Laestides Hippoliti filius, Phæsti nepos, Hercules abnepos, & filius Regnidas qui Phylastorum principem Hippatum in Samum profligarunt, vbi filius Euphroa, abnepos Pythagoras gubernarunt. Mortuo Regnida Temeni regis Argolidis filius Pamphaes Sicyonem destruxit, & regionem Argolidi subiecit. ita antiquissimum regnum in ruinas concessit. Accessere terræ motus continui & Demetrius Antigoni filius, qui Ægialeon ciuitatem veterem diruit.

Tyranni & duces Sicyoniorum.

Leguntur tamen antequam Macedones rerum in Græcia potiti fuissent, Tyranni in Sicyone saltem ciuitate Republicam administrasse Myron qui Olymp. xxxxi i. curuli certamine in Olympia vicerat, & ibi thesaurū duos Æneos thalamos cōsecratur, Aristonymus & filius Chlystenes qui portam Chlysteniam nominauit cum Amphicticorum auxilio Scyronem vicisset, Cleon, Enhidemus, & Thymoclydes a populo electi, Clyniæ Arati pater, Abantidas qui Aratum in exilium misit, Pasæas pater Abantidæ, Niocles Pasæa interfecto.

Arati Sicyoniae res gestæ.

Sed hos omnes & belli studiis & integritate superauit Aratus, Clyniæ filius, qui collectis exulibus & auxiliaribus Argiuis, Sicyonem occupauit, Niocle pulso, & patriæ libertatem recuperauit, & vt eam tueri aduersus hostes Ætolos, Locros ac Spartanos posset, Achæorum consilio inscribi curauit, vna cum Argiuis, quare factum est, vt Ætolos primum ac Locrenses debellaret, deinde aduersus Antigonom Philippi illius, qui Demetrii filius fuerat in Achæotum concilio Imperatoris creatus. Corinthum e seruitute Macedonica exemit Perseo præfecto præsidii profligato, & Atheniens. e Pyrræo, Munichia & Sunio Promont. præsidio Macedonico eiectione, Diogene præsidii præfecto corrupto. Eandem operam Argiuis præstitit, Aristomacho Tyranno qui Macedonum nomine tenebat expulso. Extraxit & Matineam à Macedonica potestate. Postrema illius aduersus Spartanos bella fuere, quorū primo Agidem Eudauidæ filium, qui Pellenam occupauerat, in gloriam domum redire coegit, altero licet à Cleone Leonidis filio Spartanorum rege ad Dymen victus fuisset, re collecto tamē exercitū, & adsci-

to in bello societatem Antigono Demetrii, eundem circa Selasiam ad interuentionem cecidit, à finibus progressus Spartam expugnauit, Epiclidae filio Leonidis in acie occiso, & tutore illius Cleomene ad Ptolomæum Ægypti fugato. Sed cum nimis fideret Macedonibus, a Philippo Antigoni filio Persei patre veneno è medio aufertur, cui Sicyonii grati Sacellum in vrbe construxerunt. Quæ vrbs, pessum iam eunte regno illo perueritō Sicyoniorum, quod totam Ægialiam comprehenderat, quam famigerata ac potens multis seculis manserit, non solum declarant grauissima bella, quæ cum Orneatis, Phocensibus & Eleis Thebanisq; gesserunt, quorum illud in x. alterum in xi. Cætera in vi. prolixè Pausanias describit. Verum etiam testantur tot thesauri, quos partim Delphicō,

Sicyoniae vrbs potentia.

Bella Sicyoniorum.

partim Olympico templo dedicarunt, quorum in v. & x. idem author mentionem facit. Ad hæc vrbs amplitudo ac magnificentia veteris potentia vel imaginem exhibet. In qua videlicet Hadriani adhuc tempestate, cum cætera Græca pene omnia regna ac ciuitates florentissimæ quondam concidissent, eodem Pausania auctore, adhuc arx in Sicyone, Theatrum, Gymnasium, ac templa infinita supererant, quorum is enumerat fortunæ Acrææ id est montanæ in arce; post theatrum Bacchi, in quo mira consuetudine sacra Deo fiebant ad portam sacram Mineræ, Dianæ & Apollinis ab Epopeo rege; Iunonis ab Adraсто Rege. Suadelæ à Præto (vbi vii. pueri & totidem puellæ sacra peragebant) constructa; præterea Dianæ Lymnatidis; Dianæ Pharææ; Iouis Milichii; Apollinis Lycæi; Apollinis Carnei à Phalte Temeni F. conditum; Neptuni Isthmii; Mercurii Forensis; Æsculapii Veneris; Lutrophoræ; Herculisque cui agno sacrificabant partim comeso, & sacra onomata vocabant.

Confirmat denique veterem vrbs gloriā, quod primi concilii Achæorum illi memoratissimi participes facti fuerint, Pausania in vii. auctore, & quod Achæorum ipse conuentus amplissimus, in quem omnes pene totius Græciæ populi adscripti fuerāt, tum Corinthi, Ægio, Rhyōque ac Argis, tum præcipue in Sicyone peragebatur. Hinc Liuius secundo Decade i i i Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium, auctore consule legati a fratre eius Liuius Quintio & Attalo & Rhodiis & Athen. ad Achæos missi, Sicyone datum est iis concilium. Et libro v. Achæi non ante ausi capessere bellum, quā a Roma reuertissent legati, vt quid Senatui placeret, scirent.

Concilium Achæorum in Sicyonia.

Post reditum legatorum ad Sicyonem concilium edixerunt & legatos ad Titum Quintium miserunt. Pausanias in vii. scribit, in Sicyone iudicium constituisse, quod omnem Græciam, & ipsos etiam Atheniens. iudicaret. Confugiunt itaque inquit ad Romanorum Senatū Oropii, cumque iniusta passi viderentur, iniunctum est Sicyoniae à Senatu vt propter Oropios multam Atheniorum pro magnitudine damni irrogarent. Ex quibus omnibus inclinante paulatim Sicyoniorum potentia & Achæorum crescente, liquet Sicionem in Achæorum potestatem concessisse, post Corinthum tamen existimationem retinuisse. In qua vrbe Cicero in Oratore ac Bruto calceos muliebres extollit, citans versum Lucilii.

Mores Sicyoniorum & vrbs.

Et pedibus leuia Sicyonia demit honesta.

Plinius libro xxxv. Metallorum, ac officinarum omnium patriam vocat, & capite x. Pingendi arte Sicyones excelluisse testatur his nominatim verbis. Et huius autoritate effectum est in Sicyone primum, deinde in Græcia, vt pueri ingenui ante omnia Graphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, recipereturque ars illa in primum gradum liberalium. Sed tempus est vt concludamus de Sicyoniis sermonem, si morem in sepultura obseruatum antiquum adiecero ex Pausania. Ipsi vero Sicyonii simili fere modo sepeliunt. Cadauer terra obruunt, extructaque lapidea crepidine columnas imponunt, fastigio addito templorum, aquilis similimo, inscriptionem aliam nullam adiiciunt, sed sine patris mentione nomen sepulti solum exprimunt, & valete eum iubent.

Corinthii reges.

Et de Sicyone hætenus, sequitur Corinthus, quondam amplissimum regnum cum Sicyoniorum desolatum fuisset, & antequam adhuc illa Achæorum ex Laconica & Argolide in Ægialum transmigratio contigisset, qui eam posterius subiugurant, cum reges creare desissent Corinthii. Et in Corinthiacis, recentissimos in Peloponneso Corinthios Pausanias appellat. Constat tamen antiquissimos eo in loco rerum fuisse potitos. Et vt de Asopo sileā Oceani ex Thetide nato, qui in finibus regnū tenebat apud Phlyntem & fluuiio transeunti nomen reliquit, atque ex Euadnæ Martis & Thebas filia vel secundum alios Methope Adonis præter Pelasgum & Ismenum, qui in Hellade regnarant, multas filias susceperat. Æginam Æaci regis Oenones coniugē, raptam à Ioue, Synopem raptam ab Apolline, delatamq; Synopem.

Vnde Syrus genitus qui in Asia regnavit Corcyram raptam à Neptuno, & in cognominem insulam delatam, vnde Phæacus, & ex Phæaco Alcinous qui Vlysem in Itacam deduxit, procreati. Salamen itidem à Neptuno raptam & in sui nominis insulam portatam, matrem Cenchrei, qui serpentem occidit & naualibus Corinthiorum nomen reliquit, & Euadnem vxorem Capanei, qui Adraasti Argiuorum Regis dux in obsidione Thebarum, fulmine ictus perierat.

Vt de Asopo igitur, & genere illius fileam, vrpote quod in Helladem & proximas insulas, e finibus Corinthi, vel vt tum vocabatur Phyluntis abierat. Est tamen animaduersum ab antiquis autoribus, Reges horum finium proprios, atque adeo primis etiam temporibus exuisse, è multis paucos recensebo. Sol primus traditur ad Isthmum gubernasse, & cum Neptuno pro illa terra certasse, & ex Ephyra Oceani filia tulisse Alozum. Hic Ephyram ciuitatem construxit, ex cuius ruinis postea Corinthus à Corintho Marathonis filio fuit cõdita. Alozus vero cum abiisset in Colchidem cum Argonautis, Buro Mercurii & Alcidas filio Epyræ regnum administrandum reliquit. Qui postea reuerso filio Aloxi Epopæ illud restituit. Epopæus Marathonem suscepit, qui relictis his finibus, cum in Atticam se contulisset, Marathone vrbe ad Asopum condita, Corintho filio regnum reliquit, qui contempta Ephyra aliam prope urbem maiorem in littore maris infra Isthmum construxit, eamque à suo nomine Corinthum appellauit. Emporium insigne posteribus seculis totius orbis, & quam Philip-
pus Amyntæ intra tres compedes Græciæ recensuit.

Quibus au-
spiciis Iason
& Medea
Corinthum
petiere.

Ad hunc Corinthum, Medæam fugisse, cum à Iasone esset repudiata, aliqui tradunt plerique cum eo Iasonem etiam atq; Iasonem adeo ipsum in regno Corinthi, Corintho Regi successisse, atque à Iasone Silyphum Æoli filium Athamantis regis Bœotix fratrem adoptatum: Diuersum tamen à Diodoro quinto Bibliothecæ traditur, qui Creontem Regem Corintho successisse, scribit, ad quem licet Iason cum Medea venerit, sed ob aliam tamen causam, quod videlicet ob senectutem ac veneficium, odio Medæ cum laboraret Creontis Regis Corinthi filiam Glaucam superinducere conabatur, idque vxoris voluntate. At Medæa cum virum à proposito auertere nequiret, occisis filiis ex Iasone, Thessalo excepto, qui necem effugerat, regiam Corinthi vbi tum fuerant, vna cum Creonte ac filia Glauca inflammasset Iasone solo mortem fuga euitante. Placet verba quædam authoris illius referre. His actis cum Argonautis ad Isthmum Peloponnesi nauigans sacra fecit Neptuno, cui nauem Argo dedicauit. Cum ingens ei fama esset apud Corinthiorum Regem Creontem ad eum diuertens, secum vitæ reliquum tempus egit Corinthi, cogitantibus Argonautis in patriam abire.

Et subdit. Hunc Corinthii tradunt, cum annis decem cum Medea vixisset, genuisse ex ea filios priores duos, Dydimum Thessalum, Alcemenum his posteriorum, tertium Tisandrum. quo tempore aiunt Medeam magno in honore, non solum propter speciem qua eminebat, sed propter prudentiam, cæterasque quibus ornata erat virtutes à viro habitam, paulatim deinde ætate decorem formæ auferente, Iasonem Glaucæ Creontis filix amore captus virginem nuptui à patre petiit annuente Creonte, certumque nuptiarum diem statuente, Iasonem Medæ nititur spontaneum diuortium suadere. Ait enim cupere se illam vxorem ducere non in eius contemptum, sed vt filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret. Ægre verba hæc ferente Medea, Deosque testes iuramenti præstiti appellante, Iasonem suscepti beneficii oblitus Creontis filia vxore sumpta, Medeam vrbe pellit. Illa cum à recessu diem vnum à Creonte petiisset, noctu regiam ingressa certis Medicamentis immutata facie domum incendit, radice quadã à Circe inuenta, ea virtute, vt incensus ignis nequiret extinguui, repente à conflagrante regia Iasonem exiliuissè tradunt, Glaucam, Creontemque igne absumptos. His haud quaquam acquiescens Medea, inque Iasonis vltionem intenta postquam euasisset flammam cognouit, animum morti filiorum in patris calamitatem iacit. Omnes, vno qui aufugit excepto, natos iugulauit, eorumque corpora sepeliuit in templo Iunonis, deinde fidissimis sociis fugè assumptis Medea noctu ex Corintho fugiens Thebas ad Herculem venit. Hæc ille.

Silyphus Rex
Corinthi.

His igitur auspiciis Iason Corinthi Dominus effectus Silyphum Æoli filium, fratrem Athamantis Bœotix Regis adoptauit, & in regno successorem reliquit. Hunc ferunt in memoriam fratruelis Melicertæ, Athamantis filii, Isthmia ludicra instituisse vbi cursu, iaculis & Poetis certabatur eo loco quo scilicet Ino cum filio Melicerta furorem

furorem mariti fugiens, se è saxo in mare præcipitem dederat, excepti à Delphino ac in Deos marinos Deorum commiseratione versi, nempe Leuchoream & Palemonem, quem Latini Portumnum vocant, ad quæ alludentes cecinere Poetæ.

Simonides ex versione Alciati.

*Isthmia Philonis Dicphon & Pythia vicis
Et cursu & iaculo saltibus ore pale.*

Pyndarus in eiusdem versione.

*Dum disci iactu saltus pediti impetus hasta
Atq; pale & cursus stadium fuit omnibus vnum.*

Papinius vi. Theb.

*Profilis excipiunt plausu Pisea inuentus,
Eleg. manus sequitur Sicyonius Alcon
Et bis in Isthmia victor clamatus harena
Pheidimus, Alipedumq; fugam progressus equorum
Ante Dymas, sed tunc eio tardante secutus.*

Is Sisyphus quod tyrannidem in Isthmo exercuisset, ex hospitibus alios saxi onere prægrauando, alios calce, dum & pedes lauarentur in aquas deturbando, à Theseo bello petitus & occisus, fingitur apud inferos hac pœna à Poetis affici, vt grande saxum supra montem portare, aliud voluere coactus. cum ad apicem deduxerit, continuo ad ima relabatur, canentibus Poetis & præcipue Ouid. in 4. & 13. Metamorphoseon.

*Viscera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus distractus erat Tibi Tantili nulla
Deprenduntur aquæ, quæq; imminet effugit arbor
Aut petis aut vrges ruituram Sisyphæ saxum.
Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit vbi Æolidem, saxum graue Sisyphus vrget.*

Porro Sisyphus ille plures cum genuisset liberos, Ornitio quidem Phoci pater in Phocidem, siue vt tum vocabatur Orchomenon abiit, Therfander & Almus ab Athamante patruo in regnum Bœotix adoptabantur. Quorum Glaucus tantum, & Thoas in regno Corinthi mansere, qui cum ex ætate imperio nondum apti essent, Phrixum fratris Athamantis filium post obitum patris (cuius furorem, in Asiam cum Helle sorore fugerat) reuersum filio tutorem ac successorem designauit. Cui, adultus postea Glaucus maior natu in regno Corinthiorum successit. Is qui bello Troiano interfuit, & arma cum Diomede permutauerat. quæ ytrique permutatio exitiosa fuit. Diomedes enim memor veteris hospitii sua arma Ænea precio nouem bouum cum illius aureis precio centum bouum æstimatione permutauit, vt Homerus vii. Iliados refert, de cuius morte alius alia scribit. Probus Grammaticus & Seruius referunt, Glaucum equos aluisse humana corpora pascentes, quos cum à coitu arceret, quò essent velociores, furore à Venere immisso, dum ad currum iungit dilaceratur. Ad quod alludens cecinit Virg. tertio Georgicorum.

*Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci.
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.*

Alii tradunt relicto Corinthiorum regno Thoanti fratri, in Asiam abiisse, atque in Lycia regnasse, ac postea bello Troiano interfuisse, ac arma in ipsa pugna veteris hospitii ergò permutasse ne alter alterum occideret, occisum tamen ab Aiace cum corpore interfecti Achillis pugnaretur, & Deortim miseratione in flumine eiusdem nominis mutatum. Quem tamen alii non Sisyphi, sed Bellerophontis filium faciunt. alii non filium, sed nepotem ex Bellerophonte, filium Hippologi. Sunt & nonnulli qui Bellerophontem Glauci huius Corinthiorum siue Ephiræ Regis filium putent. Quorum verisimilior est sententia, vt vel ex insignibus eius Reipublicæ potest confirmari, puta Neptuno Pegasus equum in portam trahente. Quippe cum prius Hipponus vocaretur, postea ab interfecto Corinthiorum primato Bellero, Bellerophontes dicebatur. Et dum adhuc pater rerum in Corintho potiebatur, interpellatus de stupro à Stenobæa Præti Argiuorum Regis coniuge, veritus hospitalis Iouis iram, lasciuam feminam repulit, accusatus idcirco innocens hospes apud Prætum interficiendus acceptis codicillis ad socerum Præti Iobatam Lyciorum Regem missus est, qui lectis codicillis, vt clam vlsceretur crimen, ad Domandos Solymos in Cretam, & cum hos vicisset ad Chymeram monstrum triforme perimendum transmittit, quod monstrum accepto à Neptuno, equo alato Pegaso, tandem confecit, ideo

Fabula de
Glauco.

Historia de
Bellerophonte.

donatus matrimonio filię Archides, ex qua genuit Isandrum Hippolochum & Laodamiam, & cum ascenso Pegaso in cœlum volare conaretur, immisso aëtro à loue equus Bellerophontē excussit, ac interfecit, relatus ea propter inter astra, Et hæc sunt initia insigniorum cum Corinthiorum qui Pegaso sunt vsi in moneta, tum Lyciorū qui Chymera, vt posteri dicemus. Hic monendus est mihi lector, fuisse & Glaucum piscatorem conuersum in Deum marinū, de cuius amore Ouid. lib. 13. Metam. Exiisse, & aliū hoc nomine ferunt, qui primam æris ferruminationem inuenit. Vnde prouerbum est ortum, Ars Glauci.

Throas rex Corinthi.
Demophon rex Corinthi.
Postremo reges Corinthi.

Cæterum Thoas quem diximus Glaucō fratri successisse in regno Corinthiorum & Demophonta filium reliquit. Is Prodam, Prodas rursus Doridam & Hiacynthidē postremos Sisyphi familiæ. Hi quippe victi à Dorienſibus, qui Heraclydas in Peloponnesum reduxerant, Alethæ filio Hippotis Corinthiorum regnum tradiderunt, cuius posteri per ætates quinque rerum in Corintho potiti sunt, vsque ad Bacchum Promnidis filium, qui abrogato regni nomine, Aristocraticam gubernationem induxit, quæ & ipsa postremo cessauit in Teleste Aristodemi filio, Cipselo quodam Actionis filio tyrannidem occupantē, eiectis Bacchi hæredibus (vt verbis Strabonis vtamur.) Ipsi quoque Bacchidæ annis ferme cc. urbem dominatione tenuerunt, & tyranni locupletissimi & numero plurimi & genere clari euadentes, & Emporium ipsum adempto metu fructuosum possidentes.

Cypselus tyrannus.

Cypselus autem hisce distractis tyrannidem occupauit, eius que domus diuitias, oblatum Olympico templo Cypseli donum testatur, eximie magnitudinis simulachrum solido ex auro fabricatum, & in tertiam vsque generationem domus eius perdurauit.

Periander tyrannus Corinthiorum.

Fuit & Periander Corinthiorum tyrannus Olympiade xxxv. i. i. apud quem Arion Cytharedus Poeta Lyricus insignis, magno in precio fuit, Tragici carminis primus inuentor, qui in Italiam profectus grandem pecuniam arte sua promeruit, cumque Lesbion insulam peteret, videretque sibi insidias à sociis parari, propter opes, quas secum ferebat, nautas orasse dicitur, vt ante mortem carmen aliquot sicerent concinere, quod cum impetrasset rapta Cythara modulans è nauis in mare se coniecit, sed à Delphino illecto eius cantu dorso exceptus, Tænarum, quod oppidum est Laconicæ à Tenaro Promontorium appellatum, vectus est, antequam nauis illuc applicuissent, relictoque Delphino Corinthum abiit, omnemque rem gestam Periandro enarrauit.

Demarathus rex.

Tyrannis adnumerandus est Demarathus, vnde Tarquinii reges Romanorum processere, & Tymaleon insignis ille dux Corinthiorum, de quorum primo Dionysius Halicar. libro 111. antiquitatum hæc annotauit. Demarathus Corinthius ex Bacchidiarum genere negociationis gratia nauigauit in Italiã priuato sumptu, instructa nauis ac onerata mercibus, quas cū distraxisset in Hetruscis urbibus totius tunc Italiæ florentissimis, noluit posthac alios portus petere, sed per eadem semper maria vltro citroque commens Græcanicas merces mutabat Tuscanicis. Vnde magnis opibus auctus est, orta deinde seditione inter Corinthos oppressis Cypseli tyrannide Bacchidiadib. homo prædiues, & alioqui principe familia natus, parum tutum se ratus in patria, sublatis quantum potuit rebus, & in naues impositis Corintho abiit, cumque ob commercia continua multos bonos amicos haberet in Hetruria, præsertim Tarquinius, urbem olim florentissima, domicilium in ea sibi elegit, ducta vxore nobili, ex qua duobus susceptis filiis, Hetrusca nomina indidit, alteri Aruntis, alteri Lucomonis. Hæc Dionysius. Ex Lucomone porro Romam migrante Tarquinius primus hoc nomine Roman. rex processit.

Tymaleon dux.

Facit ad Corinthiacæ urbis laudes, & Tymaleon qui prima suæ bellicæ experientię fundamenta posuit in liberanda Siracusanorum Repub. deinde fortunæ ac industrię insistentis, patriam quoque Tyrannide liberauit tanto ardore, ac vera in patriam pietate, vt aduersus proprium fratrem Thymophontē, qui tyrannidem arripere conabatur, arma sumpserit, eumque occidi curarit in summum matris ac cognatorum odium diuertens. Accersitus deinde à Siculis Dionysio pulso Lionem restituit. Dionysium verò cum posset interficere salutem nauigare Corinthum permisit, vbi & ludum rex ille postea aperuerat. Debellaui & Carthaginenses apud Grimissum fluuium qui Siciliam occupare conabantur. Præterea Syracusas auxit, ædificiis, muris, & nouis ex Corintho colonis adductis, arce & propugnaculis tyrannorum disiectis, & cum regnare Syracusis posset, maluit priuatam ducere vitam, in qua Syracusanis interim nihilominus manu & consiliis adfuit, & ita libertatem eorum est

tutatus

tutatus, vt se accusare etiam in fontem resistens Syracusanis pateretur. Solebat enim dicere, tunc demum se voti compotem factum, & quod à Diis Immortalibus efflagitauerat, talem libertatem Syracusanis reddidisset, in qua cuius liceat, de quo vellet, impune dicere. Sepelitur multo senio in Gymnasio publico sumptu. Et hæc cum de regibus ac tyrannis, tum claris quoque Corinthiacis heroibus.

Cuius urbis situm Strabo in viii. depingit. Ipsius urbis situm talem esse contingit, mons est excelsus stadiis 111. ac dimidiati altitudinem habens. ad perpendicularum ascensus ad stadia xxx. in acutum terminatur acumen. Acrocorinthum autem eam nominant. Cuius quidem pars in Aquilonem versa maxime in arduum recta conſurgit. Sub quo ad Acrocorinthi radicem in plano loco instar mensæ iacet oppidum ipsum; Urbis ambitus stadiorū xl. erat, vbi à monte nuda fuerat urbs, mœnibus vallata fuit. In hoc autem circuitu & mons Acrocorinthus continebatur, vbi murale tutamen admittere potuit. Nobis inter ascendendum manifesta ipsius tractus erant rudera, & vniuersus circuitus stadiis lxxxv. conficiebatur. Aliis ex partibus mons ipse minus in reſtum arduus est. Hinc vero non parum dilatatur in longe lateque prospectū patens. Vertex ipse Veneris sacram habet ædiculam, Infra verticem Pyrenem fontem adesse contingit, haud affluentes aquas habentem, cæterum perspicuas ad Imum, potuque suauissimas. Vulgo autem memorant, tum ex hoc, tum ex subterraneis quibusdam locis venulis expressum fonticulum montis radici proximum in urbem defluere, vnde aquantur vbertim. Intra oppidum quoque puteorum copia est.

Corinthi fontem.

Pyrene fontem.

Et subdit. Sub ipsum deinde Pyrenem Sisyphium iacet siue sacellum quoddam siue regiale domicilium niueo constructum lapide, in quo non modica seruantur adhuc rudera. E summo autem cacumine in aquilone Parnasus conspicitur, & Helicon montes excelsi, atque niuales Cryſſeusque sinus vtriusque suppositus, quem Phocis & Bæotia Megarenſis & Sicyonia & Corinthia complectitur.

Sisyphium arx.

Non dissimilis Corinthi descriptio extat apud Liuium libro v. Decade v. Sacrificio Mineræ præſidi arcis in urbe facto profectus Corinthum altero die peruenit. Urbs erat tunc præclara ante excidium, arx quoque & Isthmus præbuere spectaculum, arx inter omnia in immanem altitudinem edita, scatenſ fontibus. Isthmus duo maria ab occasu & ortu Solis finitima arctis faucibus dirimens. Sicyonem inde & Argos nobiles vrbes adiit. Loquitur de Paulo Æmylio qui Persen debellauerat.

Porro de fontis origine, (cui Pyrene filia Acheloi & Neptuni, mater Lechæi & Cenchrææ nomen indidit) aliam habet Strabo coniecturam, aliam Pausanias. Ille enim à Pegaso Bellerophontis, qui Glauci regis Corinthi fuerat filius, vngula excitatum esse refert. hic autem, cum Aſopus Sisyphum in cacumen montis constituisset, vt è specula raptum Iouis, cum Æginam filiam auferret, exploraret, fonticulum fuisse simul datum, quo situm toleraret, scribit. Qui præterea sacella ac templa omnia vtriusque ad viam ex ciuitate in Acrocorinthum declinans Parcarum enumerat, Matris Deum, Proserpinæ, Cereris, Veneris, Iunonis Buneæ, & in summo cacumine duo Ididis, & totidem Serapidis. Intra ciuitatem quoque commemorat, Dianæ Ephesiæ, fortunæ, Mineræ Calanitidis, Iouis Capitolini: versus theatrum, & Octauæ sororis Augusti Imperatoris. Extra vero mœnia recenset versus Cenchræas, hoc est naualia Corinthiorum, Veneris & Dianæ: versus portum Ididis, & Æsculapii, ad portam Teneaticam, Lucinæ: versus lucum Bellerophontis, Veneris Menalidis. In via Sicyonem Palladis vbi ruinæ apparebant arcis Ægialei Sicyonię regis & alterius fani rudera extabant, à Pyrrho Achillis inflammati.

Templa & sacella.

Sarcophagi denique præter alios cernebantur in Corintho, filiorum Medæ, quos illa interfecerat, siue odio Iasonis cum Glaucam Creontis Corinthii superinduxisset, siue vt immortalitatem hoc illis modo compararet, quanquam Mermerum maiorem natu in Corcyra à Læna occisum, alii tradant. Thessalum autem cedem fugientem Pelagos abiisse. Extra mœnia vero tumuli celebriores fuerant Penethei Echionis terrigenæ ex filia Cadmi nati, à bacchantibus mulieribus lacerati, cum contumelias in Bacchum dixisset. Laydis meretricis insignis ac prædiuitis & Diogenis Cynici.

Sarcophagi.

De nomine præterea & conditore Corinthi contrauertunt autores. Pausanias à Corintho Marathonis filio & nepote Epopæi regis Ephiræ, urbem appellatam condidit. Diuersum Velleius Romanus historicus tradit. Paulo ante Alethes sextus ab Hercule Hippotis filium Corinthum, quæ antea fuerat Ephyra, claustra Peloponnesi continentem in Isthmo condidit. Neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum. nam expressè Poeta & hanc urbem & quasdam Ionum colonias is

Conditor & nomen Corinthi.

nominiibus appellat, quibus vocabantur ætate eius, multo post captum Ilium condi-
ta.

Denique urbem Corinthiorum Homerus diuitem ob mercatorum concursum
appellat, Thucydides emporium totius Græciæ, Philippus denique Aminæ Corinthū
ob loci munitionem Græciæ totius pedicam vocauit, vnam ex tribus compedibus, hoc
est addens Demetriadi Thessaliæ & Chalcidi Eubœæ. Athenæus lib. 1. vino generoso
hanc urbem, Plin. lib. 34. ære ac signis ex ære ibi factis, Strabo luxu ac meretricio quæstu
extollit, ut de Christianismo ibi per D. Paulum propagato id quod merito cuncta ante-
cellit, sileam. Sed placet loca recensere.

De vino Corinthiaco scribit Athenæus lib. 1. Dipnos. De vino Corinthio memi-
nit Alexis velut aspero, vinum peregrinum aderat. nam Corinthium torquet. De Corin-
tho ære ac signis inde confectis Plinius libro xxxiiii. cap. xii. cum de æris generi-
bus tractat. Ex illa autem inquit antiqua gloria Corinthiū maxime laudatur hoc, casus mis-
cuit Corintho cum caperetur incensa, mira quæ circa id multorum affectatio fuit, quippe
cum tradatur non alia causa Verrem, quem Cicero damnauerat, præscriptum esse ab
Antonio, quam quod Corinthiis se ei cessurum negauisset. *Et subdit.* Sunt ergo vasa tan-
tum Corinthia quæ isti elegantiores nunc æsculpendo transferunt, modo in lucernas,
modo in trullas, nullo munditiarū respectu, Eius tria genera. Candidum argenti nitore
quàm proxime accedens, in quo illa mixtura præualuit, alterum in quo auri fulua na-
tura, tertium in quo æqualis omnium temperies fuit. Meminit & Florus cum Corinthi
à L. Mummiō factam expugnationem describit. Quantas opes & abstulerit & cremauerit
hinc scias, Quod quicquid Corinthi æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse
comperimus. Nam & æris notā preciosiorem ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria, quia
incendio perustis plurimis statuis, atque simulachris, æris auri argentique venæ in com-
mune cōfluxere Idem de æris Corinthi origine Eutropius in iii. adnotauit. Sane cum
propter multitudinem & varietatem statuarum simulachrorumque in illo ciuitatis in-
cendio permixta in vnum auri argenti atque æris, omniaque simul metalla fluxissent,
nouum genus metalli factum est. Vnde vsque in hodiernum diem siue ex ipso, siue ex
imitatione eius æs Corinthium, & Corinthia vasa dicuntur.

Porro de emporio & mercatura Corinthiorum Strabo hæc refert libro viii. Ge-
ograph. Distant autem Cleone quidem ab Argo stadiorum cxx. à Corintho stadiis
lxxx. Corinthum sane locupletissimum aiunt cum Isthmo immineat Emporium, locus
negociatoribus frequentatus. & duorum dominus portuum existat, quorum alter qui-
dem Asiæ, alter vero Italiæ est propinquus. vtroque ex loco faciles inuicem mercium
commutationes faciens, tantundem remotis vtrinque gentibus. Fuit autem cum fre-
tum esset, non tuta profecto nauigatio, quod quidem antiquioribus annis freto contigit
Siculo. Itidem & maria ipsa præfertim ad Malæam propter aduersos ventorum flatūs. In-
de est natum vulgo prouerbum, cum Malæam deflexeris, domesticos obliuiscere. Asia-
ticis igitur Italicisque mercatoribus grauissimum erat omisso ad Malæam cursu Co-
rinthum diuertere aduectis eo mercibus vbi & importatarum & exportatarum è Pelo-
ponneso rerum vestigalia vendi contingebat. Illuc etiam in Isthmicorum celebratio-
ne ludorum multitudo incolarum conueniebat. Hæc ille. Ad quod pertinet prouer-
bium. Non cuius est adire Corinthum.

Idem de meretricum quæstu & luxu Corinthiorum hæc subnectit. Veneris eti-
am templum adeo locupletatum Corinthi exitit, ut supra mille Deæ prostitutas puel-
las caperet, quas Veneri viri mulieresque addixerant. Propter has igitur frequens in
urbem multitudo, turbaque conueniebat, vnde ciuitas mirum in modum ditabatur,
nautæ etiam leuiter sumptus facientes assumebantur. Hinc vulgatur veteri sermone pro-
uerbium. Non omnium est virorum Corinthum nauigare. Cuiusdam quoque meretri-
cis facetum illud posteris vulgatum est responsum, nam cum altera illi exprobarer in-
ertiam, quod nulla operis teneretur industria, nec lanas attingeret. Ego inquit talis in
hoc breui tempore ternas disposui telas. Nomina insignium meretricum quæ prosta-
bant Corinthi, & fama celebres fuerant, traduntur, Laidis, Leænæ, Sinopes, Pyr-
rhines, Syrenes & Sicyones. Huc referenda sunt sacra Priapi, Ornea dicta, quæ Corinthi
celebrabantur. Et quia memorabilia hoc loco recenseo, venit mihi in mentem sacrificii
quod Odæum nomine ob mortem filiorum Medæ celebrabatur, de quo Pausanias
hæc scribit. Supra montem hunc Odæum ut vocant est extructum iuxta Medæ filio-
rum monumentum, quorum nomina apud illos referuntur Mermerus & Pheres, qui
propter

propter ea quæ Glaucæ obtulerat munera à Corinthiis obruti esse lapidibus dicuntur. Quia
autem violentus hic interitus & iniustus fuerat, Corinthiorū infantuli ab eis necabantur, do-
nec annua ab eis sacrificia ex oraculo sunt cōstituta, & metus itē adiunctus. Hic ad nostrā
vsque ætatē perdurauit. exsculpta mulieris imagine formidabili. Corintho autē à Rom. exci-
sio, & è medio sublatis veteribus Corinthiis non amplius ab his, qui in Coloniam ve-
nerunt, sacrificia hæc sunt persoluta, neque pueris in ipsorum honorem detondunt ca-
pillos, neque attras vestes gerunt. Nobilitarunt Corinthum & Isthmia ludicra à Sisypho
instituta ut antedictum est, quæ qualia fuerint delineat Liuius libro i i i. Decade i i i i.
Isthmiorum statum ludicrum aderat semper quidem & alias frequens cum propter
10 spectaculi studium genti inlitum, vbi certamina omnis generis artium, viriumque ac per-
nicitatis visuntur, tum quia propter opportunitatē loci per duo diuersa maria omnium
Græcorum vndique conuentus erat.

Porro Corinthus vna cum ditione proxima postquam reges creare desiissent, siue post
Cypselum, siue Periandrum, in Achæorum potestatem venit, vnde licet Timoleon libe-
rasset aliquando, tamen viribus fractis cum proximas ditiones Sicyoniæ, Nemææ ac Ar-
golidis, imo etiam Laconicam sui iuris Achæi fecissent, Achæis Corinthus subiicitur.
Quibus Philippus Macedoniæ rex Aminæ pater Alexandri magni ademit, vna cum
aliis vtriusque Græciæ prouinciis, sub quorum potestate vsque ad Philippum Persei pa-
trem manlit, quo debellato à Romanis, Quintius & post eum Flaminius Romanus
20 Duces Corinthum vna cum Argolide Sicyoneque liberarunt, ac socios Romani nomi-
nis appellarunt, à quo Critolai consiliis cum defecissent, bello petiti primo à Metello
Macedonico, deinde à Lucio Mummiō & Aristonis cuiusdam prodicione obsidentur,
ciuitate solo æquata, & pretiosis quibusque Romam transuectis. Quo tamen post se-
culum Augustus Octavianus Imperator coloniam deduxit, quam libertate Nero do-
nauit, Vespasianus multis prærogatiuis locupletauit. Hinc est quod scribit Pausanias in
vii. Tunc itaque in castra ut venit Flaminius, & Eretriam, pugna superato Macedonum
præsidio, diripuit, & ad Corinthum confestim admoto exercitu, quæ à Philippi præsidio
erat occupata, urbem tum ipse obsidione cinxit, tum Achæis nunciauit, ut missis copi-
is aduersus Corinthios suppetias ei ferrent, idque partim eo facerent, quod digni essent
30 habiti, qui socii Romanorum appellarentur, partim benevolentia adducti, erga Græcos.
Cum itaque in consilio diuersa essent inuicem dicta, vicerunt denique qui Romanis
fauebant, missoque exercitu Achæi in Corintho obsidione Flaminium iuuerant. Cæte-
rum Corinthi à Macedonibus liberati continuo se in Achæorum concilium contule-
runt. Huc faciunt loca Titi Liuii Decade i i i. libro i i. Rhodii Peræam (regio est con-
tinentis versus insulam vetustæ eorum ditionis) repetebant, postulabantque præsidia
deduci ab Iaslo & Bargyllis & Eurotesium vrbe, ut in Helesponto, Sesto atque Abydo, &
Panopliæ Byzantiis, in antiqui formulæ iuris restitui & liberari omnia Asiæ emporia por-
tusque. Achæi Corinthum & Argos repetebant. *Et rursus* Mouerunt eo maxime se-
natum, demonstrando maris terrarumque regionis situm, ut omnibus appareret, si De-
40 metriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia rex teneret, non
posse liberam Græciam esse, & ipsum Philippum non contumeliosius quam verius
compedes eas Græciæ appellari. *Et libro tertio.* Nihil contra ea de libertate vrbium
alii dicebant. Cæterum ipsis tutius esse, manere paulisper sub tutela præsidii Romani,
quàm pro Philippo Antiochum dominum accipi, postremo ita decretum est, Corin-
thus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho tamen præsidium esset. *Et subdit.* Corin-
thus & Triphilia ac Heræa (Peloponnesi & ipsa vrbs est) reddita Achæis. Idem libro se-
cundo eiusdem Decadis obsessam Corinthum à Tullio & Lucio Quintiis comme-
morat, ut è seruitute Macedonica vindicaretur. Cæteri populi Achæorum cum sen-
tentia prorogarentur, societatem cum Attalo & Rhodiis præsentis decreto confirma-
50 runt, cum Romanis quia iniussu populi non poterat rata esse, in id tempus quo Roma-
ni legati mitti possint, dilata est, in presentia, tres legatos ad Lucium Quintium mitti
placuit, & exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoueri, captis Cenchræ-
isiam urbem ipsam Quintio oppugnante. Et ii quidem è regione portæ, quæ fert Si-
cyonem, posuerunt castra, Romani ad Cenchræas versus portam vrbis. Attalus tra-
ducto per Isthmum exercitu Lechæo alterius maris portu, oppugnabant, primo seg-
nius, sperantes seditionem intus fore inter oppidanos ac regium præsidium.

Posteaquam vno animo omnes & Macedones tanquam communem patriam tue-
bantur, & Corinthi ducem præsidii Androthenem haud secus quam ciuem & suffra-
gio creatum suo imperio iusto patiebantur. Omnis inde spes, pugnantibus in vi &

Vinum
Corinthia-
cum

Æs Corin-
thium

Emporium
Corinthia-
cum.

Corinthia-
ec.

Corinthum
sub Achæis.

Corinthum
Achæorum.

armis & operibus erat, vndique aggeres haud faciles aditu ad mœnia admouebantur. Hæc ille. Qui tamen soluta obsidione & Romanos & Achæos recessisse scribit, vt eius vtar verbis, Autor erat Attalus incensis operibus omittendæ extemplo oppugnationis, pertinacius Quinctius in incepto perstabat. Is quoque vt pro omnibus portis disposita vidit prælidia regia, nec facile erumpentium impetus sustineri posse, in Attali sententiam concessit, ita irrito incepto dimissis Achæis reditum ad naues est.

Corinthii
Rom. fecit.

Sic liberata Corinthiorum Respublica ex Achæorum & Macedonum feruitute, Romanæ societati accessit, ac libertatis munia liberalissimè fouit, donec Critolao quodam duce à Romanis sine causa defecisset, in ruinam concessit. Quam historiam breuiter Lucius Florus complectitur libro 11. Quasi seculum illud euerlionibus vrbiū curreret, ita Carthaginis ruinam statim Corinthus excepit. Achæa caput, Græciæ decus, inter duo maria Ionium & Ægeum, quasi spectaculo exposita. Hæc (facinus indignum) ante oppressa est, quam in numero ceterorum hostium referretur. Critolao causa belli, qui libertate à Romanis data, aduersos ipsos vsus est, legatos Romanorum, dubium an & manu, certe oratione violauit. Igitur Metello ordinante, cui tum maxime Macedonia mandata est vltio, & hoc Achæicum bellum, ac primam Critolai manum Metellus consul per patentes Elidis campos, toto cecidit Alphæo & vno prælio peractum erat bellum. iam & vrbe ipsa terrebat obsidio. Sed (ô fata Republicæ) cum Metellus dimicasset ad victoriam, Mummius venit. Hi alterius ducis dignitate exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit, geminosque portus sanguine infecit.

Corinthii
à Rom. de-
ficiunt.

Tum ab incolis deserta ciuitas, direpta primum, deinde tuba præcinnente delata est. Pausanias in vi. eundem quidem belli autorem Critolao, alium tamen locum facti prælii ostendere videtur, cum scribit. Metellus simul ac audiuit Mummius cum exercitu aduersus Achæos aduentare, diligentiam adhibuit, vt ipse ante Mummi in Græciam aduentu bello finē imposuisse videretur. Missis itaque ad Achæos nunciis e concilio iussit dimittere Lacedæmonios, & quas olim Romani indicauerant ciuitates. & sic ob priorem contumaciam, nihil graue Romanos ex iracundia facturos promissit. Hæc per præconem vt sunt annunciata, in Macedonia exercitum traduxit, & per Thessaliam, ac iuxta Lamiacum sinum iter fecit. Ac Critolao & Achæi, sermonem qui concordie inferuiebat, nullum admiserunt, sed Heraclæam obsidione cinxerunt, eo quod concilii Achæorum participes esse detrectarunt. Tunc itaque per exploratores certior factus Critolao, Metellum cum Romanis Sperchium transisse, Scarphiam Locrorum aufugit, & licet angustias inter Heraclæam & Thermopylas cum Achæorum exercitu occupauerat, Metellum tamen expectare non est ausus, sed tanto terrore perculsus, vt non ex ipso loco quidem melius quid speraret, in quo pro Græcorum salute Lacedæmonii præclara illa facinora ediderant aduersus Medos & Athenienses, his non interiora aduersus Galatas, fugientem Critolao, & cum eo Achæos, paulo ante Scarphiam comprehendunt Metelli milites, vbi multis numero interfectis, circiter mille viuos cœperunt. Critolao vero post pugnam neque viuis à quoquam est visus, neque inter mortuos repertus.

Corinthii
Romani
delecta.

Et subdit de expugnatione. Qui ex Achæis post pugnam Corinthum euaserant statim sub noctem effugerunt, effugit vna ex ipsis Corinthiis quam plures. Mummius, licet portæ essent apertæ, primo tamen impetu Corinthum irrumpere noluit, veritus ne quid insidiarum intra mœnia, lateret. Sed die post pugnam tertia vi & cepit Carthaginem & igne deuastauit. Eutropius duas pugnas factas tradit, in quarto Romanorum Historiæ. vnam ad Thermopylas Critolao duce in qua x l. millia Achæorum cæsa sunt alteram Dieuco duce in Phocide, qui nouum ex Arcadia exercitum eduxerat, in quo vii millia Græcorum desiderata dicuntur. Factum autem hoc erat à Quinctio Metello Macedonici Procos: aduersus Pseudophilippum missus fuerat, qui paulo ante P. Iuuentium Romanus prætorem ad internecionem ceciderat.

Locus pug-
nae.

Et subiiciens de euerfione Corinthi. Igitur post exincta totius Achæa prælidia, destituta vrbe euerfionem vrbiū Metello prætore meditante Cos. Mummius repentinus cum paucis venit in castra, qui dimisso statim Metello, Corinthum nobilissimam ciuitatem Græciæ, propter iniuriam legatorum Romanorum sine mora expugnauit toto tum orbe longè clarissimo omnium. Artificum enim & artificiorum officina & emporium commune Asiæ atque Europæ per multa retro sæcula fuit. Permissa igitur crudeliter est in captiuos prædandi licentia, sicque omnia cædibus ignibusque consumpta sunt, vt de murorum ambitu quasi e camino in vnum apicem coarctat, exundaret incendium. Itaque plurima parte populi ferro, flammisque consumpta, reliqua sub corona vendita est, vrbe incensa, muri funditus diruti sunt, muralis lapis in puluerem redactus, præda vero ingens erepta est Pausanias

nias in vi. refert partem spoliū à Mummiō esse concessam Philopæmoni Attali duci, eaq; Pergamum translata vectigal non solum Achæa, sed vniuersæ Græciæ impostum, unde magistratus sustentabantur, contigisseq; illam euerfionem altero anno post Carthaginis destructionē, vt Plin. in xxxiii. animaduertit, Olympiadis clvi. anno tertio. vrbis vero conditæ dcviii. Paus. in 11. ab Octauiano Augusto restitutam vnā cum Carthagine Corinthum refert. & Romanam coloniā eo deductam Patras. Vnde apparet plus quam seculum in ruinis iacuisse. Vnde Plinius libro 1111. capite 1111. Corinthum Romanam coloniā appellat. Hanc deniq; Nero & locupletauit pluribus beneficiis, & libertate donauit, ac vt opinor, primus proconsulatu ornauit. Hinc est quod

Corinthum
Rom. colo-
nia.

Proconsules
Achæa

10 Diuus Paulus sub Nerone ad Corinthios scripsit, & in vita Diui Andree legitur apud Abdiam, apud Lesbium proconsulem in Corintho accusatum Beatum Apostolum, cuius vxorem Trophimam Christo vindicauerat. In eadem historia mentio fit Apostolum ab Ægeate Procos. condemnatum, qui tum apud Ægium & Patras habitauerat. Hunc proconsulatum Græci postremi imperatores in dominium verterunt, quam Despotiam vocabant. Cuius ditio totam Peloponnesum comprehendebat patentem ab ortu & occasu, vt autor est Plinius stadiis mccc. & ab Isthmo (quem paulo supra Corinthum Demetrius rex Macedonia, & post eum Dictator Cæsar, Caius Cæsar & Nero Imperator perfodere nequicq; conati sunt, & quæ Imperatores Græci postremi Hexamylo coplexi sunt) vsque ad Tenarum Promontorium totius Peloponnesi locum maxime meridionalem. Hinc Æneas Syluius autor est. Constantinum Paleologum Despotam fuisse Moreæ, antequam ad imperii apicem peruenisset Amurathi Turcarum tyranno tributarium, e cuius iugo se vendicare conabatur cum Iulano Cardinale ac Capistrano autoribus, Thurcæ in Seruia victi fuissent. Post hunc Constantinum, qui paulo post Imperator Constantinopolis expugnatione occisus fuerat, fratres eius Demetrius ac Thomas Despotæ Moreæ celebrantur Mahometi tyranno vectigales, cui annuos xv. mille. coronatos pendere cogebantur, donec Calixto Papa ingentem in Turcas expeditionem meditante, cum se in libertatem asserere voluissent, Despotia illa cessauit. Græcis magna ex parte profligatis, partim vero cum Albanis ac Turcis, Sclauisq; mixtis.

Corinthii
ditionis
vestigia.

Insignia Co-
rinth.

30



Neptunus
Corinth.

Et de Corintho hæc tenent, ad insignia eiusdem me recipio, quæ inuenio vel Pegasum alatum solum, vel Neptunum solum sedentem, vel Bellerophontem Pegasum introducens in vrbe. De Neptuno res sic habet, vt autor est Pausanias lib. 2. Neptunus dicitur cum solo de Isthmo & agro vicino litigasse, Briareum electum arbitrum, Neptuno Isthmum quæque huic adiacent adiudicasse, Soli verò Promontorium quod Corintho imminet. Hinc est quod idem autor Solis templum in Acro Corintho describit, summo scilicet montis acumine. Et addit, cum templa in Corintho enumerat prope omnium Deorum templum colitur, loco vicino fons extructus, & super eum Neptunus æneus, Delphinus item sub pedibus Neptuni, aquam emittens. Et iterum: Lauacra multis in locis Corinthii habet, quorum quædam ex publico, quædam Hadriani Imperatoris sumptibus sunt constructa, sed inter alia celeberrimum est, quod iuxta Neptuni ædem continetur, Euricles vir Spartanus patefecit, & lapidibus tum aliis exornauit, tum iis quos Crocis ditionis Laconicæ effodiunt, in aditu ad læuam Neptunus est, & post ipsum venantis cultu Diana. Fontes autem quam plures per vniuersam ciuitatem sunt extructæ. Abundant enim magna aquarum copia, quibus ea insuper accedit, quam Hadrianus Imperator ex Stymphalo deriuauit. Sed quæ spectatu maxime digna sunt iuxta Dianæ simulachrum, Bellerophontis est, & aqua per Pegasi equi vngulam profluens. Addit Strabo in 8. Pegasi v furpati à Corinthiis rationem reddens, cum de Pyrene fonticulo, qui irrigat Corinthum, loquitur.

Fama est equum Pegasum cum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensum esse, allatum inquam caballum, e Medusæ ceruice, & de Gorgonis exsecto guttore profiliētē. His adde q; à quibusdā Pegasus Neptuni filius ex Medea traditur, vt Arion alter equus alatus ex Cerere. Hinc Neptunus Hippius, id est equestris subinde ab antiquis & præcipue Poetis nominatur. Neque mirum est Corinthios huius equi symbolo vsos, cum constet Bellerophontem eum, qui equo Pegaso in domanda Cymera vsus fuerat, Glauci regis Corinthiorum filium extitisse (licet alii falso patrem faciant) qui cum apud Prætum regem Argolidis esset falso accusatus adulterii, codicillis seu Vriæ literis

Pegasus
Corinthia-
cum.

acceptis, missus ad Iobatem Liciae regem focerum Chymæra monstrum illud triforme post subiugatos Solymos, ut mortem redimeret conficere coactus est, quo in periculo à Neptuno Pegasus equum illum alatum adiutorem habuit. Sunt qui rem ad historias & veritatem referant, & Chymæram fuisse montem, in cuius summo leones, in medio capreae, & ad radicem dracones ac serpentes colebant, his pestibus sublatis habitabile fecisse Bellerophontem, donatum idcirco à Iobate rege Lyciorum matrimonio Atchidnes filiae, & focero in regno Lyciorum successisse. Hinc factum reor, ut Lycii in Asia Chymæra Icone in numismate, Corinthii vero Pegasi, sunt vsi. Ad quæ vtraque symbola alludunt Poetæ.

Ad Pegasus Corinthum Ouid. 4. Meta. de Medusa à Perseo occisa locutus.

*Se tamen horrenda Clypei quem laua gerebat,
Aere percusso formam aspexisse Medusa.
Dumq; grauis somnos colubros, ipsamq; tenebat
Eripuisse caput collo pennisq; fugacem
Pegason & fratrem matris de sanguine natos.*

Et lib. 5. cum de Helicone fonte loquitur.

*Fama noui fontis nostras peruenit ad auras
Dura Medusæ quem præpetis unguis rupit.
Id mihi causa via volui mirabile factum
Cernere, vidi ipsum materno sanguine nasci
Excipit Vrania, quæcumq; est causa videndi,
Has tibi diua domos animo gratissima nostro.
Vera tamen fama est, & Pegasus huius origo
Fontis, & ad latice deduxit Pallada sacros
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas.*

Et de Pyrene fonte idem Ouidius.

*Fusco repurgato fugiebant nubila caelo,
Impetus ire fuit, claudit sua tecta Pyreneus.
Vimq; parat quam nos sumptis effugimus aliis,
Ipse secutus similiter stetit arduus arce.*

Ad Chymæram alludit Lucretius.

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chymæra.

Ouid 6. Metamorphoseôn:

*Iamq; Chymæra cum Sol granis vreret arua,
Finibus in Lycia longo defessa labore,
Syderco siccata sitim collegit ab aestu.*

Et libro 9.

*Cares & armiferos Lelegas Lyciamq; pererrat,
Iamq; Crægon & Lymyren, Xantiq; reliquerat undas
Quæq; Chymæra iugum mediis in partibus ignem,
Pectus & ora Leæ, caudam serpentis habebat.*

Idem 2. Tristium.

*Nam quid de tetrico referam domitore Chymæra
Quem lato fallax hospita prima dedit.*

Idem lib. 4. Tristium.

*Esse canes utero sub virginis esse Chymæram
A truce quæ flammis separet angue leam.*

Idem 3. Fastorum

*Iamq; ubi caruleum variabant sydera cælum,
Suspice Gorgonei colla videbis equi.
Credetur hic cæsa grauida cervice Medusa
Sanguine respersus profuisse viris.*

Ac tamen posterioribus temporibus eadem Achæorum quæ Corinthi fuerat Respublica, quia tamen Achæi, quia diuersi à Corinthiis fuerant, primis seculis neque reges, sed prætores creantur, quos Damurchos vocabant, summam partim ad se rerum traxerunt, Sicyone ac Corintho subiugatis, atque in libera Republica & consilium habuerint, in quo de rebus communibus consultabant, & præter veterem Ægialii urbem, Lecheum portum, Rhyum Promontorium Ægium, Eretriam, Patras, Helicen, Pellenam, Buram, Dymen, & Ænarium possederunt, proximasq; gentes partim subie-

cerunt, ut Argiuos & Spartanos, partim ut suos consilio adsciuerunt, ut Ætolos, Trachinios: ipsi vero à nemine præter Rom. debellati fuerunt. Itaq; de hoc populo seorsim dicendum erit nobis. Cuius liberæ Reipub. statum non solum ex conuentu illo famigeratissimo, verum etiam à magistratu annuo, quem Damarchum dicebant, deprehendere licet. De quo Pausanias lib. 7. E bellis insuper & peste non tantum cladum Achæi ceperunt quantum Græci reliqui. Concilium item habebant Achæi quod Achaicum est dictum, communicatisque publice rationibus & consilia inibant, & quod erat faciendum, faciebant. Ægium eis conuenire est visum, hæc enim post Helicen aquis submersam aliis in Achaia ciuitatibus gloria semper præstitit, tum vero & potentia excellebat ex reli-


quis Græcis primi Sicyonii Achæorum cõsiliis facti participes, post Sicyonios, & alii Peloponnesii, quidam e vestigio quidam aliquandiu morati. Ceterum ut in Achæorum consilium conferrent, monebantur, & qui extra Isthmum incolebant cum Achæos viderent maiorem subinde potentiam nancisci.

Et iterum. Cæterum Metello, tum & reliquis legatis nequaquam visum est res Lacedæmiorum negligere, & ab eis qui Achæorum magistratum gerebant, petierunt in concilium Achæos conuocari, ut publice edoceant mitius aliquando Lacedæm. esse tractandos. Hi vero responderunt, nec ipsos conuocandi Achæorum concilii potestatem habere, nec alium quempiam, nisi vno cum negotio propter quod concilium conuocet, decretum à Senatu Romanorum habebant. Liuius libro 11. 11. Decade 11. 11. testata quæ ipso Nemæorum die voce præconis libertas est Argiuorum, Achæi quantum restitui, Argiui commune Achaicæ concilium lætitiæ afferebant. Et libro 5. in Achaia legatis Antiochi Ætolorumque coram T. Quintio Ægii datum est concilium, Antiochi legatus prior quàm Ætoli est auditus.

Florus capite 11. Epitome belli Achaici semina referuntur hæc qui legati populi Romani, ab Achaicis pulsati sunt, Corinthum missi erant, ut eas ciuitates quæ sub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent. Hoc nobile concilium à Lucio Memmio Consule, qui Corinthum euertit, & Achæos debellauit, dissolutum fuit, ut Pausanias in 7. 11. testatur, concilia in singulis Achæorum gentibus, illud etiam apud Phocen. & Bæotios, aut si quod alibi in Græcia dissoluit omnia. Porro hoc concilium etsi communem locum designatum habuerit, quem Ænarium appellabant prope Patras (ut Strabo scribit in 11. 11. Ægiorum iuris est & Helice & dicatus Ioui lucus Ænarius nomine, in eo Achæi de Republica consultaturi conuentum agitare consueuerant) tamen ut ex lectione cum Pausaniæ tum Titi Liuii liquet illum ipsum conuentum cum Corinthi, tum in Ægeio etiã Sicyone Rhyo, & Argis celebrare, de quibus suo loco dicemus. Aliud item Achæorum concilium expectare iussit (inquit Pausanias) quod futurum erat mense sexto. Ipse autem negauit se quicquam cum illis sine publico Achæorum consensu collocaturum, idcirco hi cum illætos se cognouissent, Romam discesserunt. Critolaus autem Corinthi conuocatos Achæos hortatus est, arma Spartanis ut inferant.

Huc spectant quæ de eodem concilio scribit Strabo in 11. 11. Quippe Achæi per 40 annos assiduos viginti scribam publicum & prætores duos annuos habuere, commune

quoque consilium vna in curia cogebant, quod Ænarium vocabant. In quo de Republica Senatus consulta edebantur, & per istos & per Ionas antea, postea decretum est vnum tantum prætorem creari. Hæc super illo nobili Achæorum concilio, cuius gratia arbitrator illos in numismate præter literas A & P conianctas & fauicetti-



lo vnionis vsos fuisse ut in ordine lector sexto, videbis. Porro Magistratus qui publico nomine præerant, & mutabantur, Damiurgi siue prætores nominati fuerant, quales in quarta Decade Liuius multo recet Aristheum, Nicostratum, Philoppenem. Menalcidam, Diaum, Damocritum, & ubi concidit Respublica Achæorum, Critolaum Pausanias commemorat. Tito Liuii Decade 4. libro 2. plurimum prætorum meminit. Tum inter magistratus gentis (Damiurgos vocant) decem numero creantur, certamen nihilò segnus quam inter multitudinem, & quinque relatores se de societate Romanorum aiebant, suffragiumque duros, quinque lege cautum testabantur, ne quidquam aduersus Philippi societatem esset, aut referre magistratibus aut decernere consilio ius esse, hic quoque dies iurgis est consumptus. Supererat vnus iusti consilii dies, tertio enim lex iubebat decretum fieri, filium Damiurgi nomine Memnonem, habebat partis

Conuentus
Achæorum.

Magistratus
Achæorum.

Achæi do-
mini Corin-
thi.

eius, quæ decretum recitari, prorogarique sententias prohibebat. Is diu obtestatus filium ut consulere Achæos communi saluti pateretur. Et lib. 4. Hac vaniloquentia primum Aristhenem Prætorum Achæorum excitauit, ne isthuc inquit Iupiter Opt. Max. Iunoque regina, cuius in tutela Argi sunt, ut illa ciuitas inter tyrannum Lacedæmonium & latrones Ætolos præmium sit.

*Heluetiorum
Respub.*

Ex his omnibus apparet Achæorum Remp. non fuisse diuersam ab Heluetiorum nostri seculi politia, qui & ipsi conuentum habent, ubi de rebus communibus consultant, cumque Badenæ siue apud Thermas suas constituunt, cuius præterea vicinæ ciuitates participes sunt, Roteuilla, Mulhusium, Figurum, Basilea, Solodurum, Lucerna, Berna & Episcopatus Basiliensis, Curiensis, ac Sedunensis, cum plarisque proximis comitibus ac dominis. Sunt etiam in hunc conuentum relati Rhæti, Grifones, Engedini.

Quanta porro Achæorum libera ista Respublica, ac quam potens extiterit, declarant opulentissimi populi ab his subiugati Argiui & Spartani, ut de Sicyoniis & Corinthiis sileam, de quibus inter initia capitis dictum est; unde scribit Tit. Liuius libro 4. Dec. 3. Achæis quantum restitui Argi in Commune Achææ concilium lætitiæ adferebant, tantum serua Lacedæmon relicta, & lateri adherens Tyrannus non sincerum gaudium præbebant. Ætoli vero eam rem omnibus conciliis lacerare, Pausanias libro VII. AEquum videri Rom. Senatui ut neque Lacedæmonii participes sint Achæorum concilii, neque ipsi Corinthii dimittantur. item ex concilio Argos Heraclæa ad Oetam sita, & Orchomenii Arcades. nulla enim generis propinquitate hos esse coniunctos cum Achæis, & aliquanto post vrbes has ad Achæorum concilium se contulisse.

Et rursus habebant autem in quo priuatis de rebus iam olim Lacedæmones accusabant, Nabide autem sublato tyranno crudelissimo, quicquid de Lacedæmoniis molestiæ conceperat, in medium protulerunt. At temporis progressu Achæi in conuentum eos Achæicū protrahunt, & iudicium de eis accuratissime dixerunt. Mœnia item Spartæ solo æquant, temere prius, ac negligenter extructa.

Et iterum Cæterum Metello, tum & reliquis legatis nequaquam visum est res Lacedæmoniorum negligere, & ab eis qui Achæorum Magistratum gerebant, petierunt in concilium Achæos conuocari ut publice doceant mitius aliquanto Lacedæmonios esse tractandos.

Et subdit. cum de exilibus duobus Lacedæmonii Alcibiades & Arato loquitur. A Nabide enim in exilium actos susceperant Achæi, & mortuo Nabide eisdem præter sententiam populi Lacedæmonii Spartam reduxerant, ergo hi quoque Romam profecti ad Senatum acerrime Achæos accusarunt, hos ut discesserunt rei capitalis in concilio damnarant. Hæc ille.

Sed placet bella quoque Achæorum commemorare, quæ multis seculis cum Spartanis gessere victores, ut ea causa censenda sit. Quamobrem Spartani deinceps Achæis subiecti fuerint, quos e seruitute Romani demum liberarunt. Qui licet ab omnibus semper bellis immunes, nec victoriæ Leonidis ad Thermopylas participes, nec prælio aduersus Philippum Amyntæ ad Cherroncam factio interfuerint, sed nec Lamiaco, nec contra Galatas reliquis Græcis vllum auxilium tulerint, tamen eo potentiæ excreuerunt, ut cæteris, ac præcipue Spartanis suspecti fuerint, maxime verò quod tot populi eorum se concilio submitterent. Quocirca, Agidæ Euthamidæ filio Spartanorum Rege bello periti Pellenum amiserant, quam tamen Aratus Sicyonius Achæorum dux mox recuperauit, & occurrentem cum copiis Cleomenem principem Spartanum ad Dymen fudit, atq; ut vires sibi à Macedonibus compararent, cum Antigono Rege tutore Philippi Demetrii fratre fœdus percussere, qui & ipse inimicos spiritus in Spartanos gerebat, cuius suppitiis rursus Cleomenem ad Sellasiam Achæi vicerunt, & quo rebus suis melius cõfulerent, Romanam etiam societatem ambiuere, atque idcirco Marco Acilio bellum gerenti aduersus Antiochum & Ætolos auxilio fuerunt, in quorum denique fauorem, societati Macedonicæ renūciarunt: utque Corinthus e seruitute eximeretur, opem tulerunt. Hinc factum est, ut communibus armis consiliisque aduersus Nabim tyrannum Lacedæmoniorum Romani cum Achæis decertarint, quo interfecto & Sparta occupata, tanquam rerum omnium securi, altiores spiritus concepere, tyrannidēque in Spartanose exercere non cessarunt, quam exules duo Alcibiades & Areus ad Metellum primo Prætorum, deinde ad Senatum etiam Romanum retulere, qui tametsi intercederent, ac conciliare Achæos Spartanis niterentur, Appio legato missio, nihil est tamen effectum.

Deinde

Deinde cum Romani à capitali damnatione Achæorum Lacedæmonios suo decreto exuissent. Dixi tamē Prætoris incētiuis in sua obstinata contumacia Achæi perstiterunt, quæ ne genti obesset, Agēsthenis alicuius consilio, XXI I I I. qui aduersissimi Spartanis videbatur, in exilium mittuntur, qui Romam profecti Achæos acriter accusabant. Quorum accusationes cum Dixus & Callicrates Romæ refellerent, & legatos mittendos qui causam cognolcerent, Romani censuissent, nondum profectis legatis Democrito duce Achæi aduersus Spartanos mouerunt, mille interfectis. Quem licet proditiōnis damnassent, ut fucum causæ suæ circumdarent, tamen mox Dixo Prætorē præfidiā in Limtanea oppida aduersus Spartanos disposuere, quorum vnum Iasium, Manalcida duce Spartani expugnarunt, quem tamen ne excitasse bellum viderentur, mutata sententia damnarunt, & ad veneni haustum compulere.

Dum hæc vtrunque fiunt, Oresthis cuiusdam fidi Græci arbitrio Romanorum causam permittunt, quo nihil efficiente, legatos miserunt, quos cum ad concilium admittere Critolaus eorum prætor negasset, ac insuper Callicratis Achæi iudicio Romani didicissent, Perseo Macedoni suppitiis missas ab Achæis, hostes iudicati à Metello Macedonia Prætorē, & bello petiti ad Scarphiam & Thermopylas vincuntur, quibus auxilio quidem aderat Dixus cum Arcadibus, & Pythias Thebanus cum Bœotiis, quos in belli societatem adsciuerant Achæi, sed omnibus fuis & deletis copiis, nemine restitente Lucius Mummius consul Romanus, qui Metelli victoriæ superuenerat, Corinthum obsessum expugnauit, atque funditus euertit, sublatoque concilio, ac subactis vndique non solum Achæis, sed proximis omnibus Græcis Præturam Romanam auspiciatus est, quam in Proconsulatum Augustus Cæsar mutauit restituto Corintho

Et hætenus de bellis Achæorum, ac euerso illius gentis imperio, quam priuatam insupet ludo Olympico Pausanias refert in 7. In regione porro Dyma est & Euphoris Oebotæ victoria. Is in Olympia Achæorum primus cum accepisset præmium, nullo exiguo honore ab eis est affectus, propterea Oebotas execrationes composuit, ne quis Achæorum victoriæ Olympica in posterum potiretur. Et fuit sanè Deus aliquis, qui Oebotæ imprecationes curauit perficere, propterea Achæi missis qui Oraculum Delphicum consulerent, certiores fiunt, quam de causa coronis hætenus Olympicis sint defraudati. Postquam igitur tum alia in honorem Oebotæ instituerunt, tum statvam in Olympia posuerunt. Sostratus Pellinensis stadii victoriā inter pueros est adeptus. Viratum & hodie apud Achæos est, ut qui certaturi sint in Olympiis rem sacram Oebotæ faciant, & Olympia si vincant Oebotæ, statvam coronent. Homerus Achæos *capilli Achæorum* vocat, quasi bene comatos, cum in pueritia ac luctu deponere capillos tantum consueuissent. Spartani vero perpetuo tonsi incedebant. Hinc cum prælium inter Achæos & Spartanos Pausanias in VII. recēset. Hi verò auditis Romanis decretis (inquit) impetum in Lacedæmonios statim fecerunt, qui Corinthium tempore degebant, & quemuis corripuerūt, tum quem Lacedæmonum esse manifeste sciebant, tum qui capillorum tonsura, aut calceamentis, aut veste, aut etiam nomine suspicionem præbebant.

Sed venio ad reliqua in Achæia conspicua, atque ut omittamus tot fluuios, qui eam irrigant ac fertilem faciunt (quorum Nemea e finibus Argolidis fluens ac Corinthum præterfluens ad naualia illius Cenchræam in mare Ægeum exit, Afopus ex Tythone monte per Phlyasiam currens infra Lechaum portum in Ionium mare exoneratur, quæ sequentes reliqui minores amnes Sythus, Elifos, Crathis & qui Sicyonem ac Pellenam fœcundat Cephissus, Selinus qui Helicen ac Æyram, Phœnix qui Ægeum, Cyathus, Ægas, Cercinna, Bolineus, Melas, Glaucus, Larissus, Milichius, Cariander, omnes Ionio mari cõfluunt, & qui contra Zacynthum ingrediuntur ad Olenū Parus, ad Dimas Larissus, & ad Myrtenum Achælos.)

Sequitur Rhyum promontorium. Sed Patris cum in Ægium nauigaueris, primum promontoriū cernes Rhyum nomine. Distat Patris L. stadiis. Portus præterea Panormus stadiis xv. à promontorio abest, totidem distat à portu murus Mineruæ. Strabo libro VIII. Est autem Rhyum in Achæorum solo protensum longius promontorium in falcis figuram interius curuatum vnde & Drepanum idem falcem appellant, iacet autem inter Patras & Ægium Neptuni templum habens.

Et rursus. In medio autem est Rhyon à Patris xl. distans stadiis, in ea nuper Rom.

pop. post Actiacam victoriam nobiliorum militum partem locauit, hodieq; præclaris viget ciuibus, cum Romana sit colonia. habet & mediocrē nauium stationem. Lege Liuium libro VII. Decade III. & libro VIII. In huius promontorii ciuitate conuentum suæ gentis celebrare Achæi solebant. Heræis peractis (scribit Liuius) ab ipso ludicro extemplo Rhyum profectus est ad indictum multo ante sociorum concilium. Et libro VIII. Cum ab Oreo profectum Attalum Romanosque audiissent, veriti ne in se ireretur & intra Rhyum (fauces hæ sunt Corinthii sinus) opprimerentur. *Et subdit de concilio.* In concilio tamen dissimulans egritudinem elato animo differuit, restatus Deos hominesq; se nulli loco nec tempore defuisse.

Patra Colonia Romana

Rhyum Promontorium ac ciuitatem sequitur Patrarum colonia Romana, de qua Strabo in VII. Ex Rhyibus sane oriundus fuit Miscelus habitandæ Crotonis autor, ab eisdem fuit & Leuctrum pagus. Inde & Patrae sunt vrbs insignis. Cuius quidem vrbs ab Augusto Cesare euectæ ad coloniæ Romanorum prerogatiuam, primi autores à Pausania memorantur, Eumelus indigena & Triptolemus Atticus Eulestii Regis filius à Cere re educatus, à quibus Ara roa est constructa ciuitas, cuius nomen filius Eumeli Antius mutauit in Anthiam. Quod nomen denique, cum Achæi Iones ex Ægialo expulissent, Patreus Preugenis filius nepos Agenoris suo permutauit, Erat enim nepos Patreus Arei primi conditoris, Arei vero pater Ampyx fuerat auus Pelius, proauus Agineta, ab auus Doritus, Attauus Herpalus filius Amyida Lacedæmonii nepos, Cuius quidem ciuitatis præter innumera templa duo sacra commemorat Pausanias Patensibus celebrata, Panhychida in honorem Diane quibus virgo sacerdos ceruorum bigis inuehebatur cum magna pōpa mulierū accedentiū aram magni incensi, cui viuos volucres, capreas, ceruos, lupos ac vrsos imponebant, ac quotannis viuum puerum ac puellam immolebant. Alia sacra Baccho solennia Asymmeta vocat à IX. viris dignitate præcellentibus forte electis ac totidem mulieribus celebrata, qui Asymmetæ vocabantur, quos in pompa præcedebat sacerdos arcam illam Eurypilo Troia allaram præferens, sequentibus à tergo pueris spicis coronatis. Meminit denique & Odæi publici loci in quo Musici certabāt quod constructum à quodam Herode Athen. in memoriam vxoris fuerat. Quanta autem existimatione Patrae fuerint, non solum Proconsulis Prætorium ibi constitutum à Romanis ostendit, verum etiam quod Paus. in IX. scribit, quod Achæi antequam ad illum apicem peruenissent, societatem ac amicitiam Patensium ambiuerint.

Patras siquidem Aegium quod duo amnes præterfluunt Phœnix & Meganites, & vbi suum etiam Achæi conuentum celebrabant. De quo in VIII. Strabo. Post Helicen Ægion est & Rhyes & Patrenses & Pharenenses, dein Olenus, præter hunc Melas magnus amnis labitur; postmodum Dymæ & Tritaenses. Iones igitur domicilia per pagos habebant, at vero Achæi vrbes ædificarunt, in quibus partim habitarunt. Et iterum eodem libro, inter Ægas & Ægium distinguit, Ægas desertas ostendit. Ægium vero satis incolarum habere, vbi louem à capra lactis alimenta suscepisse Aratus ex vetustate scribit. Fuit præterea celebre Ægium (præter templa quæ enumerantur a Pausanias Lucinæ Æsculapii cum nemore Iouis Seruatoris, cum nemore Mineræ, Bacchi ad theatrum, Apollinis & Dianæ, in foro Proserpinæ: & in littore maris, Venris & Neptuni, Cereris Panichæ & Iouis Homogirii) consultatione Agamemnonis cum Græciæ principibus, cum bellum in Troianos meditareretur, antequam in Aulide iuramento se astrinxissent, deinde & conuentu illo Achæorum celebri, qui cum Corinthi ac Sicyoniæ Rhyo que fiebat, tum præcipue in Ægio celebrabatur.

Ægium.

Inde scribit Pausanias in VII. In Ægium nostra ætate concilium Achæorum conuocatur, quemadmodum & in Thermopylas, & Delphos, Ampyhætionibus conueniebant. *Et rursum.* Concilium item habebant Achæi, quod Achaicum est dictum, communicatisque publice rationibus & concilia inibant, & quod erat faciendum, faciebant, Ægium eis conuenire est visum, hæc enim post Helicen aquis submersam aliis in Achaia ciuitatibus gloria semper præstitit, tum verò & potentia excellebat. Liuius libro 6. Dec. 4. soluta obuidio est, & exercitus in Phocidem remissus est. Consul cum T. Quinctio ad Achaicum consilium Ægium traiecit. Et lib. 8. Dec. 3. Cum expedito agmine profectus per Bœotiā, Megaram atq; inde Corinthū descendit. Vnde commentibus sumptis Phlyunta, Phæneamq; petit, & nam cum Eræam venisset, auditur Machanidam fama aduentus sui territum refugisse Lacedæmonem. Ægium se ad concilium Achæorum recepit. Ægium sequitur Pellena, Helice, Ægyra, Bura, & Olenus, antiqua municipia & desolata, quemadmodum Strabo scribit libro VIII. è quarum numero fuere Patrae atq; Dymæ cum altera nihil contribueret, altera fluctus deleuissent. Nam



10



20



Nam cum terræ motus in sublimē pelagus extulissent, & ipsam diluuii instar absorpsit simul & Neptuni templum Heliconii, quæ ætate nostra Iones præcipuis honoribus adornant, ibique sacrificium operantur, quod ab vniuersis Ionibus factum Pannonia vocant. *Et rursum:* Secundum Sicyoniæ Pellena iacet, deinde Ægyra secunda, tertia Ægæ Neptuni templum habentes, quarta Bura post eam Helice, ad eam Iones ab Achæis bello fracti confugerunt, tandem ex his oris fugati. *Et rursum:* Oppidum Helice olim erat habitatum, & Ionibus fuit templum sanctissimum Neptuni Heliconii. Sed tum quoque cum ab Achæis eieci Athenas fugissent, & postea Athenis ad loca Asiæ maritima rediissent, coluisse se aiunt Neptunum Heliconium. Milesii item.

Helice & Bura.

Adde quæ Strabo in VIII. de Dymæ scribit (cuius numismate vt lector quinto ordine cernes, capra est sculpta ranam colterens, forte à vicino vel Aegio vel Ægis, aut denique Aegyris, aut ipsa denique regione tota Ægialo nominata, quæ omnes

Dymæ eius insignia.

à capra deriuantur appellationes) deinceps vero Dymæ ciuitas est absque portu inter omnes in occasum magis exposita, vnde & nomen adepta est, annis superioribus Stratos appellabatur. Eam vero præterlabitur Larissus fluuius ab Elæa per Buprasium descendens è monte defluens, quem alii Scolin vocant. *Homerus autem Oleniam petram, cum vero Antimachus Dymam Cauconidem appelleret, nonnulli sic approbant à cauconibus adiectum nomen. Et subdit:* Dymæ suscipit accolæ conuenas homines atque promiscuos, quos è numerosa Pyratum colluue perinde ac reliquas Pompeius habuit, delata prædonum manu. Quorum partem in Ciliciæ Solis, partem alios in oris, & hoc in loco habitatores imposuit. Phara Dymæo agro contermina est, à qua Pharienses dicuntur. Meminit Dymæ Titus Liuius libro II. Decade I. Cum terra Nabis & Lacedæmonii mari Romana classis vrgebant, vnde regiam societatem & præsidia Macedonum implorem? an ipsi nostris armis ab hoste Romano tutabimur vrbes, quæ oppugnabuntur? egregie enim Dymæ priori bello sumus tutati. *Et subdit:* Dymæi ac Megalopolitani ac quidam Argiuorum priusquam decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium neque mirante vilo, neq; improbante. Nam Megalopolitanos aorum memoria pulsos ab Lacedæmonii restituit in patriam Antigonus, & Dymæis captis nuper, direptisq; ab exercitu Romano cum redimi eos vbicunq; seruirent, Philippus iussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam redimerat. Et tantum dicere volumus de ciuitatibus.

Colonia Achæorum.

Venio tandem ad Colonias ab Achæis ac Corinthiis deductas, quarum quatuor in Italia ea ora reperio, quæ Græciæ ac Siciliæ obrenditur Metapontum, Crotonem, Sybarim, ac Syracusas in Sicilia. De Metaponto meminit Titus Liuius libro V. Decade III. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt, mouit eos non Tarentinorum magis, Metapontinorumque quibus itidem ex Achaia oriundi, etiam cognatione coniuncti sunt. Huic opinioni suffragatur etiā Diodorus, ac ex Diodoro Volaterranus. Antiochus vero Metapontum post Locros à filio Sisyphi eiusdē nominis quem barbari Metabum cognominabant, appellatam, quandoq; Syrim & à Pylis esse ædificatum, ac in agricultura felices Metapontinos auream ætatem Apollini dedicasse. De Crotonem scribit Straboni descriptione Patrarum Achaia, lib. VIII. Ex Rhyibus sane oriundus fuit Miscelus habitandæ Crotonis autor.

Metapontum

Crotonem

Adde quæ in secundo Antiquit. Dionysius refert. Quin & validius argumentum habeo, non conuenire cum supputatione temporum, quæ de huius disciplina tradunt autores, quia nondum erat Crotoniensium vrbs, quando Numa Romam ad regnum accitus est. Integro enim quadriennio post assumptum à Numa principatum Myscelus

eam condidit xv i i. Olympiadis anno tertio, vnde satis apparet eum non potuisse adfieri Pythagoram, qui quatuor post ætatibus exactis floruit, nec Crotone degere cum ad regnum vocaretur, quæ nondum condita fuerat.

Et libro i. Ab vna enim habitantium gentium Achaica tota ea pene insula, in qua sunt Arcades, Iones cum aliquot gentibus aliis nominatur Achaia. Tempus autem quod res Pelasgorum cœperunt deficere, incidit in alteram ætatem ante bellum Troianum. Durauerunt tamen pene ultra eius belli tempora, donec contractæ sint in gentem minimam. Nam præter Crotonem Umbriæ ciuitatem memorabilem, & si quid aliud tenuerunt, Aborigenes perierunt, reliqua Pelasgorum oppida. Croton vero cum diu retinisset formam veterem, non multo ante nostram ætatem, & ciues mutauit 10 cum nomine Gertona vocata, & facta Romanorum colonia. Eadem de Crotonis initiis Strabo in vi. adnotauit. Prima Croton est, à Lacinio C L. distans stadiis. Est & Ælarius fluuius & portus, & fluuius alter Neæthus nomine. Nam in Achiuorum errore quosdam ab Iliaca classe applicuisse ad locorum explorationem egressos. *Et subdit.* Vt vero autor est Antiochus cum Achiui à Deo oraculum cœpissent, vt Crotonem conderet, Myseelus ad considerandū locū accessit. Qui iam ædificatā cerneret Sybarim.

Hinc factum arbitror, vt in numismate

Tripode Delphico Crotoniatæ fuerint vsi, vt in Cæsareo numismatum thesauro videre est. Diodorus in v. à Crotone ab Hercule interfecto si non conditam, ac saltem nominatum locum deducere videtur, cum ait: Hinc Hercules cum bobus in Italiam profectus, cum iuxta litus progrediretur, La-

tinum furem boues furantem peremit. Crotonē vero cum inuitus cecidisset, sepulchro ei constructo sepeliuit egregie, incolis prædicens; futurum tempus, quo ibi ciuitas insignis ex mortui nomine cōderetur, ipse per Adriaticum sinum circumuectus in Epirum primo transiit, deinde in Peloponnesum. Huc alludens cecinit Ouid. xv. Metam.

Nam fuit Argolico generatus Alcmeone quidam

Myceilus, illius Disq. acceptissimus auis.

Scitum est quod T. Liuius Decad. 3. lib. 4. refert, de Crotoniatarum constantia, & quàm Græci nominis studiosi fuerint, vt ab Hannibale persuaderi non potuerint, quo cum Brutis miserentur. His conditionib. ad deditioem compellere Crotoniatas conatus, vt coloniam Brutiorum eo deduci, antiquamq; frequentiam eorum recipere, vastam ac desertam urbem bellis pateretur, omnium neminem præter Aristomachum mouit, moriguros se affirmabant citius q̄ misti Brutis in alienos ritus, legesq; ac mox linguam etiam verterentur. De Crotonis desolatione eodē ex bello adde ex eodem autore. Iam hoc vt sibi liceret, impetrauerat, & ab Hannibale missis ad ipsum legatis, ita Crotone excessum est, deductiq; Crotoniatæ ad mare naues conscendūt, Locros omnis multitudo abeunt. Strabo lib. 6. Crotoniatas terræ salubritate ac Athletico exercitio. Athenæus lib. 40 12. Dipno. delitiis celebrant. Loca autorum subiiciam. Antea sane Iapiges Crotonem Ephoro teste incolebāt. Fuit autem ciuitas rei bellicæ peritissima, nec paruam exercendis Atleis operam dedit. In vno igitur Olympico certamine septem viri qui cæteros studio superarunt, Crotoniatæ fuere. Iure igitur dici visum est, qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. Vetus quoq; prouerbium alterum, quid Crotone salubrius. Quod inde ortum esse aiunt, quia locus ipse ad salubritatem & bonas habitudines propter Athletarum multitudinem plurimum conferat. plurimos enim ad Olympia victores.

De luxu Crotoniatarū adde ex Athenæo: Crotoniatæ postq̄ Sybaritas deleuerūt vt autor est Tymæus ad delitias se contulerunt, ita vt eorū principes purpurea veste induti per ciuitatē incederēt, aureaq; corona & crepidis albis. Sunt qui hoc non ob delitias factum asserant, sed ob Medicum Damocidem, qui erat Crotoniatis. qui Policratis, Samiorum tyranni fuerat familiaris, atq; post illius mortē captiuus à Persis factus ad regē adductus fuit, cū Polycrates ab Oreta fuisset interfectus. Cū igitur Damocedes Arossam Darii regis vxorē sanauisset, Cyriq; filiā, quæ ex mamma laborabat, ab hac in munus poposcit, vt mitteretur in Græciā, qui in Crotonē forte delatus est. Strabo deniq; ac Pauf. Crotonē celebrāt, duobus præcipue alūnis Pythagora ac Milone illo fortissimo qui & sextā in Olympia victoriā cōsecutus fuerat, & taurū humeris gestauit, & quia Pythagoræ fuerat auditor, labētē in auditorio columnā tātisper sustinuit, donec reliqui oēs salui egrederentur

Grana-

Granatum, præterea malum ita manibus continuit, vt nec vi extorqueri, ab aliis posset, nec premendo ipse corrumpere. Inuncto item disco institit & ludibrio eos habuit, qui facto imperu disco deturbare eum conabantur. Cordam denique cum fronti alligasset compresso intra labra anhelitu, ita sanguine venas repleuit, vt præ viribus corda rumperetur. Postremo cum per sylvam iter faceret, incidens in lignum, quod cuneis impactis fuerat diuisum, discerpere & illud conatus nimium viribus fidens cuneis elapsis ipse in scissura detentus à feris deuoratur. Sed concludam Crotonem Achiuam coloniam carmine Nafonis libro xv. Metamorphoseôn.

Diues ab Oceano bobus Ioue natus Iberis,

Littora felici tenuisse Lauinia cursu

Fertur & armento teneras errante per herbas,

Ipse domum magni nec in hospita tecta Crotonis,

Intrasse & requie longum releuasse laborem.

Vix pererratis quæ spectant littora terris,

Inuenit Æscrei fatalia fluminis ora.

Nec procul hinc tumultum sub quo sacra Crotonis,

Ossa tegebat humus, iussaq; ibi mœnia terra.

Condidit & nomen tumulati traxit in urbem.

Sequitur Sybaris in Italia siue Iapigum ora, eiusdem gentis Achæorum colonia, vt Strabo in vi. refert, deinceps ab Achiuis conditum oppidum Sybaris est ducentis distans stadiis inter duos situm fluuios Creathidem & Sybaritidem. Eius autem condendæ autor est Iseliceius. Eo autem excellentiarum & foelicitatis ea ciuitas excreuit, vt quaternas proximas rexerit gentes, & quinque ac viginti vrbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas trecentorum hominum millium exercitum duxerit. Super Crothide verò domicilia habentes. L. in circuitu stadia. Totam autem hanc foelicitatem intra dies Lxx. Crotoniatæ illis interceperunt, adeo delitiis & luxuria intemperantes diffuebant. Vrbe enim potiti, inducto fluuio cuncta demerferunt, pauci ex ea clade superstitēs adunati cohabitabant, quos temporis interuallo Athen. alique Græci prorsus extinxerunt. Nam in societatem ciuitatis peruenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt, & urbem aliam in locum prope transpositum ædificarunt. Scitum est quod de luxuria Sybaritarum refert Athæneus xii. Dipnos. Sed de Sybaritis quid opus est vt pluribus dicam? apud quos balneatores introducti fuerint, effusoresque edocti, ne citius dimitterent, & ne nimium festinantes, eos qui lauarentur, comburerent. Primum etiam Sybaritæ artes quæ strepitum facerent, extra ciuitatem eiecerunt, veluti fabrorum, arriorum & lignariorum, horumque similibus. ita vt vndique imperturbati somni efficerentur, neque sanè Gallum in ciuitate nutrire licebat. *Et addit.* Est etiam apud eos consuetudo vt pueri ad impuberem vsque ætatem purpuram, capillorumq; nodos auro reuinctos gestent, apud hos homunculi quidam parui ac Scopæi vt inquit Tymon ob delitias reperiuntur, qui Stilpones ac Melitæi catuli dicuntur, qui illos sequuntur in 40 Gymnasia, alludente Poeta.

Nauigas Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentum

Præterit & Sybarim Salentinumq; Neæthum,

Thurinoshq; sinus Emesensq; & Iapygis arua.

Quarta colonia Achæorum in Sicilia traduntur Syracusæ, vbi regnasse potentissimos reges, constat, Gelonem, Agathoclem, Dionysium, Hieronem & Hieronymum, & quam urbem in moneta vsurpasse vidimus quadrigas Olympicas, itemque currentium hominum & luctantium symbolum. Quod vero ex Achaia oriundi Syracusani fuerint, meminit Strabo in vi. Syracusas quidam Archyas è Corintho nauiganis condidit, quibus temporibus & Naxus & Megara habitari cœperunt, simulque Myseelum & Archyam Delphos, vt Deum consulerent, petiisse, illum interrogasse, vtrum opes an salubritatem eligerent. Archiam itaque opes, Miscellum vero salubritatem elegisse, concessumque alteri vt Syracusas, alteri vt Crotonem conderent. Euenit igitur Crotoniatis urbem tam salubrem coluisse vt diximus. Syracusas vero ad tantum diuitiarum cumulum euasisse, vt iam in prouerbio disseminetur, cum ad locupletes ac sumptuosos loquimur, vobis ne decima quidam Syracusanorum. Idem Cicero in Verrem, Syracusas urbem maximam Græcorum esse scribit, ac pulcherrimam ex quatuor urbibus compositam, quarum vna insula nominatur, altera Acradina, tertia Tychiæ, quarta Neapolis. Lege Titum Liuium lib. iiii. Dec. 3. qui eam ad vnguem describit captā a M. Marcel. Rom. ac diu defensam mechanicis Archimedis

Insignia
Crotonis.



Luxu Crotoniatarum.

Milo Crotoniatarum.

Sybaris colonia.

Syracusæ
Achæorum
colonia.

præstantissimi Mathematici, qui laudem patriæ non minimam comparauit. Cuiuslibet summâ audire ex 14. Silius Italici libet, qui similiter eius iniitiâ ex Achaia & Isthmo deriuat.

*Tum se Isthmiacis aquassent oppida tectis,
Tot delubra Deum, totq; intra mœnia portus.
Adde fora & celsis suggesta theatra columnis,
Certantesq; mari moles adde ordine longo
Innumeras spaciôq; domos aquare superbas,
Rura quid inclusos porrecto limite longis
Porticibus sacros Iuuenum certamine lucos,
Quid tot captiuis fulgentia culminarostris,
Armaq; fixa Deis, aut quæ Marathonius hostis
Perdidit aut Lybia quæ sunt aduecta sub arcto.*

Et de luxu ac ornatu Syracusanorum.

*Artificum manibus non usq; clarior ullo
Gloria pictura seclò non arua uocabant,
Quæ scirent Ephyron fuluo certaret ut auro
Vestis spirantes referens sub tegmine uultus,
Quæ radio celat Babylon uel murice picto,
Lata Tyrios quæq; Attalicis variata per artem
Aulæis scribuntur acu, aut Mimphitide tela.*

Quibus versibus & ad ludos Syracusanos alludit, quorum diximus symbolum numismate vsurpasse, vel quod Syracusani & Neapolitani, apud quos facer Agon ille (sic enim ludi vocabantur) celebrabatur, à Græcis, oriundi fuerint, ludorum autoribus primis, vel quod Hercules cum ad Gyrionem proficisceretur, isthac transferit, quem Olympicorum ludorum in Græcia autorem Pausanias refert v. Eliacorum. Aureo seculo Saturni nato Ioue Rhæam, Idæis Dactylis siue Curetibus infantis custodiam commendasse. Ex Ida autem Creticâ tum esse profectos, Herculem Pœoneum, Epimedeum, Iasium & Idam. Herculem porro ludentem cursus certamine commisisse fratres, victoremque ramo oleastri coronasse, & ideo, quinto quoq; anno celebrari, quod tot annis Saturnus cum Ioue filio luctatus sit. Potest & tertia ludorum istorum ratio reddi, quod Arethusa fons prope Syracusas erumpat, quem subtus terra & mari ex Alpheo Elidis flumine prouenire antiquitas credidit. In Elide autem apud Alpheum amnam ludicrâ ista Olympica celebrabantur ab Hercule inuenta, luctatorum tam puerorum quam virorum, idque cæstibus vel manibus armisq; & cursu, item & Poetarum artificumq;. Hinc de Arethusa illa Syracusano ex Alpheo Elidis orto, ac Archia Corinthio autore Syracusanorum, recte cecinere Poetæ:

Ouid. v. Metam.

*Et quia Bacchaida bimari gens orta Corintho
Inter inaequales posuerunt mœnia portus:
Est medium Cranes & Pysæ Arethusa,
Quod coit angustis inclusum cornibus aquor.*

Silius 14. Punicorum

*Sed decus Enneis haud illum pulchris oris
Quam quæ Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo,
Et multum ante alios Ephireis fulget alumnis
Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat,
Alpheon sacra portantem signa coronæ*

Et sic causa patet, quam obrem piscium icones symbolis eorundem Numismatum Syracusanorum iuncti cernuntur ob piscosam uidelicet Arethusam præterfluentem. Et hactenus quidem de coloniis Achæolum ac Corinthiorum, sequuntur insignia, quæ duo Achæi vsurparunt, fasciculum vnionis & literis iniitiabilibus vocis Achæorum compli-



catis A & P, cuius explicationem supra ex conuentu illo Achæorum celebratissimo adduximus, & faciem Iouis, modo Iouis est, & nō magistratus quem præfati sumus Damiurgon vocari, aut deniq; Achæi Xuthi filii Iouis fratris, q; libentius crederem, nulla. n. inscriptio adiecta est, & in eodem numismate ex auersa cernitur. De Achæo supra

supra multa diximus, si Iouis facies erit, causa petenda est à Ioue Græcanico, cui Æaci intermissione Græci siccitate, peste ac sterilitate laborantes, sacra instituerunt, vt supra dictum. Ad hæc Iouis Olympici templa cum in Corintho, tum Patri, Ægioq; Achæi iugulari ueneratione colebant, quemadmodum paulo ante diximus.

DE ARGOLIDE.



10 Rogo ante bellum quidem Troianum maiori fama quàm potentia fuit ciuitas, puta vna non satis opulenti, latique agri, quam Homerus reliquique antiquiores Poetæ nunc Achæam, nunc Iasiam & Doricam, tunc vero Pelasgiam, itemque Hippiam, hoc est, equestrem Hippobotam, & Diplium, ac aquarum copia, epithetis cognominant, antequam reges Ægypti à Belo oriundi ac præcipue Danaus eam extulisset, à Mecœnarum regno ac Profymia agro separatam ditionem habebat. Sed nec Epidaurus Troezenaq; Argolici iuris extitisse vel carmen Homeri in cathalogo ostendit, ex versione Helli.

-Tum qui Iunonis Achiaue

*Tecta colunt Argos Tirynthaq; mœnibus altam,
Hermionemq; Asinemq; sinus maris alta tenentem,
Littora Troezena, Eionasq; sacramq; Epidaurum,
Vinetis celebrem. Qui Ægiam cumq; opulentam
Et Mafeta colunt. Has voce valens Diomedes
Duxerat & Sthenelus Capanei filius alti.*

Et de Mycænis seorsim.

*Qui claras coluere insignia tecta Mycenas,
Et qui mœnia habent opulenta celsa Corinthi.*

Hinc Mycænarum regno Agamemnon apud eundem extollitur, & seorsim Prætus septem Cycloperum auxilio qui γαστρομαχοί, id est, Ventrimani appellabantur, Tirynthen struxisse, & inde excursionem fecisse legitur: Seorsim quoque Danaus ex Ægypto aduectus Beli regis filius, condita arce in loco petroso & aquis indigo, Gelanorem Stheneli filium eiicit, & cum multis filiabus abundaret, multosque generosque acquireret, agrum primus ampliavit. Ad quem alludens Homerus cecinit, ex versione Helli.

*Argos aquis vacuum Danaæ struxere redundans,
Dii posuere Argos, Lympharum protinus expers.*

40 Is adeo, vt inquit Strabo, præcedentes loci illius Reges excelluit, vt qui antea Pelasgi nominabantur, imposita per Græciam lege Danaï vocarentur, Et quia Iunonis Argiua templum prope Mycenas ambobus fuerat regnis commune, videlicet Mycæneo vel Laconico, ac Argolide, euenit posterioribus seculis, Danaï iam stirpe deficiente, vt promotis limitibus Laconici Reges sensim Argolidem subiicere inciperent, quemadmodum antea qui de Danao descenderant, eo quod ex Laconicorum Regum sanguine defluerant, etiam Mycænarum agros subiectos habebant, manente tamen vel Argolidis appellatione, vel Mycænarum nomine. Tanta erat affinitas & commixtio eorū Regum, non solum quod vicini, sed quod sanguine ac matrimoniis quàm coniunctissimi essent.

50 Scitum est quod scribit in vi. 1. Strabo. Mihi sane videtur vt Pelasgi & Danaï, sicut & Argiui nuncupantur, quod huius ciuitatis gloria & cæteros Græcos a se denominandos compararit. Sic & Iasium Argos Iasidas appellari facit. Sic & ex Apia Apidones recentiores dixere. At Homerus non quidem Apidones appellat. Apiam autem magis longinquam quam prope Peloponnesum dicat Argos, animaduerti vel hinc licet, quod Argiuam dicit Helenam. Et inde vrbs Ephyræ existit ipsius in Argos situ. Et hinc est Argos medium & insulas multas, & vniuersum Argos regere. Iuniores & campos Argos dicunt. At Homerus ne semel quidem præcipue Macedonicum & Thessalicum esse arbitrabantur. Cum vero Danaï nepotes Argiuum excepissent regnum: Illis sese Amythaonis immiscente progenie è Pisæo agro atq; Triphilia proficiscente, mirari nemo debet, si eadē procreati stirpe hoc modo regionē duo in regna diuisere. Primo, vt cū duæ in illis vrbes essent, ipsas principatu eminentes ostentaret, præsertim in vrbs stadia minus quinquaginta inter se finitimas, Argos uidelicet atq; Mycenas, & dicatū Iunoni templū iuxta Mycenas, ambabus esse commune, in illo sunt Policleti simulachra artis laude omnium præstantissima sumpta & magnitudine. Phidiæ sane imaginibus cedentia Argos quidē a pri-

mordio magis ac magis extitit potentia primatum, subinde Mycene ampliora suscep-
erunt incrementa propter commigrantes, in illas Pelopidas. Nam cum omnes ad Arrei
filios consisterent, Agamemnon grandior natu regnum adeptus, duce virtute ac pati-
ter fortuna comite, regionis paternam possessionem ampliavit, & Mycenæo Laconi-
cum adiecit imperium vnum Menelaus Laconicæ regimen tenuit. At Agamemnon
Mycenarum vsque Corynthus ac Sicyonem. Hæc Strabo. Vnde apparet duo regna co-
luisse vnum. illam ipsam Argolidem, ac Mycenarum Laconico tertio accessisse, vt de
quarto Troezenico nihil addam, è cuius regis Pythoi filiam Ægeus rex Atheniensis
Thefeum genuit. Et sic intelligitur versus Homeri lib. Odiss.

αἰδώς ἢ κτίος.

*Græciam adit vaga fama viri mediuse, per Argos. Et iterum Iliade:
In Argos veniemus Achæum.*

Vbi vox Argos magnam Græciæ partem includit. Hinc factum arbitror quod
hæ voces Argiuis Achæus, Græcus ac Hellenus passim confunduntur, quod hi princi-
pes populi accessione prouinciarum nominisque gloria tunc fuerint celebrati. Achæi
quidem proximi ab Arcto, cœu domini Argolidis ad se nomen traxere, & Spartani simi-
liter à meridie vt dictum est, adeo vt sub iugo & seruitute hæc gens præ cæteris orbi ino-
leuerit, vtriusq; accolentis populi potentia nixa.

Hinc est quod Pausanias. in vii. refert, Achander Achæi filius, & Architeles ex
Pthyotide Argos sunt profecti, & Danai ibi generi facti, Automæen quidem Architeles
duxit. Schæam vero Archander. Cæterum Argis eos permanisse non minimum hoc ar-
gumentum est. Metanasten enim, hoc est, exulem filium suum Archander appellauit.
Cum itaque multum & Argis & Lacedæmone Achæi liberi possent, factum est, vt eius
loci homines Achæi appellarentur. Hæc cum ita sint, sub seruitute vicinorum, Argolidis
nomen ita creuit, vt Mycenarum Troezeniæque regna veteri paulatim maiestate de-
crescente illi adiuncta fuerint. Quando hoc factum sit, & quibus auspiciis, refert Strabo.

Cæterum secundum tempora Troiana destructo Agamemnonis imperio res My-
cenæa humiliter attenuata est, præcipue post restitutos Heraclidas. Isti enim occupa-
ta Peloponneso, priores dominos eiecerunt, quo effectum est vt qui Argos obtinerent,
Mycenæas quoque subiectas in vnum conspirantes haberent, posteriori tempore eas Ar-
giui solo æquatas deleuere, adeo ut nunc Mycenæi oppidi ne vestigium quidem repe-
riatur.

Placēt autem auctæ Argolidis ac partim affinitate partim vicinitate locupletatæ
limites ex Strabone referre. Ab oriente quidem Cleone promontorio, quod abest à Co-
rintho stadiis LXXX. Spyreo promontorio, sinu Saronico, sinu Troezen. a Septentrione
via saltuosa, quam circa Treitum vocabant, & mons Tython cum Nemæa sylua Corin-
tho separat, ab occasu adiacet Arcadia & par: Laconicæ, distinguentibus Stymphalo Ar-
temisio, Parthenio & Caristo montibus, & fluuiis Tamo qui Thyreæm præterlabitur ab
Æginetis cultam, denique in meridiem Argolidis duobus sinibus excurrit, Argolico &
Hermionico, quos Strabo in vii. sic delineat. Post Malæam autem sinus excipit Argo-
licus & Hermionicus. Ille quidem vsque Scyllæum nauiganri, ad orientem spectat, & ad
Cycladas, alter magis ad ortum quam iste vergit ad Æginam, terramque Epidauriam Si-
nus quidem Argolici primas partes habent Lacones, reliquatenent Argiui in quibus
sunt & Apoll. templum Delium Laconicum, quo nomine & Bæotium & Minoa castel-
lum, quo vocabulo est & Megaricum, & Lymnera Epulateria, vt inquit Artemiodorus.
Scribit autem Apollodorus ipsam apud Cytharam esse. Quæ cum commodissima por-
tu sit, breuiter ac præcise Limneram quasi *νεμυνοσαν* id est, portuosum appellatam ef-
se nomine permutato. Ac ipsa Laconicæ nauigatio, statim à Malæa inchoans vsque lon-
gum in spacium aspera fit, tamen stationes & portus habet, reliqua ripa bonis est prædi-
ta portibus, parua quædam illi adiacent insulæ haud sane memorabiles. Argiux autem
sunt Præfia & Temenium in quo humatus est Temenus, & prior locus est, per quem
Lerna fluuius eodem quo palus nomine fluit, in qua tantas de hydra Poetæ fabulas
addiderunt. Ipsam vero Temenium longe ab Argo stadiis xxvi. distat, à mari ab Ar-
go ad Hæreum xl. Hinc vsque Meccænas decem. Secundum Temenium Nauplia
est Argiutorum nauale, sic proprie dicta, quod eò naues nauigent, post Naupliam
speluncæ sunt & in illis Labyrinthorum ædificia eas vocant Cyclopæas. De hinc alia
loca & ordine, sinus Hermionicus situs est, quem cum in Ægina locus ordinet, ipsam
etiam circuitiois partitio haud sane despicienda nobis indicauit. Eius initium ab Asina
est oppido dehinc Hermione atque Troezen. Hæc ex Strabone.

Qui

Qui præterea montes celebriores per tractum eius prouinciæ enumerat, Ty-
thonem, Chaonem, Artemisium, Parthenium, Caristum, Cynoperam, Lycium & pro-
pe Tyrynthen, Arachnum, Cynorciam, Tythium, Eubæam, & prope Myccenas Acræ-
am & Tornacem infra Asinas & Cuculinum montem. Promontoria vero à finibus Co-
rinthi incipiendo Spiræum, Pharygium, Scyllæum, Bucephalum, Buphortinum, Plato-
nistunta, Strathium, Phalanorium Dydimorum, & Apobathmon.

Flumina idem describit, Nemæam qui eiusdem nominis urbem irrigat in Sep-
tentrionem labens, Inachum contrario flumine, Asterionem qui & ad Meccenas in Ina-
chum exoneratur, Taurum qui ad Scyllam exit, Phrixum qui Temenium præter la-
bitur, Lernam ex palude ortam, Pontinum & Erasimum, qui in finibus Arcadiæ absorp-
tus emergit, & Tamum qui præter Thyreæm descendens, Argolida à Laconica distinguit.

Paludes duæ insignes præterea in tractu Argolidis describuntur Lerna & Halaon,
& Lucus Sironicus. Ad hæc nemora delineat Pausanias syluam Nemæam, vbi ludi ce-
lebrabantur: Lucus, Dianæ versus Stymphalum, Oleastrum Thefei haud procul Troe-
zena, Rachus tortilis, sylua Eitani, nemus Platanorum versus Tyroæam.

Ciuitates denique insigniores hac in prouincia siue regno ad famam venerunt,
Argos ipsum, Nemæa ludis celebris, Tyrynthus Herculis natiuitate Myccenæ sedes pecu-
liaris regni, cui præfuisse Agamemnonem diximus, Pharigiam, Epidaurō templo Æscula-
pii laudatū, Troezenam, & littorales Methanam, Medæam, Celenderin Thefei regiam,
Hermionem Dydimos. Helicen Asinam, Præfiam Naupliam, Cephanta & in Mediter-
rancis, Thyreæm, Temenium, Lycæam, Oeneam, & Hyfias in limitibus Arcadiæ cum
templis laude dignis innumeris, quorum prope Argos erant Iunonis Acrææ, Dianæ Or-
thiæ, Apollini Diradiotis, Dianæ Artemisæ, Panos & Bacchi, Mineruæ Oxidocis, &
inter Tyryntha Epidaurum & Myccenas Argilidosque Iouis verticalis, Æsculapii Dianæ
Lææ, Dianæ Nymphæ, Veneris Acææ, Cereris legiferæ, Dianæ Saronidis, Cereris E-
lex. Martis, Cereris & Proserpinæ, Apollinis aperti, & pleraque posidia, Neptuni in sco-
pulis & ora maritima tēpla. Sed relicta prouincia recipio me ad principes ac reges Argo-
lidis quos duplicis stemmatis reperunt, alios quidem antiquiores iuuenes & indigenas,
ab Inacho rege, alios verò à Beli Ægypti regis propagine Danao eius filio duce. Inachi ve-
ro profapia sic habet, Oceanus ex Thetide fingitur Poetis procreasse Nereum & Ina-
chum. Quorum primus ex Doride coniuge Nymphas Nereidas tulit humana specie
quarum nominat Statius i. i. Syl. Cymothæam & Nyfiæam, eidem præterea filiam tri-
tū Amphitriten Neptuni vxorem, cum illa fabula, quod seruatūra virginitatem cum
diu postulara Neptuni fugisset, tandem arrepta à Delphino quem miserat ille, circa ra-
dices montis Atlantis abducta fuerit, ad quod alludens cecinit Maro.

Margine terrarum porrexerat Amphitrita.

Huic igitur Amphitritæ ex Neptuno Poetæ filium faciunt, Trytonum Deum ma-
rinum, à Trytone Aphricæ palude, vbi primum sit conspectus, vnde & Minerua nomē
fortita est, is Concha Neptuno præcinere fingitur, ad quod alludens cecinit Naso i. &
ii. Metamorphoseon.

*Nec maris ira manet, positosq; tricuspede telo
Mulcet aquas rector Pelagi, supraq; profundum
Extantem, atq; humeros innato mui ice rectum
Ceruleum Tritona uocat. conchæq; sonanti
Inspirare iubet, fluctusq; & flumina signo
Iam reuocate dato, cana buccina sumitur illi
Tortilis inlatum.*

*Aequora celat medias cingentia terras,
Terrarumq; orbem, Cælumq; quod imminet orbi,
Ceruleos habet vnda Deos Tritona canorum,
Protheaq; ambiguum balenarumq; prementem,
Ægeona suis immania terga lacertis
Doridarum & natas quarum pars nare videtur,
Pars in mole sedens virides siccare capillos.*

Sed redeo ad Inachum Nerei ex Ozeano & Thetide fratrem, qui cum Agros in
Argolide haberet ex Melissa coniuge tulit Ægialæum, qui sine liberis mortuus Pelo-

ponnessi oræ Septentrionali ad Isthmum nomen reliquit Phoronæum, qui primus dispersis populis in vnum collectis, urbem instituisse fertur, Phoronicon appellatam & ex Laodice coniuge Niobene Apin genuisse. Horum amborum soror Io Inachi & ipsa filia, à Ioue adamata, & à Iunone in vaccam conuersa, ab Ouidio Phoronides nominatur, ad quam alludit his carminibus 1. Metam.

*Inachus, unus abest, imoq; reconditus antro,
Fletibus auget aquas, natamq; miserimus Io
Luget ut amissam, nescit uitam ne fruatur,
An sit apud manes, sed quam non inuenit usquam,
Esse putat nusquam, atq; animo peiora veretur.
Viderat à patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine & o virgo Ioue digna tuog; beatum
Nescio quem factura thoro, pete dixerat umbras,
Aut horum nemorum, aut horum & monstrauerat ambas)
Dum calet & medio Sole est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum,
Præside vita Deo nemorum secreta subibis.*

Et de Iunone Zelotypa

*Quem postquam cælo non repperit, aut ego fallor,
Aut ego lator ait, delapsaq; ab æthere summo
Constitit in terris, nebulasq; recedere iussit,
Coniugis aduentum præsenferat inq; nitentem.
Inachidos vultum mutauerat illa Iuencam,
Bos quoq; formosa est, speciem Saturnia vacca.
Quamquam inuita probat, nec non & cuius & unde,
Quoue sit armento, veri quasi nescia querit.
Iuppiter è terra genitum mentitur, ut autor
Desierat inquiri, petit hanc Saturnia munus
Quid faciat? crudele suos abdicere amores
Non dare suspectum pudor est qui susdeat illud.*

Phoroneus Inachi filius, vt diximus, primus incultos homines in formam ciuitatis collegit, ac Phoronicam appellauit, quæ in finibus Argolidis fuerat, vnde & Argos Phoronæum Statio appellatur.

Stattus.

*Talia Iunore fert, mene O Iustissime Diuum,
Me bello certare iubet? scis semper ut arces
Cyclosum, magnaq; Phoroneos incluta fama,*

Ouidius.

*Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre potest, natumq; vocat quem Lucida partu.
Pleias enixa est, letoq; det, imperat Argon.
Sceptra iuris opibusq; iuuant, licet improbus illic
Custodem Phariæ somno lethog; iuuenta.*

Et iterum,

*Mærent Argolici deiecto lumine manes,
Toruus Abas, Pretusq; nocens, mitisq; Phoroneus.
Parua mora est, abeas pedibus, virgamq; potentem
Somniferam sumpsisse manu, tegimenq; capillis.
Hæc ubi disposuit patria Ioue natus ab arce,
Desiluit in terras.*

Phoroneo patri succedit Apis, à quo Peloponnesus Apia cognominata est, ob tyrannidem interficitur à Telchine, cuius lacera membra in Ægypto Isis vxor inuenit, compactaq; Ægyptiis tradidit colenda, adiuncto boue, quorum illa Serapis, hic vero Apis Ægyptiis nuncupabatur in maxima apud illam gentem veneratione ac cultu.

De qua re sic Diodorus in primo scribit: Verum ex vetustis sacerdotum arcanis, qui Osyridis tempore fuerant, postea compertum est Osyridem Ægypto iuste regnantem à Typhone fratre impio, vtq; nefario interemtum, quem ille in sex & viginti partes dissectum cuiuslibet eorum, qui secum tanti sceleris participes fuerant, partem dederat,

veluti

Veluti eius facinoris conscis, & simul vt ipsos defensores, custodesque haberet regni fidos. Isis ob fratris eiusdemq; viri mortem auxilio filii (Orus ei nomen erat) Typhone & qui cædis conscii fuerant, interemptis, Ægypti regnum cœpit. Commisa est pugna iuxta fluuium in parte Arabia, quem Anthei appellant vicum. Quod nomen ex Anthei morte ab Hercule occisi Osyridis tempore sortitus est locus. Osyridis partes oēs dispersas præter pudenda cum inuenisset, cupiens incertum viri esse sepulchrum, ab Ægyptiis autem singulis hominibus honori haberi, ex aromatibus ac cera singulas eas in partes in formam hominis viro similem composuit. Conuocatis deinceps Ægypti sacerdotibus singulis dedit Osyridis imaginem, asserens eis solis corpus illius creditum, atque adiurans vt nunquam apud se esse sepulturam Osyridis vlli panderent, vtq; illum in abditis seruatum, vt Deum colerent, eique animal ex suis, quod mallet dicarent, & quod colerent, veluti Osyridem dum viueret, & post obitum simili ceremonia obseruarent. Vt autem maiori beneficio Sacerdotes ad hæc sibi promptiores faceret, tertiam eis agrorum partem ad Deorum cultum & sacra concessit. Hi tum meritum Osyridis memores, tum beneficio Isis allecti, eius mandata perfecere. Qua ex re etiam nunc Sacerdos quilibet testatur, sic Osyridem sepultum esse. Animantia quoque à principio ei dicata in honore habent, & cum moriuntur in eorum funere renouant Osyridis luctum, tauros autem sacros, hunc quidem Apim, alterum Memphim nominatos sacrificant Osyridi, quos etiam veluti Deos Ægypti omnes colunt. Quod autem Osyris is sit qui Serapis dicebatur.

Et subdit. Osyris verotum Serapis dicitur, tum Dionysius, tum Plato, tum Ammon, tum Iuppiter, alii panam eundem vocant. Multi existimant Serapim esse, quem Græci Plutonem vocant. Et hæcenus de Api filio Phoronei cuius soror Niobe ex Ioue tulit Pelasgon & Argon, Pelasgus Argos condidit, quod ab eo Pelasgicon nominatum est, quo nomine & Homerus vocat secundo Iliad. Sic & apud Ouidium, Hypermetra ad Linum quæ viro percerat. Cum generos suos Danaus per filias è medio auferret, scribit:

Ducimur Isthmiades magni sub tecta pelasgi,

Et socer armatas accipit ense nurus.

Ab hoc igitur Pelasgo Peloponnesi appellati sunt Pelasgi, qui postea in fines Thessaliæ colonias miserunt, vbi & Larissa Pelasgica & Argos Pelasgicum alterum. Sunt tamen qui coloniarum illarum ductorem alium fuisse Pelasgum Iouis & Larissæ filium tradunt, quemadmodum & Apini non Pharonæi, Sed filium Iouis ex Nobie faciunt. Monendus est mihi lector, aliam fuisse Niobem Tantali filiam, & Pelopis sororem, quæ cum forma præstantes septem haberet filios, & totidem filias, ac se Latonæ præferret, ira numinis, peste, absumptis liberis ipsa diffugit, in saxum prope Syphilum Mæoniæ mutata. Venio igitur ad fratrem Pelasgi Argon, qui adoptatus à seniore auo Phoronæo, ex Euadne filia Strymonis & Nereæ, genuit Epidaurum, Pyranthonem, Cressum & Argonautam, qui Æsonis Thessali filius fuerat, Idcirco alii hunc Iasium vocant Argiuorum Regem, qui tamen & ipse alius est, à Iasio altero Argiuorum rege, Abantis videlicet filio, Dardani fratre, ac Talaonis patre, Adrastique regis Argiuorum auo.

Et sic intelligitur, quod scribit in 8. Strabo. Mihi sane videtur vt Pelasgi & Danaï, sic & Argiui nuncupentur. Quod huius ciuitatis gloria, & cæteros Græcos à se donominandos compararit. Sic & Iasium Argos Iasidas appellari fecit. Sic ex Apia Apidones recentiores dixere. At Homerus non quidem Apidones appellat, Apiam autem magis longinquam, quod prope Peloponnesum dicat Argos. Huc quoque alludens cecinit Papinius. 2. Theb.

*In lauum præm nixus sedet Inachus urna,
Hunc tegit Iasiusq; senex, placidusq; Phoroneus.
Et bellator Abas, indignatusq; tonantem
Acrisius nudumq; ferens caput ense Chorabus
Toruag; iam Danaï facinus meditantis imago.*

Sed redeo ad Argum patrem, siue potitus Atauum, qui ciuitati à Phoronæo constructæ auctæque à Pelasgo nomen mutauit, & à suo nomine appellauit, de quo variant autores, alii enim hunc esse, quem Græci à centum oculis, quibus Io vaccam Inachi filiam custodierat nauonæu cognominant, alii non hunc Argon oculatum fuisse, & vaccæ custodem, sed Iasonis siue Iasii filii ex Agenore nepotem. Naso sane 1. Metamorphoseôn. alium Argum Aristoris filium qui Io vaccam custodierat, commemorat, cui Iuno illam custodiendam promiserat.

Porro Argi regis Argiuorum meminit Diuus Augustinus libro xvi i. de ciui-

tate Dei, quo cœpit uti fructibus Græcia & habere segetes in agricultura. Idcirco inter Deos relatus, toti Græciæ coli cœpit. Reliquisse hunc Argon filium Tiryntem Pausanias in secundo autor est. Euerterunt & Tiryntios Archiui non alio consilio quam ut eos quoque in ciuitatem reciperent, Argosque hoc modo auerent. Tiryntem vero heroem, qui ciuitati nomen indidit Argi filium, Iouis nepotem fuisse perhibent. Idem secundo Corinthiacæ. Pyrafi filii Argi meminit. Vetusissimus vero ex Pyro syluestri est fabricatum Iunonis simulachrum, quod Tiryntem Pyrafius Argi filius consecrauit. Sed Argiui Tiryntem euerfa in Iunonis templum transfulerunt. Et iterum, Argos autem Pheronei ex filia nepos suscepto post defunctum auum regno, terram suo nomine appellauit. Argo Pyrafius natus est & Phorbis Phorbanti, Triopas Triope, Iafus & Agenor. Et hæcenus de Argo siue vnus fuerit, siue duo, hoc est, Niobes filius & Pelasgi frater, & alter Iafonis siue Iafii ex Agenore nepos. Loquimur autem hic non de Agenore Cadmi filio Thebarum vrbis conditore, nec de altero Agenore, qui Eperastem Calydonis filiam Ætoli nepotem in matrimonio habuerat Parathonis pater, de quo in capite de Ætolia plura diximus. Sed à quo descēdisse Reges Argolidis post Argum Phorbantem & Tryopam Pausanias in secundo autor est puta. Crotopum, eiusque filium Sthenelum quem Danaus Ægyptius vicit. Verba subiiciam Triopæ filii Iafus & Agenor. Crocopus autem Agenoris filius post Iafii mortem rerum est potitus. Crotopi filius Sthenelus fuit. Danaus autem ab Ægypto contra Gebanorem Stheneli filium, cum classe profectus Agenoris posteros regno ut exiit. Hic rursus notandum est posterioribus seculis alium extitisse Sthenelum Argolidis regem patrem Cyllabari, qui Dyomedis uxorem compresserat. Cæterum facta digressionem reuertimur ad Io vaccam Inachi filiam ab Argo custoditam, quæ in Ægyptum errabunda profecta ibidem formæ humanæ restituitur, nuptaque Nylo Epaphum suscepit qui ex Memphi uxore Lybiam genuit. Ex qua Neptunus Belus generauit Ægypti regem, Bufiridem Lelegem. Porro Lelex frater ex Ægypto ad Nyseam Megarensium nauale profectus, exinde in Laconicum agrum peruenit, canente, Ouid. in Metam. viii. lib.

*Hæc Ixionides illa Troezenius heros
Parta lelex, raris iam sparsus tempora canis,
Quosq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum latissimus hospite tanto,
Non habet, & quicquid superi uoluerit peractum est,
Quoq; minus dubites, Tilia contermina quercus
Collibus est Phrygiis medio circumdata muro,
Ipse locum vidi. Nam me Peliopæia Pytheus
Et rursus.*

*Ante omnesq; lelex animo maturus & æuo
Sic ait, Immensa q; est, finemq; petentia cæli.
Misit in arua suo quondam regnata parenti
Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim*

Belus Ægypti Rex.

De Lelegis fratre Agenore Cadmi patre dictum est in Bæoticis. Quare in Belo persistentes Ægypti Rege eius stemma in Argolide continuabimus. Habebat autem is Belus quinque filios, Ægyptum, Danaum, Ciphæum & Cilicem. Quorū Cylix (ut à Iunioribus incipiam) Cyneram reliquit, cuius filia Myrha capta amore parentis, dolo nutricis cum eodem concubuit, & ex eo profligata in Arabiam, Adonyn tulit, qui dilectus à Venere, in venatione ab apro interficitur, Deorū miseratione conuersus in florem sui nominis, cuius lector historiam in Metamorphoseōn leges. Huius frater Cephæus ex Cassiopæa uxore Andromedam suscepit Cæto expositam, & à Perseo liberatam translata in cælum cum filio & genero. Horum omnium frater Ægyptus, quem alii Ægisthum dicunt, à patre Belo Arabiæ præfectus, ex multis vxoribus genuit liberos quinquaginta, qui cum inter se digladiarentur de imperio, Danaus patruus accepto oraculo, quod ab vno fratruclium periturus esset, naue instructa, cum filiabus quinquaginta aufugit, & in littore Argolidis appulens Gelanore victo regnum accepit. Sic igitur Danaus Ægyptius Beli regis filius, frater Ægypti, Cephei & Cylicis, rerum in Peloponneso potitus, multas genuit filias, inter quarum Procos & Ægypti filii fratruclis fuerant, quibus sorte distribuit filias, duabus sorte exemptis Hypermetra & Gorphone, quarum Hypermetram collocavit Lyncæo, & Gorphonem Proteo, qui Ægypti Regis filii fuerant ex Argiphia, reliquas verò Danaï ex Europa natas sortiti sunt, Bufiris Euceladus

Ægyptus Rex.

ladus, Lycus, Daiphron, nempe Antomaten, Agauen, Amimonem, Scean. Quæ cū conuiuio sponfos singulæ suos tractarent, noctu iubente patre acceptis pugionibus interfecere. Hinc apud Ouidium Clytemnestra Lyncæo obiecit, quod illum contra parentis voluntatem seruasset.

*Ducimur Inachides magni sub tecta Pelasgi
Et socer armatas accipit ense nurus
Et subdit.*

*Querenti causam dum nox finit effuge dixit
Dum nox atra finit, tum fugis ipse moror
Manerat & Danaus generos in cade iacentes
Dinumerat, summi criminis vnus abes
Staius 6. Theb.*

*Tristis Amimone parueq; Alcmena superbit
Hercule ter gemina crinem circumdata Luna
Iungunt discordes inimica in fœdera dextras
Belida fratres sed vultu mitior adstat
Ægysthus, Danaï, manifestum noscere ficto
Ore nefas, paci q; male, noctu q; futura.*

Porro Pausanias in vii. Danaum & Achæi liberis collocasse duas filias scribit. Sccam quidem Archandro & Architeli Automaen, eosque apud socerum mansisse, & regnum Argolidis Laconico coniunxisse. Præterea Philidamam Danaï filiam ex Mercurio genuisse Phærem conditorem Phærarum in Missenia & Telegoniam Ortolochi coniugem fuisse.

Strabo præterea regem Amimomem filiarum vnâ Danaï ex Neptuno genuisse Nauplium Regem Eubææ & patrem Palamedis, quem Græci ad Troiam iniuste accusatum ab Vlyssæ occiderant, à cuius Amimomis nomine fons Argolidis nomen retinuit, & cuius ferunt imaginem Alexandrum magnum in annulo signatorio gestasse. De Danaï Regis ex Ægypto in Peloponnesum transfretatione scribit Diodorus in primo.

Ferunt etiam Danaum ex Ægypto profectum antiquissimam fere vrbium Græciæ Argos condidisse. Scitum est quod de Danao regnum Argolidis obtinente in secundo refert Pausanias. Danaus Lici Apollinis templum, talem ob causam condidit, Argos cum venisset, litem Gelanori Stheneli filio de rerum summa intendit. Cum autem multa vtrinque & plausibilia ad populū essent perorata, & nihilominus tamen iustam causam dicere Gelanor putaretur, iudicio à populo in sequentem diem est dilatum, mane orta luce bouum armenta in pascuis ante mœnia lupus inuasit, factoque impetu contra taurum reliquorum ducem pugnavit. Ibi communi consensu Gelanorem Argiui cum tanto Danaū cum lupo contulerunt, ut fera hæc hominum familiaritate, & conuictu est exclusa, ita Danaus quoque eo tempore erat peregrinus. Ut vero lupus taurum prostravit, Danaus imperium obtinuit. Hinc factum arbitror, quod in numismate quodam Argiuorum lupi anterioris pars sculpta cernitur. Strabo in Sexto sepulchrum Danaï extra in foro Argiuo est autor, & Palinthum dici. Sic Danao gener Lyncæus succedit ab oculorum acumine nomen adeptus, qui cum Argonautis in Cholcidem profectus erat, & ex Hypermetra Abanta regem Argolidis genuit, qui inter socios Vlyssis in auem conuersus est. De quo Poetæ mentionem faciunt.

Danaus ex Ægypto in Peloponn.

Lyncæus rex Abantem.

Virgilius 3. Æneidos.

*Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus aduersis figo & rem carmine signo
Æneas hæc de Danaï victoribus arma.
Staius lib. 2.*

*Hæc tegit Iafusq; senex placidusq; Phoroneus
Et bellator Abas*

Ouid XIII. Metam.

*Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rethenore Nycteus
Hunc miratur Abas, & dum mirantur eandem
Accipiunt faciem, numerusq; ex agmine maior
Subuolat.
Et Pholus, & Menelaus, & Abas prædator aprorum.
Quisq; suis frustra bellum dissuasit autor
Astylos ille etiam metienti uulnera Nesso,*



Prætor Rex. Abasis rex Argolidis ex Ocali genuit Prætum, Acrisium & Iasium. Quorum Prætoris ætatis prerogatiua parenti successit, sed pulsus à fratre Acrisio, exulatum in Lyciam venit, à cuius prouinciæ Rege Iobate focero in regnum reductus, Tiryntem occupat, quæ à Cyclopiibus per vias laborantibus munita est, vnde Strabo in 8. Tiryntem sane ad excursionem faciendas arcem vsurpasse videtur. Prætor, & eam Cyclopium opera atque arte mœnibus roborasse. Hi autem septem erant numero, quos Ventrimanos appellabant. quoniam suo utebantur artificio, quos e Licæa vocatos aduentasse traditur. Huc spectat quod Pausanias in 2. scriptum reliquit, Qui Argis in Epidauriâ iter faciunt, ædificium ad dexteram vident pyramidi omnino simile, Clypeos continet Argolica forma exsculptos. Prætor ibi de rerum summa dimicasse cum Acrisio dicitur. Æquo autem Marte pugnatum esse aiunt, pactisque deinde induciis cum certam victoriam consequi neuter valeret, pacem confirmatam.

Et subdit cum Tiryntem describit. Euerterunt & Tiryntios Argiui non alio consilio, quam vt eos. quoque in ciuitatem reciperent, Argosque hoc modo auerent. Tiryntem vero heroem, qui ciuitati nomen indidit, Argi filium Iouis nepotem fuisse perhibent. Murus qui solus ex ruderibus fuit relictus, Cyclopium quidem opus est, sed ex albis lapidibus factus, quorum quilibet tantæ est magnitudinis. vt ne minimus quidem ex his multorum iugo commoueri queat. Alludit ad huc Prætum, fratremque eius Acrisium, & bellum inter vtrosque intestinum Ouidius libro 5. Metamorph.

*Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat, & immeriti uindex, ultorq; parentis
Aggreditur Prætum. Nam fratre per arma fugato
Acrisioeas Prætus possederat arces,
Sed nec ope armorum, nec quam malè ceperat arce
Torua colubri ferè superauit lumina monstri.*

20

Tradit porro siue fabula, siue historia Prætum hunc filias genuisse. Iphinoen, Iphianassam, Maeram, & Eurialem, & quæ à Delphino ablata fuit, Neptuno coniuncta Melanthe, & vnum filium Megapentem, filiasque furore correptas hac de causa, quod in templo Iunonis suam formam Deæ prætulissent, liberatas tamen insania à Melampo Amithaonis filio, qui Iphianassam vnam sibi filiarum matrimonio copulauerat, & ex illa Aniphantem genuit Oclidis patrem & Amphiarai Regis ac vatis Argiuorum auum, ad quod alludens cecinit in 15. Metamorph. Ouidius.

*Seu vis est in aqua calida contrari a vino,
Siue quod indigena memorant, Amithaone natus,
Prætidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furis, purgamin a mentis in illas
Misit aquas, odiumq; meri permaxsit in undis.*

Virgil. 3. Georg.

Phylliades, Chyron, Amythaoniusq; Melampus.

Stattius lib. 3. Theb.

*Sacra mouere Deum solers tibi cura futuri
Amphyra datur iuxtaq; Amithaone cretus
Iam senior sed mente virens Phæboq; Melampus*

40

Et licet Prætoris filius Megapentes quem ferunt & Tirynti & Argiuum regnum vsurpasse, tamen Acrisius patruus exul puta à fratre Præto pulsus, auitum Argolidis regnum recuperavit, & ex Euridice filia Lacedæmonis Regis Spartæ vnicam filiam Danaen genuit, quam Iupiter in auream pluuiam versus corrupisse fabulis dicitur, & ex illa Perseum genuisse expositum ab auo cum matre & arca inclusum, quam in proximū mare deiecit, inuentam in insula Cycladum Serypho à piscatore Dicte. Ad quod alludentes cecinere Poetæ.

Ouid. lib. 13. Metam.

*India quem celebrat positus Achaia templis
Solut Abantiades ab origine cretus eadem
Acrisius superest, qui manibus arceat urbis
Argolica contraq; Deum ferat arma, genusq;
Non putat esse Deum, neq; enim Iouis esse putabat
Persea quem pluuia dono conceperat auro
Mox tamen Acrisium (tanta est presentia Veri)*

Tam

*Tam violasse deum, quam non agnosse nepotem
Pœnitet, impositus iam est alter, & alter
Viperæ referens spoliū memorabile monstri.*

Et libro 5.

*Aera carpebant tenerum stridentibus alis
Te tamen o parue Polidicte Seryphi.
Nec iuuenis virtus per tot spectata labore
Nec mala molierant.*

Horatius libro 111. Carm.

10

*Inclusam Danaen, turris Athenæ
Robusta fores & vigilum Canum
Tristis excubia numerant satis
Nocturnis ab adulteriis
Si non Acrisium virginis abdita
Custodem pavidum Iuppiter & Venus
Risissent fore enim tutum iter & patens
Conuerso in precium Deo
Aurum per medios ire satellites
Et perumpere amat saxa potentius.*

20

Stattius 5. Thebanorum.

*Et grauis Acrisius speciesq; horrenda Chorabi.
Et Danae culpata sinus.*

Sic igitur Acrisio mortuo sine prole virili, & antequam Perseus adoleuisset, (quem tamen fabulæ viuentem accessisse auum referunt, & eundem vel disci ludo incognitum interfecisse, vel in saxum transformasse, ostenso Medusæ capite) Iasius frater regni gubernacula adipiscitur, qui ex Electra Talaonem genuit Adrafti & Attalantæ patrem. Vnde Argos Iasium fuit cognominatum, vt Strabo in viii. scribit, Argos quoque Iasium Peloponense dicit, sicuti si omnes Achæi Argos intuerentur Iasium & Penelopem, vt plures procos acciperet. *Et iterum.* Mihi sane videtur, vt Pelasgi & Danaei, sic & Argiui nuncupentur, quod huius ciuitatis gloria & cæteros Græcos à se denominandos compararit. Sic & Iasium Argos Iasidas appellari fecit. Pausanias in secundo aliter Iasii natales deducit, cum ait, Argo Praxiæ natus est Phorbos. Phorbanti Triopas, Triopæ Iasus & Agenor, Io itaque Iasi filia, siue vt Herodotus scripsit, siue vt Græci perhibent, in Ægyptum peruenit. Crotopus autem Agenoris filius post Iasi mortem rerum est potitus, Crotopi filius Sthenelus fuit. Cæterum antequam Iasius gubernacula liberè vsurpasset, adest ex Ægypto cum Gorgonis capite Perseus Acrisii ex Danae filia nepos, expositus olim, & in mare missus & à Dicte piscatore ad littus Seryphi insulæ in arca cum Danae matre cõclusus, repertus: quo tẽpore eadẽ in Insula Polidectes Danaes frater regnabat, qui cum sororem non agnouisset, eius amore accensus, vt ea potiri posset, Persea filium ad caput Medusæ auferendum ablegauit. Qui à Nymphis cum accepisset peram, & Talaria ac Orci galeam, vt inuisibilis foret, à Mercurio verò gladium adamantinū, profectus late, inuenit Gorgonas dormientes, quarum erant nomina Stheneo, Euriale, & Medusa. Quarum occisa Mercurii gladio Medusa, & capite in peram posito reuertitur in Seryphum. Quo itinere cum per Ætiophiam trãsiret, in qua Cepheus regnabat, inuenit ibi Andromedam Cephei filiam expositam, vt eam monstrum marinum deuoraret, propter matris Cassiopeæ temeritatem, quæ cum Nymphis de forma certauerat. Hanc cum Perseus visam adamasset, promisit, si nuberet ei, à monstro illam liberaturū. Quo facto, Phineus frater Cephei, & qui eandẽ amauerat, inuidia ductus, Perseo insidias struxit, quem tamen ille ostensa Gorgone in saxum conuertit, perfunctusque periculo illo in Seryphum insulam reuersus: inde Danaen matrem ac Andromedam coniugem Argos duxit, vbi Acrisio ignotus in funebribus ludis Teutaniri Lariffeorum Regis & Penthatli exercitio disco patrem occidit, reque animaduersa ad Megapentem Prætoris filium Tiryntem venit, & cum eo Argolida permigrauit. Strabo libro x. refert Perseum Seryphios omnes in lapides conuertisse, ostenso Gorgonis capite, idq; in matris vltionem fecisse, quod illis adiutoribus Seryphi rex Polydectes nuptiis inuitam adegisset. Idcirco Seryphum insulam tam esse lapidosam, vt qui viderint, fabulæ fidem faciant, ad quod alludit Naso v. Metamorphoseon:

*Te tamen o parue rector Polydecte Seryphi
Nec iuuenis virtus per tot spectata labores*

Iasius frater

Perseus frater

*Nec malo molli errant sed inexorabile durus
 Exerces odium nec iniqua finis in ira
 Detrectas etiam laudem factamq; Medusa
 Arguis esse necem. Dabimus tibi pignora veri,
 Parcite luminibus Perseus ait oraq; regis
 Ore Medusae filicem sine sanguine fecit.*

Quod autem Perseus ille Argiuorum rex extiterit, vel cognomina ostendunt, & Epitheta, quæ à Poetis tribuuntur, Daneius Heros, Abantiades & Lyncides & Inachides à Danao, Abande Lyncæo & Inacho regibus Argolidis.

Quid lib. 5. Metam.



*Dumq; ea Cepheum medio Danaus heros
 Agmine commemorat fremitum regalia turma
 Atria complentur.*

Idem lib. 4.

*Diffundere animos cultosq; genus locorum
 Querit Abantides quareni proximus vnus,
 Narrat Lyncides moresq; habitusq; virorum.*

Et lib. 5.

*Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
 Dixit ab hoste petam, vultus auertite vestros
 Si quis amicus adest, & Gorgonis extulit ira.
 Quere alium, tua quem moueant miracula dixit
 Thessalus, utq; manu iaculum letale parabat
 Mittere, in hoc hæsit signum de marmore gestum.
 Proximus huic Amphix animi planissima magni
 Pectora Lyncide gladio petit, inq; petentem
 Dextera diripuit*

Et iterum cum certamen Persei cum monstro marino describit.

*Occupat, aduersum vim sua retor queat ora,
 Squamigeris auidos figit ceruicibus unguem.
 Sic celeri misso praeceps per inane volatu
 Terga fera pressit, dextroq; frementis in harmo
 Inachides ferrum curuo tenuis abdidit hamo.*

De hoc Perseo Rege illud insuper addunt fabulæ, quod præter Acrisium patrem & Seriphos, in saxa conuerterit Medusæ capite Atlantem, eo quod hospitium ei denegasset. Præterea præterea regem Argiuorum & in bello contra Phineum, qui Andromedam ambiuerat, Cephei fratrem, totum exercitum: postremo bellum in Persas suscepisse, & in eo liberum patrem aduersus ipsum consistentem interfecisse, subactamq; nationem à se denominasse, condita Perseopoli vrbe. Et cum ex Andromeda vxore, quem à monstro marino liberauerat, procreasset Sthenelum, Alcæum, Mestorem, Electrionem, Perseum & Cyneram, cum vxore Andromeda inter astra relatus fingitur, qui, vt supra dictum est, ob interfectum Acrisium patrē, cum Megapente, qui Tirynthe regnabat, Præti filius, Argolidis regnum permutauerat, Megapente quidem Anaxagoram filium tribuit, Diodorus in quinto qui præterea Biantem & Melampum Argiuorum regni partem possedisse scribit, vt appareat plures tum Argiuorum reges fuisse. Sed locum subiciam. Melampus cum esset diuinator, Argiuas foeminas propter Dionisii iram Phanaticas ab infania liberauit, cuius rei gratia Anaxagoras Megapenti Argiuorū Rex eū donauit duabus regni partibus. Hic Argis cum moraretur, Biante fratre consorte regni facto, vxorem accepit Iphianiram filiam Megapenti, ex eaque protulit Antiphatum, Mantum, Biantem, Pronoen: ex Antiphato ac Zeuxippe Hippocoontis, Iocleus, Amalceusque orti sunt. Iocleus, Hypermestraque Lesbii Iphianiram, Polybiam, atq; Aiphianem genuerunt. Hoc pacto Melampus ac Bias, eorumque posterii Argiuorum imperium tenuere. Sed redēo ad Persecum, de cuius natiuitate, victoriaque de monstro marino, & matrimonio Andromedæ liberatæ à monstro canit libro 3. Metamorphoseōn. Quid.

*Hanc ego si peterem Perseus Ioue natus & illa
 Quam clausam impleuit secundo Iuppiter auro
 Gorgonis anguicomæ Perseus superator & alis
 Aethereas ausus iactatus ire per auras*

Nec

*Nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus
 Credere cor spexit scopulum qui vertice summo
 Stantibus extat aquis, operitur ab aqore moto
 Nixus eo rupiq; tenens, iuga prima sinistra
 Ter quater exegit repetiua per illa ferrum
 Littora complausus clauas superasq; deorum*

Idem de victoria quam de Medusa retulit.

*Narrat Abantides gelido sub Atlante iacentem
 Esse locum solida tutum munimine molis
 Cuius in introitu geminas habitasse sorores
 Phorcidas vnus sortitas luminis usum.
 Id se solertem furtim dum traditur astu
 Supposita cepisse manu, perq; abdita longe
 Deuias, & syluis horrentia saxa fragosis
 Gorgoneas tetigisse domus, passimq; per agros,
 Perq; vias vidisse hominum simulachra, ferarumq;
 In silicem ex ipsis visa conuersa Medusa
 Se tamen horrenda Clypei quem leua gerebat
 Aere repercusso formam aspexisse Medusa.*

Idem victoriam de Phineo lib. 5 cum nuptias Persei & Andromachæ describit.

*Primus in his Phineus belli temerarius autor,
 Fraxineam quatiens arata cuspidis hastam
 En ait, en adsum praecepta coniugis ultor,
 Nec mihi te primo, nec falsum versus in aurum,
 Iuppiter eripiat conanti mittere Cepheus.
 Quid facis exclamat, qua te Germane furentem
 Mens agit in facinus.*

*Dumq; grauis somnus colubros ipsamq; tenebat
 Eripuisse caput collo, pennisq; fugacem
 Pegason & fratrem matris de sanguine natos
 Impleuere domos gaudent, generumq; salutant.*

Recipio me ad liberos Persei, qui Tirynthe rerum potiti, ac Myccænis fuere, relictis Argis Talaoni Iasii filio, de quo mox dicturi sumus. Fuere autem Persei ex Medusa filii, Mestor, Electrion, Alceus, Sthenelus, & secundum quosdam Perseus Iunior, qui Persia regioni nomen indidit, quorum Mestor ex Lyfidice Pelopis filia genuit Hippodomen, quam Nemyrus rapuit, & ex ea Taphium suscepit, qui Ptherelaum, & is Chroniū, Antiochum, ac Mestorem Iuniorem: Electrion vero ex Alcei filia Alcmenis progenuit Gorgophonem, Philonium, Celenum, Amphimachum Anaclora, Lyfimnum, & Arhelaum. Sortitus vero erat Electrion Myccænis regnum, quod ab eo eiusque liberis, Taphius Mestoris nepos cum filio Ptherelao ac nepotibus eum repeteret, ortum est bellum, in quo multis vtrinque cadentibus, Taphius boues abegit ad Polixeram Regem Elidis. Tertius filiorum Alceus ex Hipponome filia Menecæi Amphitritonem tulit Herculis vitricum, & Anaxonem filiam. Amphitritoni vero Electrion, mortem filiorum viturus, qui à Taphio, ac eius filio Ptherelao occisi fuerant, filiam Alcmenem nupui dedit. Cumque Electrion in expeditione aduersus Thebas esset interfectus, Sthenelus Argiuorum regnum occupat, Amphitritone cum coniuge Thebas profugato, vbi ex Iphiclo filio legitimo Iolaum vidit nepotem, qui in Siciliam colonias duxit. De Iphiclo Diodorus in v. hæc adnotauit. Ad prolem vero procreandam alteram minime suspectam querens, Iolem Eurithi filiam in Oechalia dominantis petiit, qui Megaræ repulsam verius super eo matrimonio se consultaturum respondit. Hercules frustratus sponsa iniuriaque motus, Eurythi abegit equos. Iphiclus Eurythi factum vt erat suspicatus, cum ad equos inuestigandos in Tirynthen venisset, iussus est ab Hercule turrim quandam altam ascendere, speculatum sicubi forte equi pascerentur, sed cum nullos aspiceret, dicens falso culpatum se furto, Hercules de turri præcipitem Iphiclum dedit. Sed missis his, ad postremum filiorum Persei Sthenelum me recipio, qui ex Nicippe Aelopsis nata genuit Euristhæum Regem Myccænarum, Cyllabarum Aegialos, Diomedis coniugis adulterū Alcmeodontē & Medusam. Est autem notandum, fuisse & a ium Sthenelum Argiuum Capanei filium, quem Poetæ fingunt Iouis Hircei simulachrum Troia extulisse, cuius in cathalogo nauium Homerus meminit, & alii Poetæ.

Mestor filius Persei.

Electrion filius.

Sthenelus rex.

Historia de Hercule & Iphiclo.

Sthenelus Persei filius.

Alter Sthenelus Capanei.

Plures reges Argiuorum, sicut.

Homerus quidem cum copias Argivas ad Troiam ductas describit, versionem Hesi subiciam.

*Littora Troezenia Eionasq; sacramq; Epidaurum
Vinetis celebrem, qui Aeginam cumq; opulentam,
Et Masetacolunt, hos voce valens Diomedes
Duxerat & Sthenelus Capanei filius alti.*

Maro 2. Æneid. cum equum illum fatalem, Sinonisq; fraudes describit.

*Reddit equus letiq; cauo se robore promunt
Thersandrus Sthenelusq; duces & durus Vlysses,
Demissum lapsi per funem, Athamasq; Thoasq;*

Horatius libro 1. Carmin.

*Non Laertiadem exitium tua
Gentis non pilum Nestor a respicis
Vrgent impauidi tu Salminius
Teucer & Sthenelus sciens
Pugnae siue opus est imperitare equis
Non auriga piger:*

Cæterum Stheneli filius Euristhæus Rex Mycenarum ex Astidamia filia Pelopis genuit Alexandrum, Iphimedeum, Euribium, Mentora & Perimedeum. Is est Euristhæus, qui tot Herculi labores imposuit, quem Heraclidæ bello adorti profligarunt, moriturq; apud Iolaum, & regno Mycenarum ad Atreum deuoluto, cum Argolidem Adrastus Talaonis filius gubernaret. Ad quem Euristhæum alludentes Poetæ cecinerunt:

Ouid: lib. 9. Metam.

*Sensit Atlas pondus, neq; adhuc Stheneleius iras
Soluerat Euristhæum, odiuq; in prole paternum
Exercebat atrox, at longis anxia curis
Argolis Alcmenæ quæstus, ubi ponat aniles
Cui referat nati testatos orbe labores,
Cuius suos casus Iolem habet, Hercules illam
Imperio, talamq; animoq; receperat Hyllus.
Impletatq; uterum generoso semine, cum sic
Incipit Alcmenæ.*

Virgil. 8. Æneid.

- Qui carmine laudes

*Herculeas & facta ferunt, ut prima nouerca
Monstra manu, geminosq; premens eliserit angues.
Ut bello egregias idem disiecerat vrbes,
Troiamq; Oechaliæq; ut duos mille labores
Rege sub Euristhæo fa. us Iunonis iniquæ
Perulerit.*

Dum Euristhæus Mycenarum regnum gubernat, Argolidem Prouinciã Amphiarai coniugem, Adrastris fororem, omne dissensionum iudicium retulerunt. Illa pro Amphiarai sententiam tulit, adiiciens ut belli Thebis inferendi socius adiutorq; esset. Amphiarai existimans se ab vxore proditum ad bellum spopondit se adiuturum, sed Alcmeoni filio imperauit, ut post suum obitum Eriphylem perimeret, quod patris mandatum postea executus facti conscientia in insaniam versus est. Adrastris in exilium pulso, ut autor est in Corinthiacis Pausanias & Amphiarai absorpto in bello Thebano prope Thebas succedit in regno Argiuorum Alcmeon Amphiarai filius. De cuius regni auspiciis huiusmodi quædam refert Diodorus in quinto. At vero filii mortem parentum vlturi communi consilio contra Thebanos mouerunt arma. Dederat responsum Apollo cam ciuitatem expugnaturus, si Alcmeonem Amphiarai filium Imperatorem sibi constituisset. Hic ab illis dux factus Deum, & de Thebano bello consuluit, & an matrem Eriphylem puniret, respondit Apollo, ut vtrumque faceret, non solum quia monile aureum mater in necem paternam, sed & peplum quoque ob filii interitum receperit. Venerem aiunt quondam Hermionis Cadmi, & monile donasse & peplum. Ambo hæc habuit Eriphyle, alterum à Pollinice, alterum Thersandro Pollinice filio, quo filium ad expeditionem Thebanam hortaretur. Alcmeon igitur cum milites ad bellum plurimos ab Argis parasset, ab vrbibus quoque finitimos accersito presidio exercitum contra Thebas duxit, acerrima cum Thebanis pugna commissa. Alcmeon victoria potitus est, Thebanorum attritis viribus multisque amissis ciuibus, cum essent impares vi-

Hi

Hi cum ad ætatem peruenissent, domestica impietate cognita Oedipum coegerunt ob dedecus non egredi domo, ipsi sumpto regno, fœdere inuicem sanxerunt, ut singuli alternis annis imperarent, primus imperii annus Etheocli cederet maiori natu. Is actio anno petendi ex fœdere renuit tradere regnum fratri. Qua ex causa in Argos ad Adrastrum regem confugit. Hoc tempore Tydeus Oenei, cum in Calydona Alchatham, Lycotheumque nepotes occidisset, ex Ætolia aufugit in Argos. His Adrastrus benigne susceptis, quodam responso motus, vtrique filias vxores dedit Pollinici Argiam, Deiphilen Tydeo. Adolescentes cum à rege probarentur, magnaue eorum virtutis expectatio videbatur, ambos in patriam pollicitus est reducturum. Hunc Adrastrum Staius à Tantalos deducit, & a patre Talaonidem cognominat libro 11. Thebanorum in oratione Pollinice ad Adrastrum.

*Te penes Inachia dotalis regia dono
Coniugis & Danae (quid enim melioribus actis
Inuideam) cumulentur opes felicibus Argos
Auspiciis, Iernamq; regas nos horrida Dyrces
Pascua & Euboicis arctas fluctibus oras
Non indignanti miserum dixisse parentem
Oedipoden, tibi larga Pelops & Tantalus autor.*

De filiabus Adrastris Papin. lib. 1. Theb.

*In senium vergens populos Adrastrus habebat
Diues auis & utroq; Iouem de sanguine ducens
Hic sexus melioris inops sed prole virebat
Fœminea, gemino natarum pignore vultus
Cui Phæbus generos monstrum execrabile dictum
Mox ad aperta fides auro ducente canebat,
Setigerumq; suum & fuluum aduentare leonem.*

Idem de genere, qui Ialidem & Alaonidem à regibus antiquis vocat, & à Danao ac Phoroneo deducit.

*Iasides pateram famulos ex more poposcit,
Qua Danaus libare Deis seniorq; Phoroneus
Assueti hæc operum celata figurat.*

Et lib. 5. Theb.

*Hic rursus similem procerum vallante corona
Dux Talaonides antiqua ut forte sub orno
Stabat & ad moti nixus Pollinice hasta.*

Diodorus in v. Amphiarai certasse de regno Argiuorum scribit cum Adrastris, & ideo cum bellum infeliciter contra Thebanos gessisset, pulsum exulasse in Sicyone, & illi Alcmeonem Amphiarai filium successisse, & Thebanos vicisse, quo posterius in Ætoliam profecto Thersander Pollinice filius Argiuorum regnum consecutus est. Verba subiciam. Eo tempore Amphiarai, Adrastrisq; de regno dissidentes ad Eriphilem Amphiarai coniugem, Adrastris fororem, omne dissensionum iudicium retulerunt. Illa pro Amphiarai sententiam tulit, adiiciens ut belli Thebis inferendi socius adiutorq; esset. Amphiarai existimans se ab vxore proditum ad bellum spopondit se adiuturum, sed Alcmeoni filio imperauit, ut post suum obitum Eriphylem perimeret, quod patris mandatum postea executus facti conscientia in insaniam versus est. Adrastris in exilium pulso, ut autor est in Corinthiacis Pausanias & Amphiarai absorpto in bello Thebano prope Thebas succedit in regno Argiuorum Alcmeon Amphiarai filius. De cuius regni auspiciis huiusmodi quædam refert Diodorus in quinto. At vero filii mortem parentum vlturi communi consilio contra Thebanos mouerunt arma. Dederat responsum Apollo cam ciuitatem expugnaturus, si Alcmeonem Amphiarai filium Imperatorem sibi constituisset. Hic ab illis dux factus Deum, & de Thebano bello consuluit, & an matrem Eriphylem puniret, respondit Apollo, ut vtrumque faceret, non solum quia monile aureum mater in necem paternam, sed & peplum quoque ob filii interitum receperit. Venerem aiunt quondam Hermionis Cadmi, & monile donasse & peplum. Ambo hæc habuit Eriphyle, alterum à Pollinice, alterum Thersandro Pollinice filio, quo filium ad expeditionem Thebanam hortaretur. Alcmeon igitur cum milites ad bellum plurimos ab Argis parasset, ab vrbibus quoque finitimos accersito presidio exercitum contra Thebas duxit, acerrima cum Thebanis pugna commissa. Alcmeon victoria potitus est, Thebanorum attritis viribus multisque amissis ciuibus, cum essent impares vi-

N

ribus omni spe destituti consilium à Tyresia, qui diuinator erat, exquisiuerunt. Is Thebanos ex vrbe iussit abire, hoc solum modo illos conseruari posse. Iuxta Tyresia dictam urbem linquentes aufugere noctu in oram Bœotia, quæ Typhosia appellatur. Thebæ captæ acciditæ sunt. Hic igitur Alcmeon Amphiarai filius Argolis regnum consecutus, relata de Thebanis victoria Diomed regi Ætolia in auxilium profectus aduersus hostes Oenei Acarnaniam in precium auxilii accepit ubi & Argos construxit, & illud à nomine fratris Amphiloichum appellauit, & cum Diomedes ob adulterium vxoris in Italiam abiisset, totius Ætolia possessionem adeptus est. *Vnde scribit in 10. Strabo.* Alcmeonem enim filium Amphiarai, vna cum Diomede, reliquisque Epigonis suscepto contra Thebanos pralio, reque bene gesta cum Diomede societatem iniisse, & cum illo de Oenei hostib. vltionem sumpsisse, cumque illis Ætoliam tradidisset ipsum Acarnaniam inuasisse, eamque prostratam subiugasse.

Et lib. 7. addit. Cæterum cum postea illos ad bellum Troianum Agamemnon accerseret, ad id proficiscente Diomede, Alcmeonem in Acarnania mansisse, & Argos ædificasse, ipsumque à fratris nomine Amphiloichum vocasse, habebat enim duos fratres Alcmeon, Amphiloichum & Amphimachum, qui expeditioni Troianæ interfuere, & Amphimachum quidem Achæos duxisse, & Meandri accolæ in Asia Homerus in catalogo autor est. Amphiloichum vero cum Calchante vate missum ad oraculum Apollinis in Colophoniam, confectoque bello (vt eius verbis vtar) cum res Argi ei nequaquam animo sederent, in Ætoliam abiisse ad fratrem Alcmeonem, eique successisse in partem regni Strabo scribit. Alcmeonis enim filius Acarna alteram partem Acarnaniam à suo nomine appellauit, ita Amphiarai stemma in Argolide defecit, quod ab Amythaone descenderat, eiusque filio Melampo vate, qui Præti regis Argiui filias ab infania liberauerat, earumque vnam vxorem acceperat, vt supra præfati sumus. ad quod alludens scribit Pausanias in secundo, ab Melampo & etates sex, & viri totidem ad Amphiloichum vsque Amphiarai filium, Anaxagoridæ autem patrio ibi loco nati, diutius imperiū obtinēt. Iphis. n. Alectoris filius Anaxagoræ nepos, Sthenelo Capanei fratris filio regnū reliquit. Post euersū veroliū, vt Amphiloichus, ad Amphilochos qui nūc ita vocatur, commigravit, & Cyanippus sine liberis defunctus est, Cyllabarus solus Stheneli filius, regnum suscepit. Hac occasione & his auspiciis, Cyllabarus Stheneli filius Argolidis regnum occupauit, is qui adulterium cum Ægiale vxore Diomedis commiserat. Erat enim Euristhei Regis frater, quem historia tradunt ab Heraclidis regno pulsum. quod tot Herculi labores imposuisset, antequam vero Heraclidæ rerum cepissent in Argolide potiri, & antequam denuo essent à Dorienfibus reducti, regnarunt in Argolide Apeus Pelopis. & Cyanippus Ægidolei filius, Biantis nepos, ob merita Melanippi admissus, vt qui Præti filias ab infania liberauerat. Cui succedit Menestheus Cyanippi filius, quem fabulæ tradunt cum filio Eurialo Troiano bello interfuisse.

Hic non est ignorandum, cum eodem tempore mox videlicet post excidium Troianum plures reges Argiuorum historiis celebrantur, puta Anaxagoras, Bias Amphiarai filii, Alcmeon & Amphiloichus, Cyllabarus, & Orestes Agamemnonis, intelligendum hoc esse de triplici Argiuorum regno, quorum vnum Argis, secundum Tirynthi, tertium. apud Mycænas fuerat. Tirynthi Præti stemma rerum potitum est, puta Megapenthes filius, Argeus nepos, Anaxagoras pronepos, abnepos Alector, cuius filius Iphis Sthenelo Capanei fratris filio regnum tradidit. Apud Argos vero Melanippi profapia summam rerum vertebar, post Adrastum Talaonis, puta Amphiaras bello Thebano absorptus, & eius filii Alcmeon ac Amphiloichus, qui cum in Ætoliam ac Acarnaniam sedes mutassent, Biantis posteritas, qui Melampi frater extitit, gubernacula consecuta fuit, vsque ad Cyanippum Ægialei filium. In tertio denique regno apud Mycænas constituto, Pelopis stemma floruit. Atreus Agamemnon, eiusque filius Orestes, & nepos Tisamenus, quem Temenus Heraclida pepulit.

Hinc est quod scribit in 2. Pausanias. Ex Græcis solos Argiuos in tria regna fuisse diuisos. Regnante enim Anaxagora, qui Argei filius Megapentis nepos fuit, furore mulieres correptæ, relictisque domibus per agros vagabundæ errabāt, donec Melampus Amythaonis filius morbo eas liberauit. Huius meriti causa & ipse, & frater Bias parcm cum Anaxagora dignitatem sunt consecuti. Hæc ille.

Sic igitur postremo deficiente Anaxagoræ stemmate in Iphi & Capanei in Cyllabaro, & Biantis in Cyanippo, abeuntibus quoque Amphiarai filiis in Ætoliam & Adrasto in Sicyoniam. Tria iterum regna coniuncta ab vno administrantur Oreste Agamemnonis filio. Cui succedit Tisamenus Orestis & Hermionis filia Menelai natus ex Achaia

Achaia & Laconica eiectus à Temeno & Cresphonte Aristomachi nepotibus, filii Heraclidis sed ex Argis quoque pulsus ab iisdem exulatum abiit Athenas Argolidis regno ab Heraclidis & Dorienfibus occupato.

De Tisameno, qui ante Heraclidas, Argis regnabat, & ab iis, & Argis, & Sparta eiectus refert Pausanias in 2. Post Orestis mortem Tisamenus Hermiones (quæ Menelai fuit, & Orestis filius) regnauit. Pentilum vero nothum Orestis esse, ex Etigone Ægisti filia susceptum autor est, Cynethon sub Tisameno porro in Peloponnesum reuertuntur. Heraclidæ Temenus & Cresphontes Aristomachi filius. Ex illorum numero tertius Aristodemus fuit, qui iam olim excefferat è viuis, cuius liberi tum sequebantur Heraclidas qui Tisamenum Lacedæmone atque Argis eiciunt. Porro primus quidem Aristomachus nepos Herculis ex Hillo filio, frater Eurichiniæ coniugis Policaonis Butæ reducere Heraclidas aduersus Euristheum, eiusque fratrem Cillabarium conatus erat, sed rebus infectis Cleolaum reliquit, cuius nati Temenus Aristodemus & Cresphontes à Dorienfibus reducti, possessionem Peloponnesi consecuti sunt, quorū Temenus Argolida, Aristodemus Laconicam & Cresphontes Messeniam intrauerunt.

Temenus igitur primus ex Heraclidis Rex Argolidis Temeniō ciuitatem condidit. de quo Pausanias, sub finem lib. 2. scribit à Lerna cum in Temenium iter facias) Temenium hoc Argiorum conditum à Temeno Aristomachi filio sic appellatum, qui occupato hoc & communito castello bellum ibi adiutoribus Dorienfibus contra Tisamenum & Achæos gessit. Huc igitur cum iter facias, & Phrixus fluiuius in mare exoneratur, & Neptūni in Temeno templum est extructū Veneris alterum. Temeni item monumentum visitur, quem Argiui Dorienfes venerantur.

Strabo lib. 8. Argiui item sunt Præti & Temenium, in quo hūmatū est Temenus. Et prior locus est per quem Lerna fluiuius eodem quo palus nomine fluit, in qua tantas de hydra Poetæ fabulas ediderant. ipsum vero Temenium longe ab Argo 6. & 20. stadia distat à mari ab Argo ad Heræum 40. hincque Mycænas decem. Is Temenus quatuor genuit liberos, Cernem, Phalcem, Sinum, Agræum, & Cysum, quorum primo duo insecuti Deiphontem, qui sororem Hernetho abripuerat, cum viuam abducere nequirent, grauidam interficere. Horum frater Synus Apyti reductionem in Messenia adiuuit. Ita iunior natu Cysus postremus in Argo regnauit, cuius filii seditione eiecti in Macedoniam profecti sunt Olympiade vicesima secunda. Hinc est quod scribit in II. Pausanias. Temenus autem (ait) Deiphontem filium Antimachi qui Thrafiāno, qui Ctesippi, qui Herculis fuit, belli ducem præ filiis suis aperte designauit (loquitur de bello aduersus Tisamenum) eumque consiliis adhibuit omnibus, quem ipsum prius etiam in generum adsciuerat, cum ex filiabus Hernetho maxime placuisset. Quia verò suspectus erat de transferenda ad Deiphontem & vxorem regni successione, insidias ei parabat filii ex quibus natu maximus Cysus regnū suscepit. Sunt qui Cysi fratres nomen Perdiceam, Areum & Philippū. Velleius paterculus Taronū appellat scribens. Hoc tractu temporum ante annos quinque & sexaginta, quam vrbs Romana conderetur ab Elissa Tyria quam quidem Didonem autumat, Carthago conditur, circa quod tempus Toranus vir generis egregii Sextus decimus ab Hercule profectus Argis regnum Macedoniam occupauit, à quo Magnus Alexader, cum fuerit septimus decimus materni generis Achille autore patru Hercule gloriatus est.

Huc alludens nimirum scribit secundo 4. Dec. Lilius. Cum de Philippo Persei Regis Macedoniae fratre loquitur, Dimæis captis nuper, deceptisque ab exercitu Romano cum redimi eos vbicunque seruirent, Philippus iussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam reddiderat. Nam Argiui præterquam quod Macedonum Reges ab se oriundos credunt, priuatis etiam hospitibus, familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. Et rursus lib. 7. Dec. 3. De eodem Philippo Rege Macedoniae tractans, profectus ipse cum paucis equitum leuisque armaturæ, Argos venit. ibi curatione Nemeorum, Hereorumque suffragiis populi ad eum delata, quia se Macedonum Reges ex ea ciuitate oriundos referunt.

Porro an fuerit Cysus ille vel alius antiquior cuius meminit Strabo in 10. lectoris iudicio relinquo. Verba Strabonis sic habent: Lycurgum quidem Spartanarum legum latorem Althemone qui coloniam misit in Cretam, quinque etatibus minorem fuisse constat. Hunc enim Cysi filium qui Argos ædificauit, quo tempore Patrocles Spartam condidit rerum scriptores adserunt. Est vero verisimile Macedonum Reges originem traxisse à postremis Argolidis Regibus ab Heraclidis descendentibus quod

Amyntæ nomen Argiuis familiare fuerit, quod plerique reges Macedonum gessere. Hinc Staius lib. 8. Theb. cum Argiuorum nomina occisorum recenset, cecinit.

*Phabimon lasidem arcum Dyrcaus Amyntas
Destinat (heu celeres Parca) iam palpitat aruis
Pbedimus & certi nondum tacet arcus Amyntæ.*

Et hætenus de Argiuorum regibus, quos Heroas antiquitas appellauit, sub quibus summa fuit Argolidis potentia ante bellum Troianum potissimum & parum postea, attestante Pautania in 7. Argos quidem ad maximam potentiam Heroum temporibus ut vocant, excreuerat, Sed vna cum mutatione facta à Dorienfibus, fortunæ eos beneuolentia deseruit.

Quomodo regnum Argiuorum in Cisi liberis defecerit, meminit etiam Pautania in secundo. Argiui vero honorum, æqualitatem & pristinam illam libertatem iam dudum desiderantes Regum, licentiam ita compresserunt, ut Cisi liberis atque posteris præter nomen ex regia potestate relictum fuerit nihil. Melam vero Ladicei filium ex Medonis posteris vnum populus damnauit, eique regnum prorsus abrogauit. Sic igitur amplissimum & antiquissimum regnum desolatum postremo, proximis Achæis ac Spartanis præda relicta in seruitutem incidit, à quibus denique Macedonum reges adseruere. Pautania in 2. Laphæes tyranni meminisse videtur scribens. Anterumulum de Laphæ Argiuo erectum, cernitur trophæum Lapideum. hunc enim tyrannide potitum populus commotâ seditione eiecit. Ut vero Spartam profugit, ad tyrannidem cum reducere Lacedæmonii tentauerunt. Sed in pugna victores Argiui cum Laphæen ipsum, tum multos ex Lacedæmonii occiderunt.

Quomodo vero in seruitutem inciderit Achæorum Spartanorum ac Macedonum, legitur apud Liuium. Qui secundo 4. Dec. ita scribit. Ætolis Pharsalum Larissamque reddere Thebas non reddere Achæis non Argis modo, sed etiam Corynthis cessurum. Et quarto eiusdem Dec. An ut ab Iasso & Bargyllis præsidia Philippi deducantur, curæ erit nobis, Argos & Lacedæmonæ, duas clariss. vrbes, lumina quondam Græciæ sub pedibus tuis relinquemus, quæ titulum nobis liberatæ Græciæ seruietes deformet. At enim tyranni cum Philippo Argiui senserunt. Et iterum. Achæos Philippi quondam milites, postremum ab inclinata eius fortuna transfugas, & Corinthum recepisse, & id agere, ut Argos habeant. Et rursus in oratione Nabidis Spartanorum tyranni. Tempus autem eo me liberat quod cum iam Argos haberem, societas mihi nobiscum conuenit, & ut nobis mitterent ad bellum auxilia, non ut Argis præsidium dedicerem, pepigitis. Idem lib. 2. eiusdem Dec. Argos à Macedonibus occupatum commemorat, cum Elatiæ expugnatione describit. Ita vrbe potitur Cos. qua direpta missis in arcem qui vitam regis si abire vellent inermes, libertatem Elatiensibus pollicerentur, fideq; in hæc data, post paucos dies arcem recipit.

Ceterum in aduentu in Achaiam Philoclis Regii præfecti, non Corinthus tantum liberata obsidione, sed Argiuorum quoque ciuitas per quosdam principes Philocli prodita est, tentatis prius animis plebis. Mos erat comitorum die primo veluti omnis causa Prætores pronuntiare Iouem Apollinemque & Herculem, additum legi erat, ut iis Philippus rex adii ceretur, Cuius nomen post pactam cum Rom. societatem, quia Præco non adiecit, fremitus primo multitudinis ortus, deinde clamor subiicientium Philippi nomen, iubentiumque legitimum honorem vsurpare, donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. Huius fiducia fauoris Philocles accersitus, noctu occupat collem imminentem vrbi (Larissam eam arcem vocant) positoque ibi præsidio cum lucis principio signis infectis ad subiectum arcis forum vaderet, instructa acies ex aduerso occurrit, præsidium erat Achæorum nuper impositum, quingenti ferme iuuenes delecti omnium ciuitatum.

Et post pactam inter Achæos & Romanos societatem, duæ nobiliss. ciuitates Argos & Corinthus in potestate Regis erant. Antequam tamen in Macedonum potestatem Argos venisset, Achæis parebat, vbi illi, suæ gentis conuentum magna ex parte uti apud Rhyum & Aegium Corinthumque, ita etiam Argis celebrabant.

Vnde Liuius primo 4. Dec. scribit: Et classem à Pyrrho subsidio venire, omisso incepto Megaram ac protinus Corinthum ducit, & cum Argis Achæorum esse audisset inopinantibus Achæis concioni ipse superuenit. Liuius 3. Dec. 4. à Philippo Macedoniæ rege Nabidi Spartanorum tyranno traditum Argos refert. Philippus cum acie decernendum videret, & vndique ad se contrahendas vires maximè de Achæiæ vrribus regio-

regionis ab se diuersè, & magis tamen de Argis quam de Corintho sollicitatur optimum ratus Nabidi Lacedæmoniorum tyranno veluti fiduciarium dare ut victori sibi restitueret, si quid aduersi accidisset. Et lib. 4. eiusdem Dec. Testata quoque ipso Nemeorum die voce præconis libertas est Argiuorum, Achæis quantum restitui Argi in commune Achæiæ Concilium lætitiæ adferebant, tantum serua Lacedæmon relicta, & lateri adhærens tyrannus non sincerum gaudium præbebant.

Est vero verisimile per Romanos Argiuos & è potestate Achæorum, Spartanorumque & tyrannide Macedonum liberatos fuisse, quo tempore hi bellum aduersus Philippum regem Macedoniæ & postea Perseum eius filium atque Achæos, victores gessere T. Quinctio, L. Metello, L. Mummio & Paulo Aemilio ducibus. Ex Liuius sane apparet lib. 3. Dec. 4. Argiuorum tellurem Achæos Phiippo Macedoni, & rursus Philippum Nabidi tyranno Spartanorum prodidisse, Nabidemque inita societate cum Achæis & Rom. contra Macedones. spoliatum tamen Romanis prodidisse intercedente Attalo Rege Asiæ, qui insulam obiectam Aeginam præmium laboris acceperat.

Huc alludens nimirum in 8. Strab. Priscis profecto seculis, inquit, Argos amplius illustre nomen sparserat, postea vero Lacedæmonii gloria omnino superarunt, perseuerantes suas leges ac instituta conseruare, nisi si quid paululum ab illis aberrare contigit. Argiui Pyrrhum quidem Regem non admiserunt, sed ante illorum micena mortem obiit, cum tegula ab anicula quadam (ut aiunt) in caput supernè directâ fuisset. aliorum autem subditi fuere imperio, in societatem quoque Achæorum communiter ducti, vna cum illis Rom. potentiam subiere. Et nunc ciuitas ipsa consistit secundum post Spartam dignitatis locum obtinens. Et hætenus de Argiuorum principibus, & quod iis deficientibus Achæorum primū deinde Macedonū seruituti subiecti extiterint à quibus Spartanis proditi ac à Spartanis Romanis fuere.

Venio ad sacra & consuetudines quasdam. Sacra duplicia reperio, Nemea, & Heræa. In Nemeis cursu tam hominum quam equorum quadrigarumque certabatur. Quos nimirum ludos Lycurgus Rex quondam Nemeæ in memoriam filii Archemori à serpente occisi instituerat, eodem euentu quo Admetus rex apud Thessalos in honorem vxoris Alcestis, & in Halicarnasso Artemisia in memoriam coniugis, Poetarum congressus, aliaque ludicra instituerant. Quippe quo tempore Adrastus rex Argiuorum illam insignem aduersus Thebanos, illorum que regem Etheoclem expeditionem susceperat, ut generum Polynicen reduceret, insolita siccitas totum Peloponnesum corripuerat, ut siti Argiuorum tunc exercitus penè periisset, nisi Hipsiphile Lemnia exul ac captiua, quæ Lycurgo Nemeæ Regi Archemorum filium lactabat in nemore occurreret, Longiam fontem ostendisset, puero in herba relicto, & à serpente occiso, cuius morte pater Lycurgus ita affectus erat, ut nutricem ad supplicium postularet, ni Argiui defendissent, & ludicra ista de quibus diximus instituerit, quæ cum sacris quibusdam in saltu quodam Nemeæ prox. celebrabantur, ut Strabo in 8. scribit, cum Cleonas delinias. Hic surgit sylua Nemea inter Cleonas & Phlyuntē, in qua Argiui sacra celebrare consueuerunt. Ibi quoque quædam de leone Nemeo gesta fabulis prodita sunt.

Adde que Pautania in vi. de horum ludicrorum ritibus commemorat. longitudine autem Hippei cursus duos Diaulos adæquat, hunc Nemeis ablatum ac Istmiis, Imp. Hadrianus in Hybernorum Nemeorum certamen ad Argiuos transtulit. Meminit & Liuius IIII. Dec. quarta: Læta ciuitas celeberrimum festorum die ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala prætermisum, in aduentum Rom. exercitus, ducisque indixerunt, præfeceruntque ludis ipsum Imperatorem. Ad hos ludos alludit subinde Staius & cursuum certamina locumque affabre depingit lib. potiss. 6.

*Vallis in amplexu nemorum sedet, hispida circum
Stant iuga & abiectus geminis umbonibus agger,
Campum exire vetat longo quem tramite planum
Graminea frondes, sinuatq; cespite viuo
Mollia non subitis augent fastidia cliuis.
Illic confertum iam Sole rubentibus armis
Bellatrix sedere cohors, ibi corpore mixto
Metiri numerum, vultusq; habitusq; suorum
Mille dehinc species, tandem satiata voluptas
Præstantesq; viros vocat ad sua premia virtus.
Primus sudor equis, dic in clyte Phæbe regentem
Nomina dic ipsos (neq; enim generosior unquam*

*Alipedum collata acies cen prapete cursu
Confligunt dense volucres, aut litore in uno
Aeolus in sanis statuat certamina ventis.
Haud procul Herculeam Nemcen clamore reductus
Aspicit, atq; illic ingens certaminis instar
Quadringi, noscit cunctos & forse propinquo
Constiterant Admetus & Amphiarus in aruo.*

Et subdit.
*Oedipodionidem iam illinc à lumine discors,
Iratuq; oneri insolito truculentior ardet.
Inachida credunt accensum laudibus, ille
Aurigam fugit, auriga furiale minatur
Efferus & campo dominum circumspicit omni
Ante tamen cunctos, sequitur longeq; secundus
Amphiarus agit, quem Thessalus aequat eundo
Admetus iuxta gemini, nunc Euneus ante
Et nunc ante Thoas cadunt, vincuntq; nec unquam.*

Florea sacra. Cæterum alia erant sacra in honorem Iunonis Argolidis terræ patronæ celebrata Argis, vbi celeberrimum eius fuerat Deæ fanū, de quo Pausanias in secundo scribit, cum de Mycenis loquitur. Quindecim stadiis Heræum seu Iunonium templum ad læuam Micenis distat; in itinere aqua manat, quā Eleutheron, i. liberam appellat, qua vtuntur ad piaculorum purgationes templi ministræ, quique sacrificiis occultè adstant. Ipsum autem templum in loco Eubœæ depresso est. Montem enim hunc Eubœam nominant, & Asterionem fluuium filias habuisse aiunt Eubœam, Profynnā & Acræam, easq; Iunonis nutrices fuisse, ab Heræa montem nominant è regione templi Iunonis situm, ab Eubœa quicquid templo adiaceat, Profynā totam super templum Iunonis regionem. Asterion autem super Iunonis templum fluens faucibus quibusdam exceptus absconditur, nascitur ibidem ad ripas herba (quam Asterionem nominant) Hanc cum ipsi Iunoni offerunt, tum ex foliis eius fæta componunt.



Et deliniās simulacrū Iunonis illius Argiæ. Iunonis inquit simulacrū folio infidet magnitudine ingens auro atq; ebore, Polycleti opera elaboratū, corona ei imposta est cui Gratia inculptæ sunt, & horæ, altera manu malū punicum gerit, altera sceptrū, cui cūlus infidet. Iupiter enim cum Iunonis virginis amore captus esset, in hâc se auē permutauit, eamque Iuno vt ludicrum quoddam venata comprehendit.

Meminit & Strabo in vii. Ipsum vero Temenium longe ab Argo. xxv. stadiis distat à mari, ad Heræum xi. Hinc vsque Micenas decem. Et sic intelligitur locus Titi Liuii libro vii. Decade iv. Profectus ipse cum paucis equitum leuisq; armaturæ Argos venit, ibi curatione Nemæorum Heræorumq; suffragiis populo ad eum delata. Et libro 4. Ne isthuc inquit Iupiter maxime sinas, Iunoq; regina, cuius in tutela Argi sunt. Intelliguntur præterea loca Poetarum ex his locis.

Statius. ix. Thebanorum.
*En meus Hippomedon cui gentis origo Micena,
Argolidisq; Lares, numeng, ante omnia Iuno
At procul Argolici supplex in limine templi
Cætus & ad patrias fusa Pelopeides aras
Scepteriferæ Iunonis epem redditumq; suorum
Exposcunt pietasq; fores & frigida vultu,
Saxa ferunt, paruosq; docent procum bere natos.
Compulerant iam vota diem, nox addita curas*
Horatius. i. Carm.

--- Plurimus in Iunonis honorem

Aptum dicit equis Argos ditesq; Micenas
Hinc apud Maronem Iuno defendens suos Argiuos Troianis ac Aeneæ naufragium procurat Acolo.
Iungit & aggestis vigilant altaria flammis

Peplum

*Peplum etiam dono cuius mirabile textum
Nulla manus sterilis. nec dissociata marito
Versarat Colat his castæ velamina diuæ.
Et rursus.*

*Euolas hinc celsa Sunonia templa Profynna
Ouid. lib. xv. Metamorphoseôn.
Nuper Abantei templo Iunonia in Argis
Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc
Silius Italicus libro i. Punicorum.
Hic Iuno ante Argos sic credidit alta vetustas
Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenem
Optauit profugis æternam condere gentem*

Quamobrem vero Iunonem colant Argiui, scitum est quod scribit in secundo Pausanias, Magnā enim dtionis partem vndis Neptunus dicitur obruisse, eo quod Inachus atque reliqui arbitri terram non ipsi sed Iunoni adiudicauerant, sed precibus Iuno effecit apud Neptunū vt mare retrocederet. Argiui autem in eo loco, quo vndarum impetus resederat, Neptuno Proclystio ædem erexerunt.



Sacris ac ludis accedit celeberrimum illud Amphictionum concilium simul ac sacrificium & Asylum, quod Argiui Calauria insula habebant Senatū, qui de rebus grauissimis iudicabat. Erat autem Amphictionum, & alter conuentus Delphis. De Amphictionibus quidem Argiuorum hæc adnotauit Strabo libro vii. Fuit Amphictionum conuentus ex septem constans ciuitatibus ad hoc faciendum sacrificium commune habentibus officium, quæ fuerant Hermonia Epidaurus Arheng, Prasiū, Naupalia, Orchomenus, Miryus, pro Naupliis Argiui, pro Prasiis Lacedemonii cōferebant. Tantopere autem ipsius Dei veneratio valuit apud Græcos, vt potiti etiam rerum Macedones tutum securumque loci profugium, inuiolatumque seruarent, locique supplices reuelli sint veriti, qui ad Calauriam ipsam confugerunt, adeo vt Archias comitatu septus militū Demosthenem violare minime sit ausus, cui iusserat Antipater, vt eum viuū reliquosque oratores similibus obnoxios accusationib. ad se perduceret. Pausania duo sacra templa ac inuiolata recenset, Apollinis vnum, alterum Neptuni, in quo dicit Domestheni monumentum extare. Idem describens alterum conuentum Amphictionum apud Delphos ab Amphictione Deucalionis filio nomen sortitos testatur, & illius fuisse participes Ionas Dolopas, Thessalos, Aenianas, Magnetes, Maleenses, Phthyotes Dorientes, Phocenses, Locros, numerat quoque Amphictiones numero triginta, quorum solebant Macedonia & Thessalia binos, Boeotia & Phocis item binos, Doris vnum, Locri, Cnemides, ac Locri Ozoleæ item binos, Attica vnum, Eubæa vnum, Et cum Phocenses Delphicum spoliassent templum fuisse exclusos concilio isto. Ad Calauriam alludit Naso. vii. Metam.

*Inde Calanrea latoidos spicit arua
In volucrem versi cum coniuge conscia reges.*
Sed hætenus. Recipio me ad consuetudines quasdam ac ritus eius populi. Aelianus in varia historia refert, consuetudinem fuisse apud Argiuos, vt si quem in otio vidissent, ab eo rationē quærent vitæ. Comatos porro extitisse ac longos aluisse crines Statius libro 9. hoc carmine testatur.
Addidit Abantiades insignem crinibus Argum.
Athæneus lib. i. Dipnos. vinum Argium celebrat, & Lebetes fereos. Strabo libro 8, & Horatius. i. Carm. equis generosis Argos extollunt. Argos inquit, & per se & ad dito Epitheto cum vocet interdum priscum, alias Iasium equestre, quandoque Pelasgicum vel equorum alumnum. Huc alludens Poetæ Horatius, primo Carm. cum c. nit.
Aptum dicit equis Argos diuesq; Mycenæ
Et Papinius cum Nemæos ludos describit ad Neptunum equestrem & eius filium Ariona equum alludit cum canit libro Theb. vi.
*Dicitur ante omnes vtilis manifestus Arion
Igne iuba Neptunus equo (sic cersa prisrum
Fama patet) primis teneris lesisse lupatis*

Amphictionum senatus.

Consuetudo Argiuorum.

*Ora & littoreo domitaſſe in puluere fertur
Verberibus parcens & iterum inſatiatus eundo.
Ardor & hyberno par inſtantia ponto
Sepe per Ioniū, Lybicūq; natantibus ire
Interiunctus equis, omnesq; aſſuetus in oras
Ceruleum deſerre partem.*



Herculis
labores in
Argolide



Speſtant ad Argolidis celebritatem,
& tres præcipui Herculis labores ab Eurif-
tho rege Argolidis iniuncti. Nam & in fini-
bus Nemeæ Leonem illum vaſtatozem oc-
cidit, cuius exuuiis perpetuo teſtus fuit &
in finibus Argolidis verſus Tegæam aprum
conſecit, Argosq; intulit; denique ad Ler-
nam paludem in limite prouinciæ meridio-
nali hydram illam, cui tot ſuccreſcant capi-
ta, interemit. De quibus canunt Poetæ.

Virgil. 7. Æncid.

*Prodigia & vaſtis Nemeæ ſub rupe leonem
Te Stygiæ tremuere lacus, te Ianitor Orci
Lernaus, turba capitum circum ſtetit anguis.
Silius Italicus lib. 3. Punicorum.
In foribus labor Alcideæ Lerneæ reciſis
Anguibus hydra iacet, nexuq; eliſa leonis
Ora Cleones patulo celemur hiatu.*

Statius lib. VII. Theb.

*Qualis ab Arcadio rediit Tirynthius antro
Capturumq; ſuam clamantibus intulit Argis.*

Ouid. lib. 9. Metam.

*Arcadiæ vaſtator aper, nec profugit hydra
Crefcere per damnū, geminasq; reſumere vires
Hic eliſa iacet moles Nemeæ lacertis.*

Idem Epiftola Deianyræ ad Her.

*Nempe ſub his animam peſtis Nemeæ lacertis
Reddidit, vnde humerus tegmina leuus habet
Vt Tegæus aper cupreſifero Erymantho
Incubat, & vaſto pondere ladit humo
Quæq; redundabat ſæcundo vulnere ſerpens
Fertilis & damnis ditior ipſa ſuis.*

Nolo hîc prolixè deſcribere tria maxima bella quæ Argiui geſſere duobus victi,
tertio victores. Nam Adraſto Rege ſunt Argiui in Bœotia ad Iſmenum victi, rurfus Alc-
meone Imperatore ad Tanagram Thebanos & ceciderunt, & vrbe deſtructa è finibus
eiecerunt. Idem ad Hyſiam à Spartanis vincuntur. Quæ bella prolixè deſcribit Papini-
nius Poeta XII. libris, & Pauſanias in VI. Omiſſis igitur tot finibus quorum habuit ce-
lebres, Saronicum. Trœzen: Hermion: & Argolicum, tot promontoriis, quorum enu-
merantur Geographi à finibus Corinthi Spyreum, Scylleum, Methana, Bucephalum,
Buphortmus Platanifuntis, Struthuntis, & Phalanorium, tot præterea montibus ac col-
libus (quorum deſcribuntur in finibus Nemeæ Tython, Chaon, & verſus Arcadiam Ar-
temiſius, Parthenius, Lycius, & contra mare Orientale Arachneus, Acrea, Tythius, 50
Cenoricus, Saronicus, & verſus Præſias Thornax ac Cuculinus, & in finibus Laconicæ
Cariftus & Cynofura) Fluuus denique præteritis Inacho Nemea, Tauro, Phryxo, Ta-
no & Pontino, Lacubusque Lerna, & Halcynonia (vnde Semelen ex inferis reuocaffe
Bacchus fertur) His inquam omnibus ſilentio tranſmiſſis ad ciuitates me conſero, qua-
rum erant metropoles, & vbi reges quondam gubernabant, Argos, Mycænæ, Tiryn-
thus, & Trœzena Cateræ ignobiliores fuere Nemeæ ludicro celebris. Epidaurus, AE-
ſculapio, & vino, Methana, thermis pariter & vino, Stylla, Hermione, Maſete,
Aſina cuius incolæ proſtigati à Spartanis, in Meſſeniam commigratiere, Præſia
Argiuorum nauale, Temenium Temeni primi Heraclidæ ſarcophago cognitum,
Nauplia

Bella Argi-
uorum.

Sinus Ar-
golidis.

Promonto-
ris Argol.

Montes Ar-
golidis.

Fluuus Ar-
golidis &
lacus.

Metropoles
Argolidis.
Ciuitates
Argol.

Nauplia cuius originem ex Ægypto autores repetunt, cuiusque incolæ expulſi Me-
thone Miſſeniam recepti fuere, & Thyrea ab Æginatis pulſis ab Athenienſibus con-
dita in finibus Laconicæ.

ARGOS prima prouinciæ ciuitas, delineatur à Strabone libro VI. I. Argiuo-
rum. Vrbs magna ex parte planis in locis ſita eſt. Promontorium Lariffam nomine ha-
bens, collem valde ſeptum, in quo Iouis phanum eſt, fluium iuxta labitur, Ina-
chus nomine, inter ſaxoſas conualles, qui oritur ex Lycio ad Cynuriam montem Arca-
diæ. Quæ de illius fontibus fabuloſa vulgantur, Poetica ſunt commenta. Argos quoq;
aquis carere commenta ſunt, cum dicitur. *ἄνοι δὲ ἀνθρώπων ἅ πρῶτος ἀνθρώπων.*

Dii poſuere Argos Lympharum protinus experts.

Celebris quondam Argos fuerat, Deum innumeris templis heroumque tumulis,
qui inibi humani fuere. Tempora commemorat Pauſanias in ſecundo, intra mœnia qui-
dem Dianæ Phereæ. Lucinæ ab Helena conditum Theſei captiua, Iunonis Anthæ à
floribus Mineræ Salphingis, Cereris, Latonæ, Caſtoris & Pollucis, Herculis, Ne-
ptuni Procliſtii, Æſculapii, cum nemore, Iouis Machanei, Bacchi Creſſi, Bacchi Eu-
boici, à Græcis naufragium ad Eubæam facientibus exciſo Ilio, cum in antrum ve-
niſſent. repertis capris, iſque maſtatis conditum, Veneris cœleſtis, Amphiarai, Hegelei.
Et in aſcenſu in arcem, quæ Larifa Argiuis nominabatur, Iunonis Acreæ, Apollinis Di-
radiotis, Mineræ Oxidorices ab acie oculorum, Iouis Lariffici & triocularis, & in
monte Lycone proximo Dianæ Orthiæ. Sarcophagi præterea deſcribuntur Argis in
ciuitate Gorgonis Meduſæ capiti à Perſeo ablati, in foro Gorgophonæ Perſei filiæ,
Cerdonis Phoronei vxoris Niobes filiæ Phoronei Regis, Hypermetræ matris Amphia-
rai, Ariadnes Theſei coniugis, Biantis eiusque filii Talai, Epimenidis, Licimni fi-
lii Eliſtrionis, occiſi à Tlepolemo Herculis filio, Saciadæ, qui primus tybia in Py-
thiacis Delphi cecinerat, Scheneli & Cyllabari filii Regum in ſuo gymnaſio, Pyrrhi re-
gis Epirotarum ab anicula regula Argis occiſi Eriphili, Hernerthis, Crotepi. In arce ve-
ro Lariffa filiorum Ægypti, qui frater Danaï Regis fuerat, tumuli. Oſtendebatur Argis
& thalamus æneus ab Acrifiſio filiæ cuſtodix deputatus & Adraſti domus, & alia me-
morabilia. quæ breuitatis cauſa omitto, meminit huius antiquiſ. ciuitatis Titus,
Liuius libro. Decade I. I. I. In duobus veluti cornibus Græciæ Nabin. à Pelopon-
neſo. concitaturum omnia, repetentem Argiuorum vrbe, repetentē maritimas ciuita-
tes, quibus eum depulſum Romani Lacedæmonis muris incluſiſſent, Strabo in VI. I. à
Cifo Temeni Heraclidæ filio Argos ciuitatē conſtructam autor eſt. Quam veriſi-
mile eſt deſtructam in bello, quod Rom. cum Nabis Spartanorum tyranno geſſerunt,
qui illam dono Philippi Macedonis poſſederat & ſpoliauerat. Liuius lib. 3. Dea. 4.
Et Nabis firmato præſidio Argis Lacedæmonem reſſus, cum ipſe viros ſpoliaſſet ad
fœmi nas ſpoliandas vxorem Argos remiſit, ea nunc ſingulas illuſtres nūc ſimul plures
genere inter ſe iunctas, domum accerſendo blandiendoque ac minando, non aurum
modo iis. ſed poſtremo veſtem quoque, mundumque omnem muliebrem ademit, Ad
Argos illam antiquiſſimam ciuitatem & incolas Danaos alludunt Poetæ.

Virgil.

*----- Feras omnia Iupiter Argos
Traſtulit, incenſa Danaï dominantur in vrbe.
Et libro 2.*

*Nec poſſe Argolicis excindi Pergamæ telis
Omnia ni repetant Argis
Si patrios vnaquam remeſſem victor ad Argos.
Quid I. I. Metam.*

*Deſleuere comis quarit Baotia Dircen
Argos Ammonem Ephyra Pyrenidas vnda.
Statius ad Argos & arcem Lariffam. 3. Theb.*

*Theſpiada totos raperent mihi funditus Argos
Exagitat, adeo ne animarum tædet & Argos
Exoſt, nil dulce, domi, nulla omnia cura
Quid me Perſei ſecreta ad culmina montis.
Et libro I.*

*Emicat, lucem deuexa in mania fundens
Lariſſeus apex, illo ſpe concitus omni.*

Et libro IIII.

*Prima manur ut ilam de vertice Larissæo
Ostendit bellona facem.*

Mycena,

Sequuntur MYCENÆ altera Argolidis metropolis ac regia sedes utpote ex qua Pelopis stemma, Atreus Agamemnon, Orestes & Tisamenus partem Argolidis & Laconicam Elidemque administrarunt, ut est apud Strabonem VII. Georgicorum Primo, ut cum duæ in illis vrbes essent ipsas principatu eminentes ostentarent, præsertim intra stadia minus quinquaginta inter se finitimas, Argos videlicet atq; Mycenæ, & dicatum Iunoni templum iuxta Mycenæ ambabus esse commune, in illo sunt Polycteti simulachra artis laude omnium præstantissima sumptu & magnitudine Phydias imaginibus cedentia. Argos quidē à primordio magis ac magis extitit potentia primariū subinde Mycenæ ampliora susceperunt incrementa, propter commigrantes in illas Pelopidas. Nam cum omnes ad Atrei filios consisterent, Agamemnon grandior natu, regnum adeptus duce virtute & pariter fortuna comite, Regionis paternam possessionem ampliavit & Mycenæo Laconicum adiecit imperium, Verum Menelaus Laconicæ regimen tenuit, ac Agamemnon Mycenarum usque Corinthum ac Sicyonem, ac Ionum & Aegialarum (sic enim uocabantur ea ætate cum posterius Achæi dicti sunt) regnum suscepit.

Pelopis stemma Mycenæ

Cæterum secundum Troiana tempora destructo Agamemnonis imperio, res Mycenæa humiliter attenuata est, præcipuè post restitutas Heraclidas. Isti enim occupata Peloponneso priores dominos eiecerunt, quo effectum est, ut qui Argos obtinerent Mycenæ quoque subiectas in unum conspirantes haberent. Hinc est quod Paul. in secundo tumulos Atrei Agamemnonis, ac Aegisti, ad Mycenæ commemorat, sic nominatim scribens. Inter Mycenarum rudera & fons visitur qui Perseus appellatur, & Atrei atque filiorum subterranea ædificia quibus ad recondenas pecunias sunt usi.

Adest præterea Atrei sepulchrum & illorum omnium quotquot cum Agamemnone ab Illo reuersos, conuiuioque exceptos Aegistus trucidauit. De Cassandra monumento diuersa sentiunt Iacedæmonii, qui Amyclas accolunt, unum Agamemnonis est, alterum Eurimedonis aurigæ. Teledamus ac Pelops eodem tumulo sepulti iacent. Gemellos hos Cassandra ut fama est peperit, & infantulos adhuc, occisis parentibus Aegistus iugulauit.

Adest Electræ tumulus quæ Oreste promittente Pyladi nupsit. Id quod confirmatur & à Poëtis qui Tantali ac Pelopis genus in Mycænis commemorant.

Stattius. 4. Theb.

*Mærent Argolici deiecto lumine manes.
Toruus Abas, Prætorq; nocens, mitisq; Phoroneus
Truncatusq; Pelops & sauo puluere sordens
Oenomeus.*

Idem secundo. lib. 12.

*Tantaleæ & fontes vidisse Lycaonis arces,
Et festina polo ducentes astra Mycenæ,
Stattius. lib. VII. Theb.*

*Tantalus inde parens non qui fallentibus undis
Imminet, aut refuga sterilem rapit æra sylvæ,
Sed pius & magni uehitur conuiuia tonantis,
Parte alia victor curru Neptunia tendit
Lora Pelops, præstitaq; rotas auriga natantes
Mytilus, & volucris iam iamq; relinquitur axe
Et Grauius Acrisius speciesq; horrenda Chorebi*

De conditore primo Mycenarum diuersa tradunt autores. Strab. lib. 8. à Perseo

conditam refert cum scribit. Mycæne quidem nunc extinctæ iacent, earum urbem è Perseo conditam esse constat. Cui Sthenelus successit. Suffragatur Pausanias. lib. 1. Perseus vero Argos reuersus (pudore enim ob famæ cædis afficiebatur) filio Præti Megapæti persuasit, ut regnum sibi committeret. Suscepto hoc Mycænas condidit. Cæterum quando sunt destructæ Mycæne qua magnitudine & rerum gestarum excellentia, regumque potentia cum Argis certabat. Adnotauit Pausanias dicto loco. Mycænas Argiui æmulatione quadam diripuerant. Sub Xerxis enim expeditionem Argiui cum ocium agerent, Mycæni octoginta viros, ad Thermopylas amandarunt, qui præclari illius facinoris unâ cum Lacædæmoniis participes fuerunt. Hoc tam gloriosum facinus

Auctor Mycenarum.

Desolatio Mycenarum.

facinus ob irritatos Argiuos perniciem eis intulit, Ex ambitu cum aliæ adhuc extant reliquæ, tum porta quoque cui leones insunt, quæ ipsa quoque Cycloporum opera esse aiunt, qui Præto olim Tirynthi mœnia extruxerunt. Quæ autem & quorum diuorum Mycæniæ templa extiterunt, non satis perscripserunt autores, nisi quod Iouis Micenæi Strabo in 8. meminisse videtur, & Eionis vici ubi naualia habebant.

Porro extabant rudera Mycenarum multis seculis, nam & Titus. Lilius lib. 3. Dec. 4. Mycenarum meminisse videtur scribens, iis ipsis forte diebus Lucius Quintius frater adduxerat ex hybernis Corcyra Sicyonem transmisit. Iam ibi Attalus erat, qui cum tyranno ad Rom. Imp. non Rom. ad tyrannum eundem dicebat, in sententiam suam Quinctium traduxit, ne urbem ipsam Argos iret, haud procul vrbe Mycænica vocatur, in eo loco ut congregarentur conuenit. Ad hanc urbem denique alludentes cecinerunt Poëtæ.

Vergil. secundo Aeneid.

*Huc se profecti deserto in litore condunt,
Nos abisse rati & uento perisse Mycenæ.*

Et iterum.

*Millia quod magnis nunquam uenere Mycænis,
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq; Mycænas*

Aspiciet, partoque ibit regina triumpho

Stattius lib. 1. Theb.

Et Samon & veteres armis excinde Mycæna

Tunc sedes & Inachias vrbes Danaicæ regna

Et caligat abrupto Sole Mycænat.

Ouid. VI. Metam.

Argosq; & Sparta Pelopeiodesq; Mycæna,

Sequitur TIRYNTHVS altera sedes regia Argolidis, in qua Prætus gubernabat, eiusque successores, Megapentes filius, Argeus nepos. Anaxagoras pronepos, Alektor & Iphis Alektoris filius. In eadem vrbe & Perseus Acrisii filius cum patrem disci ludo occidisset, & Amphitrio Hercules vitricus habitasse traduntur. Strabo Cycloporum opera mania Tirynthi constructa refert, ut qui è Lycia in hoc accersiti à Præto fuerant, de cuius euerfione scribit Pausanias in secundo. Euerterunt & Tirynthios Argiui non alio consilio, quam ut eos quoque in ciuitatem reciperent, Argosque hoc modo auerent. Tirynthem vero heroem qui ciuitati nomen indidit Argi filium, Iouis nepotem fuisse perhibet, murus qui solus ex ruderibus fuit relictus Cycloporum quidem opus est, sed ex albis lapidibus factus, quorum quilibet tantæ est magnitudinis, ut ne minimus quidem ex his mulorum iugo commoueri queat. Ad mare cum descendas filiarum Præti thalami uisuntur: in viam postea publicam reuersus in sinistra Medeam peruenies. Electriorem ibi Alcmenæ patrem regnasse perhibent. Poëtæ passim Herculem Tirynthium cognominant, quod ibi sub vitrico Amphitrione educatus fuerit.

Virgil. VII. Aeneid

*Missa Deo mulier postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attingit arua.*

Stattius. VII. Theb.

*Primus anhelantem duro Tirynthius ingens
Pectoris attritu sua frangit in ossa leonem,*

Ouid. VII. Metamor.

*Est via decliuis per quam Tirynthius heros
Restantem contraq; diem radiosq; micantes
Obliquantem oculos nexis adamante catenis
Cerberon astraxit*

Stattius 4. Theb.

*Antiquam Tiryntha Deus non fortibus illa
Infecunda uiris.*

Sequitur TROEZENA quarta sedes regia Argolidis, ut cuius Regis Pythei filiam Aegeus rex Athen. uxorem duxerat, & ex ea Theseum progenerat. Pausanias in secundo plures eius reges commemorat, Orum Aegyptium, Althepum filium Neptuni ex Leide filia, Ori Saronem submersum in lacu ex mari stagnante quem Saronidem vocant, cum in venatione ceruum insequerentur, Hypereten, Antham Neptuni filium, qui Antham ciuitatem condidit. Aetium filium Anthæ qui Posidoniadem construxit, Troezenem qui

Troezenem.

nomen ciuitati indidit, cuius filii Anaphlistus & Sphetus in Atticam commigrauerunt. Idem refert Pelopis filios regnasse in Troezena & Theseum, utpote natum ex Regina Troezen, denique & Diomedem. Reuersis inquit Heraclidis receperunt & Troezenii in ciuitatem Dorienfes Argiuos cum Argiuis prius etiam parerent. Diomedem quoque imperasse eis Homerus in Catalogo scripsit. Diomedes enim & Eurialus Mecesthei filius Cyanippi Aegialei filii curatores Argiuorum in Troiana expeditione duces fuerunt.

Adde quæ Strabo in libro v. de hac ciuitate scribit: Troezen sacra Posidoni, id est, Neptuno fuit, à quo & Posidonia olim appellata, ea stad. 15. à mari eminet, vrbs & ipsa insignis. Ipsi portui quod Mentū vocant, parua imminet insula Calauria nomine, cuius ambitus est ad ccc. stad. Idem & vado transiri à Troezena in aliam insulam propinquam Sphetam nomine autor est. Pausanias tradit in moneta tridenti vsos Troezen, & Minerue imagine, quod regnante quondam Althepo rege, de ditione Pallas & Neptunus contrauerissent, sed lite composita, ex æquo eam obtinuissent, hinc Mineruam Troezenos colere Poliadem nomine.

Ab eodem templa commemorantur intra mœnia quidem Dianæ hospitiæ Theseo cum victor è Creta huc nauigasset posita. Musarum ab Ardolo filio Vulcani, Dianæ Lyciæ ab Hippolyto Thesei filio conditum, Apoll. Theatri à Pytheo rege, Apoll. Epibateri à Diomede positum, Iouis seruatoris, ab Actio Anthæ Regis nato, Veneris specularitricis vnde Phedra Hippolitum priuignum obseruare solebat, Mercurii Poligii vbi claua Herculis infixæ terræ in oleastrum excreuit.

In arce porro Mineruæ Schœniadis & Lytherii Panos delubra, & ante mœnia Veneris Acree ab Halicarnas. conditum, Veneris Nymphæ à Theseo cum Helenam rapuisset, Neptuni Phithalmii, Cereris legiferæ ab Alhippo Rege positum, Dianæ Saroniæ à Rege Sarone, qui & in prox. fuerat mari submersus, & versus Celenderim portum in via, Martis templum fuerat, vbi Amazonas vicisse Theseus ferebatur.

Recenset idem & alia quædam Troezenæ digna memoratu fontē Hippocrenem a Pegaso, itidem vt Pyrenem Corintho & Heliconem in Phocide excitatum, cum Belerophon Aethram peteret vxorem, quæ postea Ægeo Athen. nupsit. Thermæ præterea insignes ibi fuerant, Hippolyti sacrificia quibus virgines ante nuptias coronam detentæ ac zonam dedicare solebant, & Lythobolia sacra instituta in memoriam duarum virginum Lamæ ac Auxesiæ in seditione lapidibus obrutarum. Ad hanc Argolidis urbem alludunt Poetæ:

Ouidius libro vii.

*Orchomenosq. ferax & nobilis ære Corinthos,
Messenasq. ferox, Patrag. humilesq. Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pythoia Træzon*

Stadius libro 4. Theb.

*Aegion, Aranemq. & quas Theseia Troezon
Addit opes, ne rare mouens ni glorius iret
Agmina, vel raptos patris sentiret honores*

Ouidius libro viii.

*Discubuerethoris Theseus.comitesq. laborum
Hac Ixionides, illa Træzenius Heros.*

FINIS.

INDEX

INDEX

Libri vtriusque de Rebus Græcis memorabilibus: vbi primus numerus paginam, alter lineam denotat.



<i>Bas Rex Argolidis</i>	139.44
<i>Achaia nomina varia</i>	112.3
<i>Achaia descriptio</i>	113
<i>cum suis ciuitatibus</i>	128.10
<i>conuentibus</i>	125.6
<i>Magistratibus</i>	126
<i>Proconsulibus</i>	123.8
<i>Fluuiis</i>	127.128
<i>Moribus</i>	127.24
<i>Achaorum sedes</i>	110.34
<i>Nomen commune Græcis</i>	110.56
<i>Achaia Domini Corinthi</i>	125.55
<i>Incola Attica</i>	78.30
<i>Eorum migrationes</i>	111.40
<i>Achaorum bellum cum Spartanis</i>	126.40
<i>& cum Romanis</i>	127.12
<i>Achilles & Aiæcis genus, res gesta & obitus</i>	11, 20
<i>& 50.12, 1.11, 40</i>	
<i>Acarnanes in Epyro</i>	6.45
<i>Acrisius Rex Argolidis</i>	140
<i>Acmonia Lysimachi Regis insignia</i>	2.20
<i>Admetus Rex Thessalia</i>	31.26
<i>Adrastus Rex Mycanarum</i>	144.40
<i>Æacius author stemmatis Regum Epyri</i>	9.50
<i>Ægyptus Rex Argolia</i>	138
<i>Æson Rex Thessalia</i>	31.49
<i>Ætholia limites</i>	59.40
<i>Eius Reges</i>	60.57
<i>Coloni</i>	63.48
<i>Montes & fluuii</i>	64.10
<i>Dignitas, audacia & libertas</i>	65.30
<i>Conuentus, luxus, technæ, militia, perfidia</i>	66.10
<i>Romanis subiecta</i>	67.22
<i>Insignia</i>	69.50
<i>Agenor pater Caduci & eius filii</i>	51.17
<i>Ægeus Rex Athenarum</i>	82, 28.83, 3
<i>Ægium vrbs & Insula Achaorum</i>	128.46
<i>Ægialenses & eorum insigne</i>	112
<i>Aiax Olei Rex Locrorum</i>	41.25
<i>Albaniæ in Epyro</i>	14.52
<i>Alcibiades dux Athen.</i>	87.43
<i>Alcmeon Rex</i>	145
<i>Alexander Magnus in Herculis habitu</i>	22
<i>Eius insignia</i>	24.88 & 50
<i>Res gesta 26.3 vrbs</i>	26.20
<i>Alexander Iouis Aminonis filius</i>	22, 20, 24, 5 & 50
<i>Aminander proditor Epyri</i>	14.10
<i>Amphiarai Argol. stemma</i>	146
<i>Amphiction Rex</i>	81.10
<i>Amphictionum Senatus</i>	151
<i>Eorum insigne</i>	101
<i>Amphion Rex Thebanorum</i>	52.45
<i>Andros Insula</i>	103.15
<i>Aonia prouincia</i>	49.50
<i>Aper Calydonius, & eius venatio</i>	67.33
<i>Apollus Rex Argolia</i>	146
<i>Archeontes Athen. & eorum familia</i>	87.2
<i>Arati Sycionii res gesta</i>	114.47
<i>Areopagus Atheniensium</i>	93.9
<i>Argiuorum Reges</i>	142.38
<i>Argiui subiecti Achaia & Macedonibus</i>	148

A

<i>& Romanis</i>	149	<i>& eorum Reges</i>	142.35
<i>Argos ciuitas</i>	133.7	<i>Nomen Græcia</i>	134.12
<i>Argolidis tres reges simul</i>	146.	<i>Eius descriptio</i>	152
<i>vrbes</i>	135, 16.152	<i>Finis eiusdem regni</i>	148.16
<i>Argos Insula & eius templa</i>			153.7
<i>Argus rex</i>			137.50
<i>Aristheus Actæonis pater in Chio</i>			105.30
<i>Aristides dux Athen.</i>			88.55
<i>Armamentarium Athen.</i>			93.49
<i>Armatura & vestitus Macedonum</i>			25.39
<i>Artemidis explicatio</i>			107.14
<i>Athamas rex Orchomenia</i>			37.24
<i>Athei Ducis Athen. familia</i>			87.18
<i>Atheniensium portus</i>			80.4
<i>Athenienses subiecti imperio Macedonum</i>			89.48
<i>& socii Romanorum, atq. ipsorum destructio</i>			90, 34
<i>mémorabilia Athen.</i>			92, 26
<i>Attica regionis nomen</i>	80.25	<i>Eius limites</i>	77.27
<i>vetustas</i>	78.58	<i>Dis tutelares ibid.</i>	48
<i>29.4 ingenia clara, & ciuitates atq. reges</i>			79, 26.
<i>80.28 Insula</i>			107, 55
<i>Aulis vrbs Boætia</i>			56, 17

B

<i>Bacchus Thasorum</i>	55, 50	<i>eius natiuitas</i>	59.3
<i>Boætia, eius reges</i>	49, 47	<i>unde dicta</i>	50.39
<i>subiecta Romanis</i>			55, 26 & 57.2
<i>Bella Argiuorum</i>			152
<i>Bellum Achaorum cum Spartanis</i>			126.40
<i>& Romanis</i>			127.12
<i>Bura Achaia</i>			129.12
<i>Bella Sycioniorum</i>			115, 8
<i>Bellerophonis historia</i>			117, 46
<i>Belus Ægypti rex</i>			138, 42

C

<i>Admus rex Boætia</i>	50, 20.	<i>51, 30</i>	
<i>occidit serpentem</i>		51, 25	
<i>Author Græca lingua</i>		52, 10	
<i>Calydonis vrbs descriptio</i>		68.14	
<i>Caristius mons Eubææ</i>		99, 38	
<i>Cecrops rex Attica</i>		80.81, 5	
<i>Cephalis familia</i>		81, 2	
<i>Cephalene Insula</i>		19, 23	
<i>Chabyras, Cydias</i>		89, 5	
<i>Chalcidis insigne</i>		101, 20	
<i>Cæa & Ceos Insula, Coos</i>		108, 43. 109, 14	
<i>Chyos Insula</i>	105, 55	<i>eius situs ibid. 38 vinnum ibid.</i>	
<i>45. Insigne ibid. 30. eorum Harpyia</i>		107, 4	
<i>Cæa Insula</i>		108, 43.	
<i>Cicada insigne Locrorum</i>		43.14	
<i>Cisus vltimus rex Argolidis</i>		147	
<i>Codrus rex Atheniensium</i>		86, 48	
<i>Colonia Achaorum</i>	129, 45	<i>Atheniensium</i>	96, 49
<i>Salamina</i>		108, 28	
<i>Concilium Achaorum</i>		115, 20	
<i>Conon dux Athen.</i>		88, 2	
<i>Consuetudo Argiuorum</i>		152	
<i>Corcyra Insula moneta</i>		9, 10	
<i>Corinthi regnum</i>	115, 50	<i>reges istius</i>	118, 10
<i>situs</i>			
<i>119, 6 conditor eius & templa ibid. vestigia eius</i>			
<i>123 Insignia ibid. subiecti Achaia</i>	121, 13	<i>Romanorum socii & ab eisdem deletum ipsorum re-</i>	

